i18065533

ANDR.

# ALCIATI IVRISCONS. MEDIOLANENSIS,

IN

*Digeſtorum titulos aliquot Commentaria, quos ſequens indicat pagina.*

Tomi tertij Pars prima.



LVGDVNI,

1560.

CVM PRIVILEGIO.

No 2 28-9743
Sala 3 26-23
i18065533
R. 9684

ANDR.

# ALCIATI
## IVRISCONS. MEDIOLA-NENSIS,

IN

*Digeſtorum titulos aliquot Commentaria, quos ſequens indicat pagina.*

Tomi tertij Pars prima.



LVGDVNI,

1560.

CVM PRIVILEGIO.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

*TITVLORVM TOMI TERTII PARTIS PRIMAE ELENCHVS.*


| | |
|---|---|
| De operis noui nuntiatione. | folio 3. a |
| De donationibus. | 25. b |
| De acquirenda vel amittenda bonorũ poſſeſsione. | 30. a |
| De vſucapionibus. | 55. a |




# Ampliſsimo Religiſioſsimóq;
## P. Ioanni Angelo Mediceo,
## S. R. E. Cardinali,

Francíſ. Alciatus,
S. P. D.

NVLLA res eſt, ampliſſ. Antiſtes, quæ collectum virorum ordinem decôret magis atque illuſtret, quàm cùm ex eo aliqui emicant, qui ſe ſupra cæteros efferentes, ac ardua ſæpe tentantes, altiora quæque petunt, & ſeſe ſublimi locant in faſtigio. Horum enim tantus elucet fulgor, vt eius quoq; radiis vniuerſus ille: ex cuius ſinu prodiit, ordo coruſcet, eámque opinionem publicè afferat præcellentis ingenij, ſummæq; prudentiæ eos eſſe ſolere, qui in tali hominum cœtu frequentes verſentur. Sic olim apud vetutiſsimos Quirites ſupremum illud, ſummæq; dignitatis Pontificum collegium, ſua maxima ſcientia, & ſapientia, ornauere atque illuſtrius reddidere P. Licinius Craſſus T. Coruncanus, & duo illi acutiſsimi Scæuolæ tantopere à Cicerone ob hanc ipſam cauſam celebrati. Sic & Augurum collegio magnum fidei, auctoritatis, venerationis, incrementum attulere Accij Nauij eximia peritia, ſingularis Lædij bonitas, & diligentia, ac virtus egregia Q. Fabij Maximi, illius ſcilicet, qui duos & quadraginta annos eo in numero fuit, quique vnus rem Romanam cunctando reſtituit. Sic alij celebres viri alios prudentum conſeſſus, in quibus ipſi aliquando fuiſſent, ſua excellenti præſtantia, ſua claritate, induſtria, cohoneſtarunt maximè, ac nobilitarunt. Quo nomine noſter quoque vniuerſus Iuriſconſultorum Mediolanenſium ordo tibi, ſpectatiſſ. Pater, plurimum ſe debere, & lubens agnoſcit, & fatetur ingenuè. Quandoquidem maiori honore, ac ampliore celebritate ſe adauctum ſenſit. cum tu à ſuo græmio proſiliens, & omnes ferè dignitatum gradus percurrens, ad excelſum illum Cardinei Galeri apicem perueniſti, ad quod ſanè ſublimitatis culmen, non ſola principum gratia, neceſsitudinéve, aut (quod dicitur) per Satyram derepentè promotus es, ſed multis prius, plures per annos, pro Romana eccleſia exantlatis laboribus, multis perfunctus magiſtratibus, & difficillimis quibúſque obitis muniis, gradatim pergens, & teipſum celſiſsima quoque dignum ſede, ſemper oſtendens hoc tam eximium quæ tua fuit maior laus, promeruiſti decus, ſic vt nemo fuerit, qui non merito tuo obtigiſſe tibi palam prædicarit. meminerunt quippe omnes, quanta integritate iuris peritia, quanta religione, æquitate, nobiliſsimam illam totius Piceni Coloniam Aſculum rexeris, in fide, & quiete continueris, quæ prima fuit Iuriſdictio à ſummis Pontificibus tibi mandata: meminerunt etiam, qua prudentia, æquabilitate, ſolertia, illius indomitæ vrbis Tiferni Vmbrici gubernacula tractaueris, qua deinde autoritate, amplitudine, vigilantia honorificam illam, & optimi atque amœniſſimi territorij Ciuitatum Fanum Fortunæ tua in ditione tenueris. Illam verò ampliſsimam Parmenſem Præfecturam, quæ bis, térve tibi, quod rarum eſt exemplum, non data ſolùm, ſed & credita atque commiſſa fuit. perennem gloriam nomini tuo peperiſſe, iandiu manifeſtum eſt. quando tu talem te virum in ea oſtenderis, vt hanc apud omnes exiſtimationem tibi pararis, nullam rem tantum, aut tam difficilem futuram, quam tu conſilio regere, magnanimitate tueri, virtute conficere haud poſſes. Qua ratione factum eſt, vt grauiſsimas quaſque prouincias, aut pace, aut bello obeundas tibi deinceps ipſi ſupremi Sacrorum Principes dederint. Etenim quo tempore Italicæ cohortes Alexandro vitellio ſtrennuiſsimo Duce in Pannoniã inferiorem ad Peſtanum bellum profectæ ſunt, Ferdinando Romanorum Regi aduerſus Solymanum laturæ ſuppetias, tu onus ob ſingularem induſtriam tuam, à Paulo Pontifice delectus es, qui Comes Vitellio adeſſes, vt eum, & fœlicem illum bellatorem, fortiſsimi animi, ſummi conſilij, maximi laboris, fratrem olim tuum, Iacobum, tunc Danubianæ claſsis Præfectum ſtabili con-

*cordia coniunctiſsimos faceres. ſimul & militibus egregia fide, vt feciſti, ſtipendia, nempe ipſius belli neruos curares. quo nomine ſummam apud Regem ipſum iniiſti gratiam, ita vt inde diſcedens, ab eo multa cum virtutis commendatione, regiis muneribus donareris. Poſtea verò cùm inter Ferrarienſium Principem, ac Remp. Bononienſem non leuis de limitibus orta eſſet contentio, tu potiſsimū Regundorum finium, arbiter & diſceptator deſtinatus es, quam rem ita tu perbellè moderatus es, vt neutri, quæ rara eſt in iudice fœlicitas, querelæ locum amplius reliqueris. Rurſus cùm turcica arma in Pannonia quoque perſtreperent, & Italicus peditatus Duce intrepido Sauellio illuc contenderet, tu iterum generalis Pontificius Quæſtor illi adiunctus fuiſti. qua ex prouincia redeuntem te non ſolùm hilariter excepit Pontifex, ſed & merita tua agnoſcens, digniſsima illa Anconitana gubernatione, ſimul & Epidaurenſi in Dalmatia Archiepiſcopatu decorauit. Vix autem toto vertente anno cum magna Germaniæ pars impietatis rea, aduerſus Pontificiam, Cæſareámque maieſtatem rebelles animos induiſſet, & formidabile bellum conflauiſſet. Obidq; Paulus Pontifex tuendæ religionis cauſa tres lectiſsimas Italici militis legiones equitúmque inſignium turmas, Ducibus Farneſiis Heroibus, ad veſanam illam compeſcēdam inſolentiam miſiſſet, tunc etiam te præcipue, ex cunctis ſelegit, qui eodem ſupremæ Quæſturæ munere fungereris. cúmque fœliciter illud confectum fuiſſet bellum, & memorabilis atq; antea inauditus de Germania victa paratus triumphus certiſsima beneuoli, gratique animi erga te ſui ſigna, & tuæ virtutis remunerandæ ergò ædidere duo illi maximi noſtri orbis Principes, nam Pontifex non ſolùm Bononienſi, ac Peruſina, vmbricáque legatione te dignum putauit, ſed libero ore profitens, te de Repub. Chriſtiana ſacroſanctáque ſede Romana, tam eſſe benemeritum, quàm qui maximè, in Auguſtiſsimum illud purpuratorum patrum concilium, certantibus omnium votis, cooptauit. At Cæſar luculento illo Caſſaneæ eccleſiæ in Brutiis ſacerdotio locupletauit. Cùm tu igitur, ſublimiſsime Pater, tot tantíſque amplitudinibus auctus, tantis exornatus ſplendoribus, noſtri quoque Mediolanenſis collegij: à quo prodiiſti, decus luménq; adauxeris ingrati planè omnes eſſemus, ſi hunc tantum honorem tuæ fœlicitati, atque celſitudini acceptum nos ferre, non ſolum ore non prædicaremus, ſed & publicis teſtatum monumentis, non relinqueremus. Ego igitur ex eo ordine inter poſtremas vnus, cùm nunc accurata hæc in iure ciuili commentaria, doctiſsimi olim Andreæ Alciati, noſtri quoque collegæ, & mei beneficentiſsimi agnati in lucem, manúſque hominum proferre, quod mei erat officij, ſtatuiſſem, ea clariſsimo nomini tuo nuncupare volui hoc breui affixo elogio, quale mea pertenuis in dicendo vis, potuit effari. non alia certè ratione, quàm vt & præſens ætas, & poſteritas omnis, ad quam hæc literaria ſcripta ſunt peruentura, intelligeret, quantum tu ornamenti noſtro ordini attuleris, quantum noſter ordo ſe tibi debere, publicè ſignificarit, vt quæ æternitas Alciati operum futura erit, eadem ſit & honoris abs te in nos collati, & à nobis tibi pro viribus relatæ gratiæ. Serena ergo fronte, quod nunc offerimus, accipe. & me tuorum additiſsimorum clientum numero iandudum aſcriptū tuere, & ſi dignus videor prouehe.*

*Ticini XVIII. Kalend.*
*Septemb. M. D.*
*LVI.*

*

ANDR



# ANDREAE ALCIATI IVRISCONS. MEDIOLANEN. COMMENTARIA IN TITVLOS ET LEGES ALIQVOT PRIMAE PARTIS TOMI TERTII DIGESTORVM.

*

## *DE NOVI OPERIS NVNTIATIONE RVBRICA.*

### SVMMAE.

*1 ☞ Titulus de op. no. nunt. indiuiſibilis.*
*4 Formam variè accipi.*
*5 Librorum diuiſionis cauſa.*
*6 Inuocandus vbique Deus.*
*7 Inuocationem de inſtrumenti ſubſtantia non eſſe.*
*10 Inuocationē moribus receptam omiſſam non vitiare.*
*13 Inſtrumentum, omiſſo principe, ſubſiſtere euangelicè tamen nuntiandum. 15.*
*18 CHRISTI nomen inſtrumentis Iudæorum præinuocandum: tabellione Iudæo contrá. 19.*
*20 Inuocandum pro perſonarum conceptu: alioquin inſtrumentum corrueret.*
*22 Genitiui caſus nomina variè accipi.*
*25 Ablationem rerum ex cauſis non puniri.*
*27 Statutum de ablatione rerum explicari: & de poſſeſſore & fructuario accipi.*
*30 Loquendi vſum pro perſona accipi verius eſt.*
*31 L. Item prætor. de ſuis & legit. ſenſus.*
*33 Generalia verba ex cauſis reſtringi.*
*35 Nouum variè accipi.*
*37 Edere partem ſatis eſſe. 39. 41. ex cauſis contrá. 40.*
*38 L. Inciuile. de legib. enucleari.*

PRAEFANTVR hîc doctores quinque in partes
rubricam hanc diuidi. Primum enim inuocari diuinum
nomen: deinde Iuſtiniani tanquam cauſę efficientis titu
lum poni. huícque ſubiici libri materiam, id eſt, enuclea-
ti iuris: demum formalem cauſam, id eſt, diuiſionem per
libros, tandémque ſpecialem inſcriptionem de noui ope
ris nuntiatione. Sed certè in codicib. emendatis hęc non
ſunt, verùm ſimpliciter ſubiungitur præcedēti hic liber,
1 diuiſióque hæc à librariis facta eſt, vt † commodiùs cir-
cumferri poſſet non à Iuſtiniano. Nec rectè in quinque
partes poteſt rubrica hęc diuidi, quæ vna ſtructura com
poſita eſt, & à verbo, Incipit, regitur. Idque ſi vim verbo-
rum attendamus [1], licet ſecundum mentem poſsit diuerſæ ſententiæ locus eſſe, quod Imo.
2 & alij hîc tradiderunt. Sed & negat Iaſ. diuiſionem, * quę per libros fit, ad formā pertinere:
3 cùm forma * eſſentiā rei det [2]. at diuiſio non dat. Sed reſponde id † verum, cùm nomen for-
4 mæ latiùs pro ſubſtantia accipitur: alioquin propriè forma eſt ordinata ſeries rem ad ſub-
5 ſtantiam deducens, vt Bal. [3] tradit: diuiſio † autē per libros rei adducitur, vt certum, & con
6 ſequentem ordinem habeat. Adnotant † in primis Doct. in operibus noſtris ab inuocatio-
ne diuini nominis incipiendum eſſe [4]. quod non ſolùm Iuriſconſultis, ſed & poëtis Arato,
Ouidióque obſeruatum eſt. idémque & Plato in lib. de legibus fecit. Quid ergo de Tabel-
7 lionibus dicemus? † an de inſtrumenti ſubſtantia ſit diuini numinis inuocatio? & crebriùs
receptum eſt non eſſe [5]. Quia vbi enumerantur quæ ad inſtrumenti ſubſtantiam pertinēt,
nulla inuocationis fit mentio [6]. nec reperitur iure cautum, vt id omnino fiat, ſaluis quibuſ-
8 dam ſpecialibus caſibus [7]: vnde qui id dicit, probare * debet [8]. nec facilè inducendæ ſunt for
9 mulæ nouæ, quæ inſtrumenta * infirment [9]. cùm potiùs probationes ſint ampliandæ, quàm
reſtringendæ [10]. & cùm inſtrumentum probationis cauſa fiat [11], ſicut in teſtibus, cæteríſq;
probationibus nil neceſſe eſt inuocationem exprimi, ita & in inſtrumentis credēdum eſt.
Nec obſtat, quod ſi nomen Imperatoris præponendum eſt [12], fortiùs diuinum [13]. Reſpōdeo
in iis, quæ ad formam pertinent ex ſimilitudine rationis non argumentamur [14]: tametſi
etiam dici poſsit in caſu noſtro ſubeſſe diſsimilitudinem: quia nomen diuinum tacitè ſem
per intelligitur: cùm quicquid agitur, ideo auctore agendum ſit [15] quod in nomine Impera-
toris non eſt, nec videtur arctandus quis vt in promiſcuis actibus nomē diuinū enuntiet [16].

1 l. Aurelius. §. idem quæſiit. de lib. leg. vbi Bar. l. ſcire debemus. de ver. obl.
2 l. Iulian⁹. §. ſed & ſi quis. ad exhibend.
3 C. de noua forma fidel. in vſib. feud.
4 xxvi. q. vij. non obſeruetis. in fine.
5 Barto. l. ſi quis ex. §. ſi initium. de edend. in repet.
6 §. quantum verò. in auth. quib. mod. nat. effi. legi.
7 c. j. & ſeq. lxxiij. diſt.
8 l. ab ea parte. de prob.
9 l. j. C. de formu. l. quoties. ij. de verb. obligat.
10 l. curent. ff. de teſtib.
11 l. j. ſ. de fid. inſtru.
12 authen. vt præpon. nom. imperf. verb. auctore Deo.
13 Guliel. Bal. l. j. C. de ſac. ſanct. eccl. Hoſt. c. ſanè. de celebr. miſſ.
14 l. ſi fundus. de reb. eor.
15 xxvj. q. v. c. non liceat.
16 l. quæ ſub. verſicu. alij. de cond. inſt.

 Item

Item Imperatorij nominis expreſsio ideo requiritur,vt certius de tempore imperij conſta
re poſsit,quod Alexãder hîc ſentit,& verba illa,Deo auctore inchoetur,&c.ad proceſſum
indictionis referuntur, vt ex authentico græco apparet,non ad inſtrumentũ. Sed quid † ſi 10
adſit conſuetudo,quæ induxerit huiuſmodi inuocationem, & tunc videntur aliqui ſentire
neceſſariam eſſe,aliàs inſtrumentũ deficeret[1].& hoc caſu exiſtimant defendi eorũ ſenten-
tiam, qui ſimpliciter neceſſariam inuocationem cenſuerunt. Sed ego adhuc nõ vitiari in-
ſtrumentum crediderim[2],tanquam conſuetudo ex quadam pia ſcrupuloſitate inoleuerit,
non eo fine,vt neceſsitatem inducat:nam*& idem in mandato legis receptum eſt.quod ſi 11
honeſtatis cauſa duntaxat inductum ſit,non adeò obligat,vt actus in contrarium celebra
tus ſit nullus[3]. Vnde & communiter recepta eſt Baldi ſententia exiſtimantis verbis legis
ſimpliciter aliquid inducentis formam * actui non imponi, ſed nihilominùs eam valere[4]. 12
Fortiùs mihi videtur,etiam ſi nomen Imperatoris * omiſſum ſit,inſtrumentum tamen ſu- 13
ſtineri:cùm lex vt præponatur ipſi notario mandet:hæcque cura ad eum pertineat[5],quæ ſi
omiſſa ſit,non debet partibus nocere[6],ſed notario qui arbitrio iudicis puniendus eſt[7].ꝙ ſi
iuſſus legis,vel cõſuetudinis partes quoque ipſas reſpiceret,ſecùs eſſet[8]:talíque caſu actus
infirmaretur: quod non eſt in caſu noſtro. Nec crediderim ego illis verbis, Omnino, ſeu,
Omnibus modis obſeruetur, cùm ad notarij munus pertineant, induci formam, qua non
obſeruata actus pereat[9].Satiùs ergo eſt interpretari non vſque eo pollere eius conſuetudi
nis vim, vt omiſsio principalis nominis,multóq; minùs diuini actum vitiet. Cùm conſue-
tudines* ſtrictam interpretationem recipiant[10].& cùm poſsint tales clauſulæ pro adiectis 14
haberi[11],vel quãdocunq; prætextu erroris à notario ſuppleri[12].Hæcq; ſentẽtia eſt æquior.
Vnde etiam ſi vera ſit cõmunis opinio, tamen tali caſu competeret parti beneficiũ denun
tiationis†euangelicæ[13]:quia huius ſolennitatis defectus non excuſat conſcientiam promiſ 15
ſoris, quin obſeruet contractum[14], cùm obligationem naturalem non impediat[15]. Addit
Alex.videri talem ſolennitatẽ eſſe leuem,ideóq; ex eius omiſsione actum non infirmari[16]:
ídque etiam in ſigno crucis receptum eſt, quod lex inuentariis adſcribendum mandat[17].
dicitur autem leuis ſolennitas, * quæ omiſſa nil ſubſtantiæ mutat vt Bart. definiuit[18], vel 16
vt Bald.[19] quæ generaliter pluribus actibus conuenit, non autem ei ſoli qui agitur, vel vt
Aret. quæ omiſſa modicum parti adfert præiudicium[20]. Nec me mouet, quòd inſtrumen-
ta,* in quibus clauſulæ aduerſus conſuetudinem adiiciuntur,ſuſpecta ſint[21]: quia hoc ve- 17
rum eſt in iis quæ adiiciuntur,nam nimia diligentia arguit dolum[22].noſtra quæſtio proce-
dit in iis, quæ omittunt[23], & leuiter ad rem faciunt. Sed qua inuocatione vtetur Tabellio
Chriſtianus,†qui inter Iudæos documentum conficiat?& cenſuit Bart.Chriſti nomen in- 18
uocandum,cùm enim id munus tabellioni ipſi ſit iniunctum[24],ipſe ſecundum fidem ſuam
inuocabit:quod & Iuſtinianus hîc fecit,dũ tali inuocatione eſt vſus:quia Chriſtianus erat
quamuis Iureconſultorum Reſponſa digereret: quos conſtat alienos à fide noſtra fuiſſe[25].
Sed hæc quæſtio magis procemio Digeſtorum quadraret, quàm huic loco:antiqui enim co
dices nullam habent hîc inuocationem,& ſi haberent, adhuc ratio Barto. non me mouet:
quia in quæſtione ſua res gerebatur inter Iudæos,hîc leges promulgãtur Chriſtianis, licet
eis exteri quoque cæteri parere debeant. Alibi tamen Bar. inuocandum numen ipſorum
Iudæorũ†cenſuit[26]:quod intelligit Iaſ.ſi tabellio & tabellionatus ipſe erat Iudæus,vt quã- 19
uis Iudæo conferri officium non poſsit inter Chriſtianos[27], poſsit tamen inter ſuos ſcri-
ba eſſe.Ego accepi†duplici formula concipi inſtrumenta poſſe,in perſonam,ſcilicet,con- 20
trahẽtium collatis verbis,vel in perſonam notarij[28].Si igitur notarius Chriſtianus in per-
ſonam ſuam concipiat verba,ſatis puto inuocandum eſſe Chriſtum. debet enim ſuas ipſe
ſolennitates obſeruare:quoniam hæ non ad pretium, ſed ad notarij curam pertinent[29].re-
ceptiſsimáque hæc eſt ſententia. Quòd ſi ex perſona partium concipiatur contractus pu-
ta quia ſcribatur. In nomine Chriſti, ego Hebræus promitto &c. videretur vitiare inſtru-
mentum tanquam falſum:nec enim Hebræus in nomine Chriſti contrahit[30].Hócq; ſentit
hîc etiam Bart.qui non cenſuit clauſulam hanc eſſe ſuperfluam, quod ait Alex. & ideo ex
ea non vitiari ſcripturam[31],ſed potiùs falſam vel fidei noſtræ illuſoriam videri[32].Vnde ſe-
quitur,vt tali caſu potiùs fiat inuocatio numinis Iudaici: cùm in perſona ipſorũ concipian
tur verba[33]. & inſtrumentũ ſimpliciter rei geſtæ fidem faciat. Sed & ſi ex perſona notarij
ſcriptum ſit documentum, non putauerim errare notarium qui Deum Iudæorũ inuocaue
rit.etenim quod adtinet ad primum articulum Symboli,omnes conſentiunt Chriſtiani,Iu
dæi,Pagani,Turcæ,vt non malè diſputauerit Lancelotus Politus impiam hęreticámq; eſſe
hanc dubitationem.Ego ex*quacunq; inuocatione inſtrumentum ſuſtineri ſemper credi 21
derim,ne culpa partiũ officiat veritati[34].vel culpa notarij officiat partibus[35],tum quia ca
pienda nõ eſt præſumptio illuſionis aut falſitatis[36].Nam & Alex.Imperator venerabatur
Chriſtum, quamuis Chriſtianus non eſſet, vt eſt in eius vita apud Spartianum, & Tribo-
nianus qui Rubricas Digeſtorum inſcripſit,Chriſtianus nõ fuit, vt eſt apud Suidam. nam
& veriſi

1 c.cùm dilectus.de fide inſtru.Barb.in rub.eo.tit.
2 Bar.d.§.ſi initium.
3 gloſſ.auth.decernit.C.de arbi.in l.rem nõ nouam.C.de iud.
4 l.fin.C.de ſen. ex breuic. recit.vbi Sali.Bal.l.j.de lib. & poſthu.
5 d.auth.vt præpon. verſic. vnde ſancimus.
6 c.ſicut.ne cler.vel mona. vbi Io.And.Anch.Abb.
7 gloſ.cle.j.verb. inhibentes.de iure patr.Fel.c.decernimus.de iudic.
8 Bar.l.actuarios.C.de muner.lib.xij.
9 l.hac conſultiſsima. vbi Iaſ.C.qui teſt.fac.§.hinc nobis. in auth. de hær. & falc.
10 l.j.§.ſi quis hoc interdicto. de iti.act.pri. vbi Bart.
11 l.ſi.in ſi.C. de fideiuſſo.l. quæ ſi nolit. §. quia aſsidua. de ædil.edict.Fel.c.cum M. Ferrarienſis.iiij.no.de cõſt.
12 l.ſi librarius. de reg.iur. in fi.vbi Bart. l.errore.C.de teſta.
13 c.nouit.extra de iud.vbi dixi.
14 l.quidã.§.illo. vbi Ang. C.de neceſſ.ſer.hær.
15 Bar.in extrauagã.ad reprim.verb.per denuntiationem.
16 l.j.§.ſi.de ven.inſp.
17 l.ſi.§.j.C. de iur.deliber. Alex.hic.
18 l. cum ij. §. ſi prætor.de tranſact.
19 in procæ.Greg.
20 Aret.l.ij.§.priùs.devul.
21 c.quàm graui. de crimi. falſi.
22 gloſ.l.ſi quis ſub conditione.ff.de cond.inſtit.
23 glo.l.ſi mora.ſolu.matr.
24 authen.vt præpo.verſic. vnde ſancimus.Bar.d.l.ſi librarius.
25 l.ij.de orig.iur.l.iij.in fi. de decur.
26 Bar.d.§.ſi initium.
27 l.fi.C.de Iud. cap.nulla. liiij.diſt.
28 c.dudum.de conuer.cõiug.l.Caius.ſol.mat.
29 auth.vt prępon.no.verſ. vnde ſancimus.Bar.l.ſi quis legatum.C.de fal. & l.ſi librarius.de regu.iur.
30 Bart.d.§.ſi initium.
31 l.non ſolent. de reg.iur. l.j.in prin.C.de rei vxo.act.
32 l.Iudæos.C.de Iudæis.
33 Bart.l.iij.§.iurari.de iureiur.& d.§.ſi initium facit. c.& ſi Chriſtus. de iureiur.
34 xxij.q.j.c.mouet.
35 d.l.ſi librarius.vbi Bart.
36 l.quoties.§.j.de hæ.inſt. vbi Bart.



& veriſimile eſt ita declaraturum tabellionem, qui alioquin ipſe de ſuo reſarcire partibus
damnum vitiati inſtrumenti teneretur[1].
22 OPERIS. Paternus hic caſus vario † modo accipi ſolet.quandoque enim cauſam
efficientem deſignat[2],quandoq; ad materiam,aliquando ad formã refertur,vt hîc omnes
tradunt.denotat & cauſam(vt vocant)finalem[3]:ſignificat & dominium præſens[4],ſignifi-
cat & futurum[5], indicat & poſſeſsionem[6],vel etiam nudam adminiſtrationem[7],reperitur
& iuriſdictionis ſeu fœderationis ſenſu[8]: quandoque & ad vſumfructum refertur[9], quan-
doque aliter, diuerſiſque modis accipitur, quos hic referre operæpretium non eſt. conclu-
dendum tamen ex communi Docto.ſententia genitiuum caſum propriè ad dominium re-
ferri[10],poſſeſsionem verò non niſi impropriè ſignificare:quæ tamen ſignificatio & tunc ſu
mitur cùm materia hoc ſuadet,vel actus validitas[11].Híncque(inquit Barto.)Grãmatici ſo
lent dicere genitiuum ex natura poſſeſsionis regi.Ego apud veteres legi genitiuum caſum
eundem & poſſeſsiuum dici,non quod poſſeſsionem ſignificet, quatenus à dominio diſtat,
nec enim Grãmatici has iuris noſtri diſtinctiones ſatis norũt: ſed (quod quãdam ad alium
applicationem oſtendit) qua ratione etiam nomina poſſeſsiua dicuntur vt, Priameïa vir-
go apud Virg.id eſt Priami,& ad eum pertinens,quoquo modo pertineat.Vnde conſequẽs
potius eſt propria ſignificatione genitiuum caſum non magis dominium, quàm poſſeſsio-
nem ſignificare, vel adminiſtrationem, vel quid ſimile,ſed ſemper ex ſubiecta materia in-
terpretationem recipere, alioquin verba rubricæ noſtræ non ſatis propriè cõcepta eſſent,
quod haudquaquam credibile eſt.Hinc eſt quod plerunque genitiuus ad dominium tãtùm
non refertur, vt cùm lex cuiuſque ex bonis rapi quicquam prohibet[12], propter enim vim
dictionis illius,Ex bonis,veriſimile eſt etiam ad poſſeſsionem eum caſum referri[13],ſicut &
quando lex cuſtodiam adhiberi vult[14],vel ei ſuccurrit,ad quem res pertinet[15].verba enim
generalia ſunt. Idem in interpretatione interdictorum credendum eſt, in quibus ad altio-
rem dominij quæſtionem non attenditur[16]: qua ratione & lex Cornelia de domo alterius
mentionem faciens,etiam de conducta intelligitur[17]:par enim vtroq; caſu eſt iniuria.Huc
pertinet & quod genitiuus ad bonæ fidei poſſeſſorem refertur, qui Publicianam habet, &
23 vero domino*comparatur[18].Equiparatio enim legis veteris hoc inducit[19].niſi tamẽ iam
conſtet quis ſit verus dominus:tunc(quia ille præfertur)nihil eſt,quòd de poſſeſſore quæra
mus[20]:cùm ampliùs eius non interſit,quod alibi Bar.docet[21].Et hinc ad ſtatutum infertur,
cuius verbis quiſquis alterius rem accepiſſet certa pœna plectebatur.inquit Bart.rem alte-
24 rius*dici,quæ iure dominij ad alterum pertinet,ídque propriè[22]:quòd ſi ratione poſſeſsio-
nis pertineat,non propriè,ſed ex communi loquendi vſu alterius quoq; dici[23], aliud enim
eſt res, aliud rei poſſeſsio[24]. At Doctores communiter de dominio ſolùm intelligendum
putant:quoniam huiuſmodi ſtatutum pœnã inducens ſtricta interpretatione eſt accipien-
dum,quod Imo.Alex.& cæteri tradiderunt,& ſæpiùs ſimilibus caſibus reſponſum extat[25].
Nec refert,ſi lex in eum,qui rem alienam abſtulerit,ſcripta ſit,an rem alterius[26].Vnde cẽ-
ſuit Bar.ſi fructus clàm de agro ſecti, ablatíque ſint, condictionem ex ſupràſcripto ſtatuto
fructuario aut conductori non eſſe[27]:quia nondum dominus fructuum erat: licet actio ex
furto iure communi tali caſu competeret, quæ ad id, quod intereſt refertur[28], intereſt au-
I. tem conductoris fructus non auferri. Ergo tres†caſus diſtinguendos arbitror. Primus,
25 cùm reus probat rem ablatam ſuam eſſe, & tunc abſque dubio non puniretur pœna ſtatu-
ti, non enim rem alterius.Sic abſtulit,ſed ſuam[29],nec rei ſuæ furtũ feciſſe videri poteſt[30].
II. ídque Caſtr. & Alex. probant. Secundus caſus, cùm ſtatutum requirit rem accuſatoris
eſſe,vt quia ſic concepta ſint verba,Quiſquis abſtulerit rem alterius,illi centum pro pœna
ſoluat, & tunc vera quoque eſt communis ſententia, vt ſtatuto locus non ſit, ſi res non ſit
eius,cui eſt ablata, ſed alterius:quoniam fundamentum intendentis eſt dominium,proba-
re:ergo debet rem ſuam eſſe probare[31]. Referetur ergo hoc caſu genitiuus ad dominium.
III. Tertius caſus eſt,cùm verba ſtatuti dubia ſunt: quia ſimpliciter loquũtur de re alterius,
nec explicant,an ſit tertij,an eius,cui ablata eſt,& tunc,ſi conſtat rẽ non illius eſſe,cui abla
ta eſt,ſed alterius tertij Alex.idem quod ſuperioribus caſibus cẽſet,negátq; ſtatuto locum
26 eſſe:quia exceptio * hæc,Tu non es dominus,omne ius accuſatoris excludit, ideóq; pote-
rit reus ex iure tertij ſe tueri[32].At Paul.Caſtr.contrarium ſentit:accuſator enim plus iuris
habebat:quia poſsidebat[33],quæ ſententia probabilis eſt:quia verba ſtatuti puniunt eũ,qui
abſtulerit rem alterius:ergo & ſi tertij ſit.Vnde apparet haudquaquam exceptionem illam
actionis ipſo excluſiuã eſſe,vt Alex. ſat rectè credidit:aget ergo poſſeſſor:quia ſua ſaltẽ ra
tione poſſeſsionis intereſt[34]. Illud fatentur omnes ex ſubiecta materia ſuprà ſcriptũ ſtatu-
tum etiã de poſſeſsione intelligi,vt ſi verba ſic concepta ſint, Si quis furto rẽ alterius abſtu
27 lerit &c.nã cùm furtum etiam cum reſpectu poſſeſsionis fiat[35] intelligatur*ſtatutũ ſecun-
dum ius cõmune,vt etiam poſſeſſori actio detur[36].quod Bar.hîc ſentit,& non abſimili ca-
ſu ſępe conſultũ extat[37],nam & Caſtrenſis hîc,ſi lex ſtari ſacramento domini poſſeſsionis

1 l.iubemus.in fin.C.de teſta.l.fi.C.de magiſt.conuen. Deci.c.j.de probat.
2 exẽplificãt per Alex. hic.
3 l.filios.de cõdi.& demon.
4 l.iij.§.Pomponius. ad exhibend.
5 l.ſi mora.ſol.matr.
6 l.j.§.ait prætor.naut.cau. l.ij.§.in hac.ij.vi bo.rapt.
7 c.quia V.de iudic.
8 cap.j.de poſtu.prælа.glo. verb.terram.
9 l.j.in princ.§.non ſolum. de arb.cæd.Alex. conſil.iiij. in v.
10 l.ij.§.locum. ff.de relig. l.cædere. ff.arb.fur.cæſa.
11 glo.l.quoties.ij.de verb. oblig.
12 d.l.ij.§.in hac.
13 l.bonorum.de ver.ſigni.
14 d.l.j.nau.caup.l.bona fides.depo.
15 l.oſſa.§.ſi locus. §.non ſolum.de relig.
16 l.j.§.non ſolùm.de arbi. cæd.
17 l.lex Cornelia.§.domũ. de iniur.Feli. d.c.quia V.& c.per tuas de prob.
18 l.ſeruos.de lega.iij.l. magis.§.j.de reb.eor.l.quoties. §.j.de noxa.
19 §.ſed iſtæ.inſt.de act.
20 d.l.ij. de relig.l.j.§.j. de ſer. corru.
21 l.j.§.domini.ad Silla.
22 d.l.ij.§.locum.l.j. §.j.de ſeru.export.
23 glo.l.ij.in prin.de origi. iu.Bar.l.j.§.fi. de pec.& hic.
24 l.ſi duo. in fi.vti poſſ.
25 Rom.conſi.clxxx.in fin.
26 d.l.ij. de relig. d.l.j. §.j. de ſer.corru. l.ſeruos. de lega.iij.
27 l.cædere.§.is cuius.arb. fur.cæſa.Bar.d.l.ſi fur. de vſufruct.
28 l.ſi apes.in fi.j.de fur.
29 d.l.ij.§.ſi quis igitur. vi bon.rapt.
30 l.ſi is, cui.§.fi. de fur.
31 l.non ſolum.§.ſed vt probari.j.eod. vbi Bart.l.Iulianus.§.j.quib. ex cau.in poſſ.
32 l.fi.C.de rei vend. Bar.l. ij.j.de excep. rei iud.
33 l.ij.vti poſsid.
34 argu.l.j.verb. poſſeſsionis.j.de fur.d.l.ij.§.fi. vi bo. rapt.
35 l.j.l.itaque.de furtis. §.j. inſtit.eod.
36 l.ſi ſerui.C.de noxa.
37 Alex.conſi.xxxiiij. viſo. in q.liiij.in v.Roma.conſil. clxxx.in fin.

velit pro damno paſſo, cõpræhendi etiam fructuarium cenſuit, qui in fructibus damnũ ſit
paſſus[1]: quoniã propter poſſeſsionis mentionem ea videtur legiſlatoris mens fuiſſe, vt dã-
num cuilibet poſſeſſori reſarciretur[2], quod & Alex. reſpondit[3]. Ego, etiã ſi poſſeſsionis mẽ-
tio facta non ſit tamen fructuario ſuccurri etiam aduerſus dominũ arbitror, non quidẽ di
recta condictione ex ſtatuto[4], ſed vtili[5]. Sic & traditũ eſt, cùm ſacris interdixiſſet Pontifex
terris Regis etiam eas cõpræhendi, quæ propriè Regis non ſunt, ſed ſociæ, vel fœderatæ[6],
itémq; terris, quæ iure vſusfructus tantùm ad eũ pertinent[7]. etenim vſuſfructus pars domi
nij eſt[8], & ita ab eis auxilium contumaciæ ſuæ Rex mutuaretur ſicut à proprijs, vt meritò
cùm eadem ratio vtroq; caſu ſubſit, & de dominio & de poſſeſsione genitiuus accipiatur[9].
Quòd ſi par ratio non ſubeſſet, aliud videretur, vt cùm terræ epiſcopi ſubiiciũtur interdi-
cto, non cõpræhendet eas, quæ ſolùm iure ſpirituali ad epiſcopũ pertinent[10]: quia ſubiecti
ſpiritualiter tãtùm nõ ita adiuuãt domini cõtumaciã, ſicut cæteri. qua in re alij aliter. Ad-
dit Bart. ſuprâſcriptũ ſtatutũ de poſſeſsione quoq; intelligi ex cõi loquẽdi vſu ſecundũ quẽ
ſolemus alterius rẽ dicere, etiã, quæ ſolius poſſeſsionis reſpectu ad alium pertineat[11]. verba
autẽ* ſtatutorum ſecundũ cõmunẽ loquendi vſum intelligenda ſunt[12] etiã ſi is proprietati 28
repugnet. quod in pœnalibus etiam locũ habet, vt Bar. hîc tradit, & cęteri ſequuntur[13], prę-
ter Ludouicũ Pontanũ, qui quibuſdã rationibus nititur, quæ non tã cõmuni ſententiæ ad-
uerſantur, q̃ eã limitant. Et in primis adducit ille, quod lex vulgi ſententiã improbat, eum
qui duplã promittit, ſatiſdare debere exiſtimantis[14]: ergo apparet vulgarẽ hunc vſum non
adtendi. Sed vnde hoc? an quia non omniũ hic erat vſus, ſed aliquorũ duntaxat, & quidem
imperitorũ? cõmunis ergo loquendi vſus, qui imperitorũ ſit, non adtendetur[15]. Nam & Fab.
Quintil.[16] auctoritatẽ (inquit) ſermonis * conſuetudo ſuperat. conſuetudinẽ autẽ vocabo 29
eruditorũ conſenſum non imperitæ multitudinis. Sunt tamen qui diſſentiant, & vſum etiã
imperitorum attendi debere exiſtiment: vt Alex. & Iaſ. hîc: attenditur enim & ruſticorum
vſus[17], quos conſtat imperitos eſſe. Fel.[18] diſtinguendũ putat, & vſum ex mediocriũ aucto
ritate aſſumi, non prorſus imperitorũ, viliſsimorúmq;. Ego † accepi verba ſecundũ profe- 30
rentis mentem intelligenda eſſe[19], vnde conſequens eſt, vt ſi ſtatuta à doctis & peritis iuris
condita ſint, ſecundũ peritorũ vſum verba accipiamus: ſi verò ab imperitis ſecùs ſit[20], ve-
riſimile enim eſt vnũ quẽq; intentionẽ ſuã exprimere verbis, ſecundum ſuam conſuetudi-
nem acceptis[21]. Rurſus adducit Pont. ꝙ quãuis cõmunis vſus accipiat cognatos etiã eos,
qui poſt mortẽ teſtatoris ſunt concepti: tamen aliter ab edicto prætoris accipiuntur[22]. Reſ
pondet Iaſ. communem vſum eo caſu reprobari, quia nimis ineptus. Ego † non reprobari 31
vſum illum exiſtimo: ſed Iuriſconſultum ſimpliciter declaraſſe, in edicto ſolùm cõpræhen-
di eum, qui, viuo aſcendente, ſit conceptus, perinde ac ſi diceret, licet appellatio familiæ ſit
generalis, tamen * in prohibitione alienationis ſolùm vſq; ad quartũ gradũ intelligitur[23]. 32
ſic licet † verbũ, occidiſſe, generale ſit, tamẽ in lege Aqui. ad eũ reſtringitur, qui adhibita vi 33
occidit[24]. Híncq; cõſequẽs eſt, vt licet aliqua dictio * propter cõem vſum generaliter videa 34
tur accipiẽda, recipiat tamen ſtrictiorẽ interpretationem, ſi ratio legis hoc ſuadeat[25]. Ad-
ducit tandẽ Pont. quod plerũq; videmus in iure cõſtitui differẽtias, quas tamẽ cõis vſus nõ
diſcernit. qualis eſt ea, quæ inter liberos & filios prodita eſt[26]. Sed eſt reſpõdendũ nõ diſcer
ni à vulgariter loquentibus: qui enim latinè loquuntur, ſatis diſcernunt. Vnde ſequitur, vt
in cõmunis vſus probatione ex Latina lingua ad vulgarẽ non inferatur[27], quod non abſi-
mili caſu Alex. quoq; reſpõdit[28]. & nos lib. de ver. ſig. ij. hæc & alia copioſiùs diſputauimus.

NOVI. Sunt † qui ab hac dictione, Noui, exiſtiment nomen huic libro datũ, vt Digeſtũ 35
Nouũ dicatur. quę ſentẽtia aliquẽ colorẽ haberet[29]. in antiquis codicibus nõ incipitur à di
ctione, Operis. Alij nouũ interpretãtur, id eſt vltimũ[30]. Sed aliud eſt nouiſsimũ, aliud nouũ
Bart. argutiùs, nouũ. i. iniquũ[31], quia punit iniqua. quæ interpretatio ſeipſam iudicat adeò,
vt alia nõ egeat cõmẽdatione. Híncq; infertur ad quæſtionẽ, cùm maritus hęredi præcepiſ
ſet, ne aduerſus vxorẽ ſuã quicquã noui faceret. nã ſi aliquid iuſta ex cauſa innouat, nõ vi
detur præceptũ contẽpſiſſe, nec in pœnã incidere[32]. Raph. & Alex. non eſſe laborandum de
hoc nomine tanquã cõmẽtitio, arbitrarióq; rectè exiſtimãt. Quid enim ſi amiſſo iuris no-
ſtri corpore[33], iſtud volumẽ nuper repertũ fuerit[34]. Sed cur librũ hunc nõ auſpicati ſunt ſe
cũdũ Iuſtiniani diuiſionẽ, à ſexta ſcilicet parte, quę eſt de bo. poſſ.[35] Reſpõde ſectionẽ huius
libri nõ veteres Iuriſcõſulti, ſed recẽtiores librarij fecerunt, vt cõmodiùs circũferri poſſet,
ſatíſq; habuerũt, quod vltimæ voluntates ſuperiùs explicitæ eſſent. Sed quomodo cõtinua
bitur ſuperioribus? & Azo. (vnde Acc. accepit) ita cõtinuari exiſtimat q̧a ſicut ſuperiùs de
iure prætorio loquitur, ita & hîc, licet nõ in eũdẽ modũ: q̧a ſuprà de vltimis volũtatibus, hîc
de actibus viuẽtiũ. Sed ego haud hæc probo ſuprà[36]. tractatur itẽ ad ſenatuſc. Terty. & Or-
fi. quæ iuris ciuilis, nõ autẽ prætorij remedia ſunt. Din. s. de acquirẽdo, hîc de retinendo agi
tradidit. Atqui bonorũ poſſeſsio eſt etiã ius retinẽdi[37] ſatiùs eſt dicere, cõtinuationẽ * non 36
eſſe neceſſariã maximè in principiis librorũ, in q̧bus materia nõ ſubordinatˀ, ſed incipit[38].

Et cùm

1 Spec. tit. de prob. §. videndũ. verſi. ſed pone. à ſtatuto.
2 arg. l. ij. C. vt nemo priui. vel a reg.
3 conſi. cxxix. in i.
4 d. l. cædere.
5 l. item Mela. in fi. cũ l. ſeq. ad leg. Aquil.
6 d. c. j. ver. nec valet. de poſtul. prela.
7 c. ſi ſententia. §. j. de ſentẽ. exc. in vj. vbi Ioã. And.
8 l. iiij. de vſufru.
9 glo. auth. vt hi qui oblig. verb. ad curationem.
10 c. ſanè. ij. vbi Abb. de of. deleg.
11 gl. d. l. ij. de orig. iur.
12 l. librorum. ver. quid ergo. in glo. de leg. iij.
13 l. ſi vxor. §. j. de adul.
14 l. ſi dictum. de euict.
15 Bal. c. i. de ſucceſſ. feu. l. j. C. de ſer. fug. l. j. C. de ſucceſ. edi. Alex. conſi. lxxxv. in iiij.
16 lib. j. c. v.
17 l. ſi chorus. de leg. iij. gl. d. l. ij.
18 in procem. Decre.
19 l. Labeo. de ſup. leg.
20 l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoque. de ver. obl. & ibi gl. in verb. ſtipuletur.
21 l. quo loco. §. j. vbi Doct. de hær. inſt.
22 l. item prætor. de ſuis & legit.
23 auth. de reſtit. fid. §. nos igitur.
24 l. ita vulneratus. ad leg. Aquiliam.
25 l. ſi procuratorem. §. j. mandati.
26 l. quod ſi nepotes. de teſtam. tut. cum glo.
27 Bar. d. l. Labeo. verſi. iij. quæro. de ſup. leg.
28 conſi. ij. in fi.
29 l. j. quo. leg. l. j. de tritic. l. j. §. eſt igitur. vti poſſ.
30 c. cùm Marthæ. de cele. miſſ.
31 l. j. quod quiſque iur.
32 Bart. l. vt iuriſiurandi. in fi. de ope. li. Paul. cõſi. cxciij. ſuper iſto. in ii.
33 glo. rub. ſol. matr.
34 gloſſ. j. l. admonendi. de iureiurando.
35 l. ij. §. poſt hæc. C. de vet. iur. enuc.
36 l. fi. de ſuis & leg.
37 l. iij. §. bonorum. de bo. poſſeſſ.
38 l. cùm de lanionis. §. aſinam. de fun. inſtru. glo. rub. de cond. fur.



Et cùm hic liber à principio diuiſionis ſecundum Iuſtinianum factæ non ſit æditus, quærit
37 Bar. ſi quis ſtatuto vel inſtrumẽto indigeat, an ſufficiet, ſi † partem produxerit, in qua quæ-
ſtione conſtituenda eſt regula, totum quidem volumen producendum non eſſe, ſed dunta-
xat integrum caput: ne aliàs in fine clauſula aliqua adſit, quæ reſtringat diſpoſitionem, vel
38 mutet[1], cùm enim lex dicat totam legem perſpici debere[2], intelligitur † tota lex, caput ali-
quod perfectum, quod ſuis modis, & qualitatibus, quæ eodem contextu adiectæ ſint, & ſuis
partibus eſſe debet, quod caput illud produxerint quod ſtatuentes pro perfecto habuerũt.
Productio enim quandam confeſsionẽ inducit[3], at confeſsio circa connexa diuidi non de
bet[4]: quod ſi capitula connexa non ſint, ſecùs eſt. vnde ſi correctio aliqua ex interuallo ad-
iecta ſit, non tenebitur ipſe eã producere, ſed aduerſarius ſi velit producat: quia alius actus
ſeu alia lex cenſebitur[5]: & ideo quod Bar. infra ait additionem ſtatuto factam edi debere[6],
intelligendum eſt ſecundũ ſuprâſcripta vt ſi connexa ſtatuto ſit, edatur ab eo, qui ſtatutum
producit[7], aliàs ab eo, cui ea res commodo ſit, hoc eſt, qui ex ea ſe fundat: eſt enim huiuſmo
I. di additio nouum, & ſeparatũ ſtatutum[8]. Sunt † tamen aliqui caſus quibus ſufficiet par-
39 tem capituli producere. Et in primis clarum eſt, quod legiſlatores particulas legũ plerun-
que adducunt[9], quod in decretalibus maximè iudicat clauſula illa, & infra, toties repeti-
ta[10]. Solent enim breuitatis cauſa conciſè referri qui adducuntur loci, nec ideò minùs au-
ctoritatis habent[11]: cùm maxima ſit iuriſconſulti referentis fides, omníſq; in eo ceſſet ſuſpi
cio, ſic & in euangeliis referũtur loca ſcripturæ adeò conciſa, vt maximum interpretibus
II. negotiũ fecerint[12], quod lib. ad Pammachium diuus Hierony. atteſtatur. Alter caſus eſt,
cùm iudex ipſe facit particulam edi parti, id eſt dictat quatenus edendum ſit[13]: in editione
III. enim, quę parti fit (quia iudicis auctoritate fieri ſolet) ceſſat ſuſpicio[14]. Sicut & ſuperio-
re caſu, cùm veriſimile ſit iudicem non omiſſurũ ſi qua adeſſet correctio[15], ſi editio ad pro-
bandũ ipſi iudici non fiat[16]. Qua ratione & idem in notario eſt: in caſibus enim quibus no
tarius nõ niſi partẽ edere tenetur[17], ſi eã ediderit, præſumitur eo modo edidiſſe quo debuit
cum ſuis ſcilicet qualitatibus & reſtrictionibus, ſubeſt enim eadem ratio quæ & in iudice[18]
non tenetur autem notarius edere niſi ei à quo rogatus fuit, & quatenus eius interſit[19].
I. Quid † ergo ſi notarius edat rẽ toti ciuitati cõmunem, qualia ſunt ſtatuta, & tunc nõ ſuf
40 ficiet partẽ edere quod alibi rectè Bart. ait[20], nec iis aduerſatur, quę hîc tradidit licet Alex.
II. nodum in ſcirpo quęrat. Híncq; infertur etiã reſcriptum ad cauſas totum edi debere: eſt
III. enim cõmune actori, & reo[21] Sed & ſi reus aduerſarius ex particulari editione plenè in-
IIII. ſtructus non eſſet, integram fieri debere ab actore editionem receptum eſt[22]. Quid ſi no
tarius ediderit non ad literam, ſed ſimpliciter modo referentis conciſè notificauerit, putà,
pateat quòd ego notarius tali die feci documentum &c. & huiuſmodi commemorationes,
ſeu iudices non ſufficere lex ait[23]: quod intelligendum, niſi huiuſmodi in editione omnia
41 quæ ad ſubſtantiã inſtrumenti pertinent adiecta proponantur[24]. Sanè quibus † caſibus no-
tarius non tenetur niſi partẽ edere, nihilominùs pars illa fidem faciet[25], alias lex probatio
nes vitiaret, & fruſtra talẽ editionem requireret, quod facilè non eſt credendum: & ideo dũ
Bar. hîc ſimpliciter ait particulam nõ probare, ſi pars opponat, intelligendus eſt caſus, quo
totum producendũ erat, non autem ſuprâſcripto caſu quo ſufficit, ſi particulam notarius
ediderit[26]. Cæterùm & ſi aduerſarius contra editionem partis nihil obiecerit, & ex lectio-
ne producta depręhendi non poſsit pars, an totũ ſit, vero proprius eſt totum editum pręſu-
42 mi: actus enim in dubio præſumitur perfectus[27]. Vnde * qui dicit ſe totum edidiſſe, prę́ſum-
ptionem pro ſe habet[28]: onúſq; contrarium probandi in aduerſariũ transfertur[29], quod cer
tiſsimũ hoc caſu eſt, quo adſertio dicentis præſumptione legis confirmatur[30], quicquid ali
qui hîc cõtrouertant: depręhendetur autem totum non eſſe productum, ſi notarius expreſ-
43 sè hoc dixerit, vel adiecta ſit dictio, & cętera, vel aliqua alia, quæ imperfectionem * arguat,
& ideo ſi aduerſarius habeat aliquam adiectionem, quæ primùm pro ſe, deinde cõtra ſe fa-
ciat, poterit illud duntaxat quod pro ſe facit exhibere ad oſtendendum, quod actor totum
ſtatutum non edidit, vt Barto. cautè magis quàm ex boni viri officio, quod Politus ait, hîc
44 docet[31]. Illud conſtat in loco vbi viget ſtatutum * aliquam eius productionem neceſſariam
non eſſe, ſed ſemper pro exhibito haberi[32].

Finis Rubricæ.

1 c. cùm perſonæ. de priui. in ſexto.
2 l. inciuile. §. de legib.
3 c. cùm venerabilis. de exceptio. vbi canoni.
4 l. Aurelius. §. idem. de liber. lega.
5 l. j. §. cùm adiicimus. de verb. oblig.
6 arg. d. l. inciuile.
7 cap. ſi Romanorum. xix. diſtinctio.
8 l. ius autem ciuile. de iuſtit. & iure.
9 l. pars literarũ. ff. de iudi.
10 Ioan. And. c. à nobis. de iure patrona.
11 l. ij. §. de nund. d. c. ſi Romanorum.
12 Matth. c. ij.
13 c. contingit. de fid. inſtr.
14 Bar. l. omnes. q. fin. de iuſtitia & iure.
15 l. ij. C. de of. ciuil. iud.
16 Bal. l. j. ij. not. C. de cõdi. ob cau.
17 l. argentarius. §. edi. de edendo.
18 l. ſi quis decurio. C. de falſ.
19 l. ſi quis ex argentariis. §. pertinere. de eden.
20 Bar. d. l. inciuile.
21 glo. c. eam te. in fi. de reſcriptis.
22 arg. l. j. §. edere. de eden.
23 l. ij. §. de fid. inſtru. auth. ſi quis. C. de eden. Guid. Pa. quæſt. xix.
24 Cin. d. l. fin. Doc. d. auth. ſi quis in aliquo.
25 d. §. edere.
26 l. ex conuentione. vbi Deci. C. de pact.
27 l. ſi is, qui. de teſtam.
28 l. cùm ita. §. ſpecies. de lega. ij.
29 gloſ. l. cùm de lege. §. de probatio.
30 l. fi. §. licentia. C. de iure deliberan. vbi Iaſ. & l. ſi conſtante. ſoluto mat.
31 arg. l. rem non nouã. C. de iudic.
32 Bart. l. omnes populi. de iuſtit. & iur. verſicu. circa ſecundum.

SVMMAE.

1 ☞ *Ædificij tollendi remedia varia.*
5 *L. j. de no. op. ſenſus.*
8 *Nuntiatio appellationi diſsimilis.*
9 *Nuntiationem ex cauſis ceſſare. 10. 13. 15.*
16 *Nuntiationem ex cauſis negligi. 21. 68.*
18 *Nuntians non niſi in caſibus reus.*
19 *Nuntiatio inepta non tenet.*
24 *Remiſsio non, niſi ex cauſis, impetranda.*
26 *Conſultor in manifeſtis exigendus ex cauſis.*
28 *Hoc, rem oculis etiam mentis ſubiicit.*
31 *Teſtem variantem non, niſi ex cauſis probare & 32. idque æſtimante iudice. 33.*
35 *Edicti interdictique diſcrimen.*
37 *Iudicia omnia inter duos dici.*

 Interdicti

39 *Interdicti temporalis effectus.*
42 *Interdicendi in nouo opere forma.*
44 *Nuntiationis permittendæ forma.*
45 *Nuntiari non citato poſſe.*
46 *Ædificans iure.*
49 *Supplicata conceſſa ad cauſam referri.*
50 *Nuntiari variè.*
51 *Interdicti no. op. vis.*
53 *Remiſſionem variè accipi, ac fieri.*
54 *Titulum, de remiſſionibus. explicari.*
55 *L.j. de remiſſ. & emendari, & enucleari.*
56 *Remiſſionem citra ius ceſſare.*
58 *Diſſolutione remiſſionéque actum non argui: regulariter contrà. 66.*
67 *Diſſolutionem petens actum, ſed non iuſtum, fatetur.*
69 *Certum variè fieri. 82. 89.*
70 *Inſtrumenti publici effectus multiplex. 80.*
76 *Confeſſionis effectus duo. 77.*
81 *Inſtrumenta in tertium probare.*
87 *Manifeſtum ad omnes referri.*
88 *Liquidi iudici effectus.*
92 *Nuntiationis cauſa non niſi in lite exprimenda. 95. ex cauſis contrà.*
94 *Nuntiationis & libelli diſcrimen. 126. & æquiparatio. 123.*
98 *Teſtis, non rogatus, cauſam non dicat. plerunque contrà. 106.*
100 *Teſtis non dicta cauſa an probet, arbitretur iudex.*
101 *Cauſæ exprimende forma multiplex. 107. 109. 110.*
102 *Cauſæ expreſſio à quouis exigibilis.*
104 *Nuntiationis tempus.*
113 *Nuntiantem poſſidere oportere. 116. ex cauſis diuerſum. 117. 118. 119.*
120 *Cauſæ veritas non probanda: falſa corruit. ex cauſis contrà. 121.*
122 *Cauſſa dicta immutabilis.*
128 *Certiorationis formæ. 131. 132.*
133 *L.j. de oper. no. nuntiat. ſenſus verior. 134.*
135 *Satiſdationem non niſi extra ius ſufficere: ex cauſis diuerſum.*
136 *L. ſi is à quo. vt in poſſ. leg. reſtringi, & explicari.*
137 *Nuntiatione ſpreta de dolo agi.*

## LEX PRIMA.

1 HOC EDICTO. Quoties† quis in re mea, & à me poſſeſſa * ædificat,
2 poſſum propria auctoritate illud deſtruere[1]. quod ſi quis in re ſua ædificet
3 mihíq; * ex eo opere det damnum, ſecundũ veteres iuris regulas petitorio
duntaxat iudicio agendũ erat, interímq; ille impediri nõ poterat: neq; eñ
facilè debuit mihi ille credere[2], quin in ſuo faceret quæ vellet[3]. Vnde ſe-
quebatur effici duriorem conditionẽ meam quod iam factis operibus præ
4 tores faueant[4]. ꝙ publicè interſit ædificia non * deſtrui[5]: & quia ſi ædificans ſoluendo non
eſſet, vel aliàs iuſtè mihi non crediſſet, neceſſe habuiſſem id de meo demoliri, quod ille te
5 mere feciſſet. Igitur Prętor† edixit, ne, facta nuntiatione, quiſquã ædificaret, etiã ſi iuſtam
cauſam foueret, ſed priùs ſineret de ea cognoſci: etenim aduerſus eũ, qui pręſenti ſtatu con
tentus nõ eſt, ſed nouare vult, ſtat prima facie pręſumptio[6], maximè in iis, vnde graue præ
iudicium nouãti non infertur. meritò expectandũ fuit, donec cauſa cognoſceretur, vel ſa-
tiſdatio præſtanda, ne, alioquin vicinus non iactu lapilli, ſed veris armis nuntiaret, id eſt,
prohiberet[7]. Idẽ prætor deinde interdixit, vt ſi aduerſus ea factum eſſet, reſtitueretur[8], id-
eſt ſtatim ædificiũ tolleretur, nec admitteretur exceptio, quòd iuſta ex cauſa ædificaſſet, ſi
cut enim in interdicto recuperãdæ exceptio dominij reiicitur[9], ita & in caſu noſtro rei-
citur exceptio iuſtę cauſæ: quia ille, qui interim ædificat, dicitur vim facere nũtiãti[10]. Hóc-
que induxit interdicto ſuo prętor, cuius natura eſt, nõ diuiſo principali partiũ iure, interim
6 prouidere[11]. Hæcq; verior eſt ratio, q̃ ſint illæ, quas Doc. adferunt. Cùm * enim denũtiatio
nes iniquę negligi regulariter poſsint[12], videbatur etiam nuntiationẽ hanc contemni po-
tuiſſe, quod tamẽ hic negatur. Sed reſpondet Bar.[13] ſpeciale id eſſe propter contemptã præ
toris auctoritatẽ[14]. Addit Pont.[15] id propter dubiũ iuris partium inductũ eſſe. In ambiguis
7 enim * potior eſt prohibentis cõditio[16]. Dixerit aliquis non aduerſus eum, qui iuſtè fecerit,
nec interim ambiguũ cenſeri, quod ſecundũ regulam eſt[17]. Sed & legi noſtrę locum eſſe ẽ-
tiã ſi ius ambiguum nõ ſit: Din. Iac. cenſuerũt, quod infrà adtingã. Alij nuntiationem hanc
8 extraiudiciali† appellationi ęquiparãt[18]. Alij potiùs iudiciali[19]: & ideo, pendẽte appellatio
ne, nihil innouandũ eſſe[20]. Sed hęc rectè improbant recẽtiores. Differt enim nuntiatio ab
appellatione pleriſque caſibus, quos hîc referre non adtinet[21]. nam & pẽdente appellatio
ne, nihil nouatur, etiã ſi actor ſatiſdare velit[22]: at in caſu noſtro pręſtita ſatiſdatione remit
titur nuntiatio[23]. Verius eſt ergo nuntiationem etiam iniquam obſeruari, quia interim de
iniquitate doceri propter naturã interdicti reſtitutorij non poteſt[24], vt ſuprà dixi. Non tñ
9 perpetua eſt ſupràſcripta regula. Et† in primis nõ procedit, cùm ratio edicti ceſſat, vt quia
is, qui nuntiat, in eius rei poſſeſsione, nõ eſt, cui ex ædificio damnũ fieret: cùm enim (vt di-
xi) id poſſeſſorij iudicij quoddã proludium ſit, ei, qui non poſsidet, competere non poteſt[25],
nec debet quis ædificantem in ſua poſſeſsione impedire, niſi & ipſe talis ius prætendat[26],
id eſt, in quaſi poſſeſsione iuris, vel loci ſit, pro cuius conſeruatione nuntiat[27]. Vnde in-
frà Bartolus[28] non ſufficere ait, ſi quis dicat ſe nuntiare adiecta cauſa, quia in ſolo meo
ædificas, vel aduerſus ſeruitutem domui meæ debitam, niſi adiiciat in ſolo meo, & à me
10 poſſeſſo quæ ſententia vera eſt aduerſus cæteros vt ibi docui. Eadem † ratione factum
eſt, vt qui viam habet ædificanti: in via nuntiare non poſsit[29], quod procedere arbitror,
etiam in eo, qui iter vel actum habet, vel quamlibet aliam ſeruitutem non continuam[30]:
licet

1 l. de pupillo. §. meminiſſe. ĵ. eodem.
2 l. j. §. dolum. de eo per quem fact.
3 l. pe. de aqua quoti.
4 l. iij. §. j. de alien. iud. mu. l. prætor. §. pen. ĵ. eod.
5 l. cætera. de leg. j. vbi Iaſon.
6 l. ij. de conſti. prin.
7 l. æquiſsimum. in princ. de vſufr. d. §. meminiſſe.
8 l. prætor. ĵ. eod.
9 l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad l. Iul. de vi.
10 l. j. §. quid ſit. ĵ. quod vi aut clam.
11 l. j. §. & parui. ff. quod vi aut clam.
12 l. Papinianus. de publi.
13 Barto. v. oppoſ.
14 arg. c. bonæ. de appell.
15 in §. ſequenti.
16 Sabinus. ſ. comm. diui.
17 Bartol. l. quoties. ſi quis cautio.
18 Bar. l. fi. de appell. reci.
19 Barto. d. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi.
20 c. non ſolum. de appell. in ſexto.
21 c. j. de app. in vj. & d. cap. non ſolùm.
22 l. Imperatores. in fi. de appella.
23 d. l. prætor. §. deinde.
24 d. §. & parui.
25 Bart. l. ſtipulatio iſta. §. habet. ĵ. eod.
26 l. pe. ĵ. de aqua quo.
27 Bar. d. §. & parui. j. opp.
28 Bar. q. vij.
29 l. qui viam. ĵ. eod.
30 hac l. in fine.



11 licet ſecùs ſit in ſeruitutibus continuis[1], nam in iis poſſeſsio retinetur * per fundum domi-
nantẽ, animo tamen domini, quia vſus continuus iunctus animo domini conſeruat talem
poſſeſsionem[2], quod ſecùs eſt in ſeruitutibus non continuis, in quibus ceſſat vſus ex parte
fundi, nec ſolus animus domini ſufficit, aliàs omnes ſeruitutes eſſent continuæ: quod alibi
12 Bartolus declarat[3]. Hincque eſt, quod huiuſmodi ſeruitutes * non habentes cauſam conti-
nuam non poſsidentur, niſi quatenus vſus adeſt: ideóque non vſucapiuntur[4] niſi lapſu tan
ti temporis, quod ante hominum memoriam[5] ſit. Cùm ergo is, qui viam habet, nuntiat, ni
hil agit, quia non poſsidet niſi tempore, quo ea vtitur, quo vſu ceſſant tãquam defectus poſ-
ſeſsione non auditur, ſed ſeruitutem vendicare debet: quòd ſi viam non iure ſeruitutis, ſed
dominij haberet, vt quia proprietatem ſoli per quod iter faceret, emiſſet[6], dubium non vi-
detur, quin ei nuntiatio vtilis futura ſit[7]. Etenim tunc verus poſſeſſor eſſet, ſicut & fructua
rio vtilis eſt, quoties non ſuo, ſed domini nomine nuntiat[8]. Hinc apparet ex cauſa ſeruitu-
tis aquæductus licitam eſſe nuntiationem: quia continua eſt hęc ſeruitus, & ita ego ſentio[9]:
licet Doct. communiter in ſeruitutibus ruſticorum prædiorum negent nuntiationem per-
13 mitti[10]. Cæterùm† nec procedit regula noſtra in reficiente[11]: ei enim nuntiari nouum opus
non poteſt quod & Accurſ. hîc tradit: & dicitur quis reficere quod penitus deſtructum non
erat, ſecùs ſi nulla operis veſtigia ſupereſſent[12]. Sed quid ſi minimum aliquid ſupereſſet? &
videretur ſufficere, cùm de conſeruando iure agatur[13], an autem diſpoſitio in faciente lo-
quens locum ſibi vendicet in reficiente latior eſt articulus, quàm vt hîc tractari poſsit[14].
14 Rurſus non procedit, cùm periculum eſſet in mora[14]: quoties enim tale periculum * ſubeſt
licita eſt cauſa, cur à regulis iuris recedamus[16], quod de verbo. ſig. lib. primo pluribus à me
15 exemplis eſt demonſtratum. Idémque dicendum, quoties † nihil aut minimùm intereſſet
ipſius nuntiantis[17]. tunc enim à regula quoque recedimus[18]. Sed & ſi conſenſus nuntiantis
expreſſus, vel tacitus argueretur, non eſſet dubitandum à nuntiatione receſſum videri[19],
quod & eo exemplo Iaſ. hîc docet: cùm nuntians litem ſuper cauſa principali eſſet conte-
ſtatus priùs, quàm peteret ædificata, pendente lite, deſtrui quod & Bal. reſpondit[20]. Idémq;
ſi reus admiſſus fuit ad probandũ de iure principali[21]: quam ſententiam & ego probo: niſi
cùm actor proteſtatus eſſet nolle ſe de negotio principali diſputare, niſi facta demolitione
quod Alex. tradidit[22]. Item, niſi cùm actor vtrunque ſimul petiiſſet, duáſque actiones intẽ-
diſſet, ſi enim ſuper principali litem ſit conteſtatus, non ideo cenſetur renuntiare interdi-
cto, quin, ſuſpenſo petitorio, reuerti ad illud poſsit[23], ſanè & attentata, pendente appella-
tione, reuocari conſtat, etiam ſi ſuper lite principali proceſſum ſit[24]. quod receptior habet
16 ſententia[25]. Cæterùm† & impune negligetur ea nũtiatio quę legitimè facta reſpectu perſo-
næ non ſit[26], vt quia à ſeruo, vel pupillo[27], quod Acc. hîc tradit[28]. Quid ergo ſi facta eſt ab
excommunicato? & Iaſon idem eſſe tradit, vt ſperni poſsit. nam & talis ſpoliatus ante o-
mnia reſtituendus non eſt[29], excommunicatus ad iudicium prouocare neminem poteſt[30]
17 imò & à communibus actibus reiicitur[31]. Suprà autem dixi nuntiationem * in pleriſque
inſtar prouocationis habere[32], adde etiam huiuſmodi abominato non licere petitionem
aliquam tametſi extraiudicialem porrigere[33]. Certum eſt autem eum, qui nuntiat, actoris
partes ſuſtinere, cùm qui petit remiſsionem, ſit defenſor[34]: ſi quis tamen diſſentire velit, af-
firmare oportet, eum, qui nuntiat, actorem quidem eſſe, ſed ſtimulatum, & coactum, ideó-
que reo æquiparari[35]. Vnde videretur ad nuntiationem admittendus, ſicut & ad appel-
landum admittitur, & ad ſe defendendum, ne in iure quæſito inquietetur[36]. Ego cum
18 Bartolo † diſtinguendos eſſe caſus arbitror, quibus nuntians pro reo eſt, & tunc excom-
municatus admittatur, aliàs ſecùs[37]. Sed quid ſi nuntiatio illegitima ſit: quia loco, vel
tempore congruo non facta proponatur? etiam conſtat non obſeruari[38], quod & Bartolus
19 hîc tradit. Quid † item ſi inepta ſit nuntiatio? & videretur idem eſſe[39], ſicut videmus li-
20 bellum * ineptum vitiari[40]: quæ ſententia probabilis eſt quoties ineptitudo expreſsim
adparet: ſecùs, ſi tacitè inducatur[41], quod & Felin. tradidit[42]. Addit hîc Bartolus & tunc
vitiari nuntiationem, cùm pars cauſam exprimi petiit, nec expreſſa fuerit: quod infrà ad-
21 tingimus. Illud quoque idem † Bartolus cenſuit, quoties clarum euidénſque ſit nũtiantem
nullum ius habere, nuntiationem ſperni poſſe, nec legi noſtræ eſſe locum[43], vt ſicut ratio-
ne rei, vel perſonę infirmari nuntiationẽ ſuprà diximus, ita & reſpectu cauſæ infirmetur.
22 Nam & videmus agenti interdicto * recuperandæ obſtare manifeſti iuris defectũ[44]. vide-
mus etiã cõmunis iuris noſtri regulas propter notorij iuris defectũ limitari, cuius rei exem
pla lib. de verb. ſig. primo à nobis relata ſunt, & nõ pauca Iaſ. hîc colligit. Videtúrq; hęc re-
ceptior eſſe ſententia[45]. Fuère tamen, qui diſſentirent, vt Din. Iaco. Old. Alb. quoniam lex
noſtra nimis reſtringeretur, quę ſimpliciter locum eſſe nũtiationi ait, etiam ſi iure opus fie
ret. Sentit hoc & Accurſius[46] qui excipit duntaxat, cùm nuntiatio ratione rei vel perſonæ
inepta eſt, non ſi iuris defectu, quod vitium eſt[47]. Suadet hoc & ratio, cur is, qui ædificat, ſi
ius adeò clarum eſt, adito iudice, ſtatim remiſsionem non impetrat, non autem ſibi ipſi ius
dicit

1 d. l. de pupillo. §. impoſititiam. l. j. §. pe. de remiſſ. l. in iudicio. fam. ercif.
2 l. qui aliena. §. fi. de neg. geſt. vbi Doct.
3 Bar. l. j. verſi. quæro, quid de quaſi poſſ. de acq. poſſ.
4 l. foramen. de ſeruit. vrban. præd.
5 l. hoc iure. §. ductus. de aqua quotid. glo. l. ſeruitutes. vlt. de ſeruit. Alex. conſ. xvj. in v.
6 l. in concedendo. de aqua plu. arcen. Bald. l. ſi mulier. C. de iure dot.
7 arg. l. item quamuis. §. ſi vſus. commu. diuid.
8 hac l. §. fin. l. j. §. item Iuliano. de remiſſ.
9 l. ij. C. de ſeruit.
10 Doct. hac l. §. fi.
11 §. ſi quis ædificium. ĵ. eadem lege.
12 l. quid tamen. quib. mo.
13 l. fi. ver. funditus. vbi Angel. de vſucap. Bald. c. illud. in fi. de præſcri. Cæpol. cautela ccxxxiij.
14 l. quominus. de flumin.
15 d. l. de pupillo. §. ſi quis riuos.
16 l. ſi quis. §. ſi autem. ad finem. de riuis.
17 l. j. §. ſunt autem. ne quid in flu. publ.
18 Bart. d. §. ſi quis riuos.
19 §. vnde quæritur. ĵ. e. le.
20 Bal. conſ. ccxlv. proponitur. in ij.
21 arg. c. j. de reſti. ſpol.
22 in l. certi condictio. §. quoniam. ſi cer. peta.
23 l. cum fundum. in fin. de vi & vi arm. vbi gl. cle. j. de cau. poſſ. Bart. §. nihil commune. ĵ. combinat.
24 c. non ſolùm. de appel. in vj.
25 c. cùm dilecti filij. ij. de appell. vbi Peruſ.
26 §. fi. ĵ. ea. l.
27 d. l. de pupillo.
28 in gloſ. iiij.
29 c. cum dilectus. de reſc. vbi glo.
30 c. intelleximus. de iudi.
31 ca. j. verb. communibus. de excep. in vj.
32 Bar. l. in prouinciali. §. j. ĵ. eod.
33 c. cum parati. vbi Abb. de appel.
34 d. l. de pupillo. §. pe.
35 arg. l. non cogendum. §. fi. de proc. vbi Ang.
36 c. cùm inter. de exce. Feder. conſ. cxlvij.
37 Bar. d. l. de pupillo. §. fi.
38 d. l. de pupillo. §. nuntiationem.
39 gl. l. ij. §. circa. de dol. ex.
40 glo. l. j. de offi. aſſeſſ.
41 arg. l. vj. §. j. de inof. teſt.
42 Felin. c. inter cætera. de re iud.
43 l. ij. ſ. ne quis eum, qui. l. ille. in fine.
44 c. ad decimas. de reſtit. ſpoliat. in vj.
45 Alex. conſil. cxvij. in iij.
45 gloſ. verbo, per renuntiationem.
47 d. l. iij. §. ſubtiliùs. de cõ dict. cauſ. da.

dicit[1]. Nec me mouet,quod propter rei certitudinem & (vt vulgò dicitur) rem notoriam
à * regulis iuris plerunque recedimus: quia hoc verum eſt,quoties illæ regulæ præſumptio 23
ni alicui innituntur. æquum enim eſt, vt dubia cedant certis,obſcura claris[2]: at legis no-
ſtræ regula talis non eſt. Sed ne auctoritas prætoris contemnitur, qui interdictum propo-
ſuit, vt à ſe remiſsio impetretur, nec quiſquam ſibi ius dicat. Fatetúrque alibi Bart. etiam
in manifeſtis adeundum eſſe prætorem, quoties res ad cognitionem ſpectat, licet ſecùs
ſit, ſi ad impediendum duntaxat delictum nuntietur[3]. Puto itaque tribus ſaltem caſibus
hanc opinionem veriorem eſſe.Primus,cùm † nuntiator de calumnia iuraſſet[4]. tale enim 24
iuramentum diluit aliquatenus rei notoriæ effectum, & rem dubiam facit[5]. Secundus ca-
ſus,cùm,auctore prætore,nuntiatio eſt facta,ne videatur ipſe ſperni[6]: & quia ius,quamuis
notorium, * debet ipſi iudici allegari[7]: niſi tamen defectus iuriſdictionis ſubſit[8], vel ex 25
ipſius nuntiationis lectura vitium depræhenderetur[9]. Tertius eſt, vt quibus caſibus exce-
ptio rei notoriæ non obſtat ſpoliato, quin reſtituatur, iiſdem & non obſtet in caſu noſtro.
Suadet enim hoc æqualitas rationis: cùm & iſtud interdictum ſit reſtitutorium. Sunt au-
tem plures caſus, quos alibi Doctores adtingunt[10], exceptis iiſce caſibus putarim Barto.
adhæreri poſſe.Hinc infert Iaſon vt ſi ſtatutum mandat prætori, vt cauſam doctori fidu-
ciario à partibus electo committat: poſſe tamen eum in re manifeſta iudicare, nec conſi-
lium fiduciarij requirere[11]: quæ ſententia etiam nobis placet: niſi cùm verba ſtatuti aliud
ſuaderent,vt quia non ſolùm prætor teneretur committere, ſed etiam ſequi conſilium[12].
tunc enim lex non videtur fidem habere ipſi prætori: quia ſicut eius iudicium in principa
li cauſa non probat,ita nec in articulo,nunquid cauſa ſit committenda[13]. Poſſet enim rem
ambiguam pro clara habere,fierétque facillimè fraus ſtatuto:hócque & Paulus Caſtrenſis
reſpondit[14] quoties † iudex merus executor eſt: non enim rei notoriæ cognitionem ad 26
eum pertinere,ſed ſimplicem executionem, quæ committendo fit[15], & poterit conſultor
ſi videat rem claram,ipſe quàm primùm ſilentium parti imponere, & id facere quod factu
rus videbatur prætor.Nec me mouet,quod iudex,à quo appellatum eſt, appellationem no
toriè nullam ipſe reiicit[16]: quia reſpondeo tali caſu eius iudicium in principali cauſa ap-
probatum fuiſſe, quod ad cognitionem pertinet, & lex * communis faciliùs reſtringitur, 27
quàm ſtatutum,à cuius verbis non facilè recedendum eſt[17]. Præterea huiuſmodi reiectio
eſt res meri factíque facultas ei ablata per appellationem non videtur[18]: quod ſecùs eſt
in prætore ſupràſcripto caſu cui adeò lex non confidit. Sed tamen & hîc ampliùs delibe-
randum.

HOC EDICTO. Cum† pronomẽ,*Hoc*, rem oculis ſubiectam demõſtret[19], 28
non videtur rectè hîc adpoſitum,cùm edictum non hîc,ſed infrà referatur[20]. Bar. demon-
ſtrationem ad intellectus oculos fieri ait: Alij etiam ad veros, habito ad rubricam ipſam
reſpectu[21]. Ego hîc edictum poni, infra interdictum, * inter quæ non modica eſt diffe- 29
rentia, vt inferiùs declarabo. Quid ergo, ſi teſtis in prætorio examinatus dixerit rem
in epiſcopi palatio geſtam, & deinde ſuper † alio articulo ſimpliciter reſponderit in hoc 30
palatio factam? & Bartolus defendi teſtimonium cenſuit, vt pronomen, *Hoc*. ad oculos
intellectus referatur, hoc, ſcilicet palatio: quod ſuprà dixi. euitandæ enim contrarietatis
cauſa fit hæc interpretatio[22].Sequuntúrque hanc ſententiam non pauci[23], quæ proculdu-
biò vera eſt,ſi hoc duntaxat ageretur,vt teſtis à falſi crimine excuſaretur[24]. Sed ſi agatur,
vt probet, maior ſubeſt difficultas: quia licet plures teſtes ſimul reducantur[25] ad concor-
diam probationis cauſa, vnus tamen teſtis non reducitur, quoties falſa, varia pugnantia,
dixiſſe videtur[26]. Ideóq; † ſupràſcripto caſu probationem nullam fieri à tali teſte. Alexan. 31
hîc cenſuit. Ego tamen Bartol.ſequor: quia ratio Alexan. tum demum vera eſt,cùm ipſius
teſtis dictum manifeſtè contrarium eſſet[27],vel talis concordia non niſi ex maxima verbo
rum improprietate fieri poſſet[28],vel actuum multiplicationem,& quidem nõ veriſimilem
aduerſus iuris regulas induceret[29]. Secùs eſſet ſi ſimplicem † repetitionem[30] vt Tynda- I.
rus lib.ſingul.de teſtib.variantibus,cap.vlt.docuit. Vel ſubauditionem non valde colo- 32
ratam[31]. tunc enim adhuc probaret,licet fortè non eſſet maior omni exceptione[32], nec e- II.
ius fides per iuramentum neceſſarium ſuppleretur[33]. Illud quoque non omittendum, III.
quod Butrius tradidit, & plerique ſunt ſequuti,quamuis teſtis pugnantia dixerit,dum mo-
dica ſit contrarietas, eius dictum non vitiari[34]. quod & Bartol. viſum eſt. Si in aliqua IIII.
duntaxat demonſtratione, vel loco originis ſit varietas[35]. Vnde in caſu noſtro cùm ſatis
modica,& tolerabilis ſit varietas, quæ ex improprietate pronominis, *Hoc*. pro, *Illo*. oritur,
debet poſſe conciliari. Videmus enim pleroſque idiotas non rectè his pronominibus vti.
Alibi tamen Bald.[36] videtur ſupràſcriptis aduerſari, qui cenſuit periurum in aliquo non
prorſus extraneo cenſeri in omnibus periurum: vnde & Aretinus[37] reſpondit falſum cen
ſeri teſtem,qui adſeruerat clauſos teſtatori oculos fuiſſe, cùm priùs aliter dixiſſet. Ego† re 33
ſidere plurimùm in arbitrio iudicis arbitror, qui aduertat, an modica illa cõtrarietas abſq;
dolo

1 d.§.& parui.l.j.§.quod vi aut clam.
2 Fel.c.quantò.in fi.de præſumptio.
3 l.fi.§.diuus.de publi.vbi Bartol.l.ſi quis in graui.§.i maritus.ad Silan.
4 l.de pupillo.§.qui opus.
5 l.ſi poſt.C.de euictio.vbi Bar.Fel.c.ex parte.ij. de officio deleg.
6 arg.l.ſed eximendi.§.eo. ne quis eum qui.c.ſi cõſtiterit.in fi.vbi Imo.de accuſ.
7 gloſ.clem. appellanti.de appel.ver.alias cauſas.l.iiij.§.item ſi quis eum, qui. ne quis eum qui.ff.
8 l.ij.vbi glo. ſi quis in ius vocat.
9 Bar.l.iij.de iud.
10 Bart.in l.naturaliter.§.nihil commune.de acquir.poſſ.vbi Doct.c.porrò.de diuor.loc. quod ſuſpecti.iij.q.v.vbi gloſ.
11 Bart.d.l.ille.Ang.conſil.cxxxvj.Io. And.inſpet.de requiſ.conſil.
12 c.venerabili.in gl.de offic.deleg.Bar.l.j.§.ſi plures.de exercito.
13 l.ſi quando. vbi Bald.ſuper verbo,credere.C.de teſtib.l.ſiue.verſ. quod ſi hoc.ff.de lib.agno.l.pe.in fi.vbi dixi.C.de pact.Iaſ.l.ij.C.de edic.diui Adri.tol.
14 conſil. cxciiij.viſum.& conſil.vj. pro declaratione. volu.iij.
15 ca.paſtoralis.§. qa verò. de offi.deleg. Bar.l.fin.§.diuus.de publica.
16 l.j.in gl.fiat.ꝟ.nil no.ap.
17 l. iij. §. hæc verba. vbi Bar.de negot.geſt.
18 Peruſ.ca. conſtitutus.ij. de appella.
19 l.nemo.de hære.inſt.l.ſi ita ſtipulatus fuero, hãc.de verb.obliga.
20 d.l.prætor.ꝟ.eo.
21 gloſ.l. ex hoc edicto. in princ.de eo,per quem fact.
22 c.cum tu.de teſtib.
23 Raph.Iac.Pont.Moder. And.Sic.conſ.ij.
24 Tind.lib.vlti. circa fin. de teſt.vari.glo.c.in noſtra. de teſtib.
25 d.c.in noſtra.
26 Doct.l.inter ſtip.§.j.de verb.obl.Deci.conſ.xxxvij.
27 Bar.l.eos.in fi.de falſ.
28 l. qui falſo.ꝟ. de teſtib. vbi not.
29 l.omnium.C.de teſtam. c.in præſentia.de probatio. vbi Dec.not.ix.
30 Bart.l.Labeo.de ſup.le.
31 Bar.l.de ætate.de mino. Bald.l.data.qui accuſa.non poſſ.
32 Baldus conſi. cxxij.quia vnus.in ij.
33 Bal.§.ſacramentum. de conſuet.recti feud.Alexan. conſ.xxxij.j.
34 But.c.ij.de reg.Dec.cõſil.c.Bal.Sal.l.pe.C.de trãſa.
35 Bar. d.l.eos Bal.Angel. Imol.l.iis verbis.§.fi.de hæred.inſtit.
36 Bal.rub.de contro.inueſtitu.in feud.
37 Aret.conſ.lxxj.



dolo,& per imprudentiam effutita ſit, vt tunc teſtis nihilominùs probet[1]. quòd ſi dolus ad-
fuerit,omne teſtimonium deficiet,& modicæ contrarietatis nulla fiet conciliatio[2].
EDICTO PERMITTITVR. Alibi non edictum, ſed interdictum appel-
34 lat[3]. eſt * autem edictum genus,interdictum ſpecies,quoties,ſcilicet,inter duos prætor ali-
quid ſtatuit[4]. quod in toto titulo,ſiue tractatu de interdictis cernere eſt. Quòd ſi extra illũ
tractatum aliquid dixerit prætor, aduertendum erit, an præceptiuè loquatur, & adhuc erit
interdictum[5]: an ſimpliciter ſe actionem daturum dixerit,& tunc ſecùs[6], hæcque eſt Bar.
I. ſententia,quam ego non probo. Et in † primis violat hanc legem, quæ manifeſtè ſentit
35 in caſu noſtro edictum ſimpliciter fuiſſe, vt per nuntiationẽ impediretur nouum opus: per
interdictum verò quod aduerſus nuntiationem factum eſt,reſtitueretur quod & Accurſ.&
36 aliqui alij tradiderunt[7]. Vnde,mortuo nuntiante, * ex edicto nulla actio in hęredes tranſ-
mittitur, ex interdicto verò tranſmittitur[8]. Hinc adparet hæc remedia manifeſtè differre.
II. Adde,quòd nec probabiliter adduci aliquid poteſt,cur ſub titulo, de interdictis.non di-
ſtinguatur,verba pręceptiuè concepta ſint, an id minus[9]. extra verò illum titulum diſtin-
guatur quaſi rubrica proprietatem dictionum innouet: cùm ſimpliciter indicare ſoleat[10].
III. Argumentatúrq; Bar.ab etymologia vocabuli affirmatiuè. quod argumentum non ſo-
37 let ſic induci[11],inter† duos dictum,ergo interdictum[12]. atqui omnia edicta inter duos ſunt,
nempe actorem, & reum, & licet ex vna parte ſint plures,tamen pro vno habentur[13], ídq;
38 in omnibus iudiciis nedum in interdictis[14]. Ego interdictum* poſſeſſorium remedium eſſe
ſcio. quod ab eo deducitur quaſi interim dictum: vt Paul.ſententiarũ lib.v. ait:interdicere
enim eſt interim dicere. cuius rei plura extant apud veteres auctores teſtimonia. Quoties
39 ergo † prætor non imperpetuum, ſed ad tempus donec pleniore iudicio de iure petitorij
40 quæratur,aliquid edicit,propriè erit interdictum. qua ratione & interdicta * dicuntur quæ
cauſam quoque proprietatis continent[15]. dum tamẽ per modum, prouiſionis inducta ſint,
vt de mortuo inferendo[16], & via reficienda[17], nec enim hæc diutiorẽ moram requirunt,
41 nec plenaria cognitio * iuris in eis adhibetur[18], ideóque nec perpetuum præiudicium pa-
riunt quin intentata negatoria & in ea victo reo præiudicium tollitur. qua de re latiùs lib.
42 Parerg.iij.ca.xv.dixi[19]. Ideóq; † cũ prætor quod pendente nuntiatione factum eſt, reſtitui
iuſſit,interdixiſſe dicitur[20]. fit enim reſtitutio ad tempus. quia,re deſtructa,ſi ædificans de
iure ſuo docuerit, iterũ ædificabit:at in lege noſtra nuda eſt permiſsio,quòd quis nuntian-
do inhibere poſsit. meritò ſimplex edictum vocabitur. Arbitror itaque in Inſtitu. legen-
43 dum, * interdicta dici quaſi interim dicta, non autem quaſi inter duos[21]. alioquin ibi non
etymologia, ſed ſimplex adluſio vocabuli poneretur. qua de re alibi[22]. Hinc apparet fru-
44 ſtrà hîc à doctoribus † dubitari,quomodo permittatur nuntiatio edicto, cùm infrà in ver-
bis interdicti nihil de hoc ſit expreſſum,tametſi & defendi poſsit interdicto permitti: quia
qui iubet tolli factum,cenſetur inhibere faciendum[23].
45 SIVE IVRE, SIVE INIVRIA. Hinc adnotandum in noui† ope-
ris nuntiatione haudquanquam requiri partis citationem, quæ,etiam ſi citata ſit,ius prohi
bendi non habet[24]. nam & nuntiatio hæc actus extraiudicialis eſt:at in extraiudicialibus
non eſt neceſſaria citatio[25]. vnde ſequitur, vt in remiſsione ſit ſecùs, quæ per iudicem fit:
46 ex eáque pars lædi poſſet[26]. Rurſus† adnotandum eſt eum dici iure ædificare,qui ius ædifi-
candi reſpectu cauſæ principalis habet,licet non reſpectu articuli nec enim, pendente arti
47 culo * nuntiationis, licitum eſt opus facere, Quod infert Bald. ad quæſtionem ſtatuti iu-
48 bentis aliquos compromittere * de iure,vt arbiter ad finem cauſæ,iuſtitiámq; reſpiciat[27].
Ego ad illam quoque quæſtionem infero: cùm poſt rem iudicatam victus adhuc principi
49 ſupplicat† vt reuiſionem cõcedat, illéq; ſubſcribit, Audiat talis,& quod iuris fuerit,faciat,
vt videatur principalẽ cauſam demandaſſe,non articulum, ſicq; rei iudicatæ derogaſſe[28].
Quod ego alibi diffuſiùs tractaui[29].
50 PER NVNTIATIONEM. Fit nuntiatio † tribus modis: Verbo,
quando quis extra iudicium inhibet, ne quis ædificet: quo caſu aduerſarium poſſeſſorem
facit[30], poſſeſsione tamen non legitima, ſed violentia[31]. & ideo ante ſatiſdationem
præſtitam non licet ei ædificare[32]. Facto, cùm quis iactum lapilli nuntiat, prohibétque ne
operentur fabri: ſufficitque lapillum ſimpliciter iacere[33], & omni alia vi abſtinere, quo-
niam iactus ille lapilli imaginẽ quandam maioris prohibitionis repræſentat. Quo exem-
plo & veteres iure manu conſertum vocabant, vt eſt apud Gellium[34]. Fit & per præto-
51 rem,& iis caſibus poſſeſsio non perditur[35]. Receptiſsimáq; eſt ſententia interdictum † præ-
toris in omnibus iis caſibus locum habere, vt quod aduerſus nuntiationem factum eſt,
deſtruatur[36]. Verba enim interdicti generalia ſunt, hæcque eſt communis ſententia, licet
Raph. aliter ſenſerit.
52 DEINDE REMITTERETVR. Remittere* quis dicitur omne illud,
53 cuius perſecutionem omittit[37]. ídque generaliter accepto verbo, Quòd ſi quis † nuntia-
tionem

1 verſic. vt licet in authen. de teſtib.vbi Angel.
2 Anto.d.c.in noſtra.
3 l.prætor.ꝟ.eod.
4 §.ſunt tamen.inſt.de interdict. Barto. l.j. C. de lib. exhib.
5 d.l. prætor. l. j.de mort. infer.
6 l. ſi quis id quod. de Iuriſd.omn.Iud.l.j.l.ſi verò.§. prætor.de his qui deiec.
7 glo. d.l. prætor. Iaco.de Aren.Alberic.Raph.hic.
8 l.nõ ſolùm.§.morte.ꝟ.eo.
9 rubr.ne vis fi.ei.
10 l.j ſi cert.pet.
11 l.ij.§.appellata.ſi cer.pet.
12 d.§.ſunt tamen.
13 iiij.quæſt.iiij.c.j.
14 c.licet cauſam.de proba. Bal.rubr.C.de interdi.
15 l.ij.§.quædã.de interdi.ꝟ.
16 l.j.de mor.inf.
17 l.iij.§.hoc autem.de itin. actúque priua.
18 l.iij.§. ſi quis.§.ſciendũ. in gl.ad exhi.l.j.C.quor.bo.
19 arg.l.pen.de his qui ſunt ſui,vel ali.vbi Bar.
20 d. l. prætor.
21 d.§.ſunt tamen.
22 l. tabernæ.de verb.ſign. vbi dixi.
23 Bar.l.inter.§.ſacram.de verb.obli.vbi Alexan.
24 c.cùm olim.de re iudi.
25 Inn. c.fi.de tranſla. epiſ. Felin.c.fi.de præſumpt.
26 l. de vnoquoque. de re iudic.
27 Ang.§. exhæredatos.in auth. de hæred. & fal. Iaſ.l. iuſtitia. de iuſt.& iur.
28 Bal.c.ij.de off.leg.& ibi Barb. Felin. c. j. de conſtit. Dec.cxcviij.Iaſ.d.l.iuſtitia.
29 l.cauſas.C.de tranſ.
30 ꝟ.ea.l.§.in operis.
31 l.j.§.ſed & ſi quis iactu.§. ſeq.ꝟ.quod vi,aut clam.
32 l. ſi alius.§.ait Iul. verb. cum poſſeſſor.eo.tit.
33 l.de pupillo.§.meminiſſe.ꝟ. eo.
34 libro xx.noct. Atti.c.ix.
35 d.§.meminiſſe.
36 d.l.prætor.
37 l. remittit.de iureiur. l. ſi tertius.in prin.ꝟ.tit.ij.l.de dic.§.fi.qui ſatiſd.

tionem per pactum remittit,conuentio remiſsionis appellatur [1]. Si vero à iure fit remiſsio
propter ſatiſdationem,non propriè remiſsio videtur,ſed inſtar remiſsionis:quia ſatiſdatio
remiſsionis duntaxat loco eſt [2]. Ergo lato quodam loquendi modo remiſsio appellabitur [3]:
propriè igitur remiſsionem hîc accipiemus, quæ auctoritate prætoria fit, † de qua titulus 54
infrà de remiſsionibus, loquitur [4], ea,cognito iure partium. fieri debet, vt ſi nuntians ius in
parte duntaxat habuerit, pro ea non fiat remiſsio : ſi in totum, in nulla parte fiat,& hoc ſi-
gnificant aduerbia,eatenus,quatenus, quæ comparationis in quantitate vim habent,ſicut
in tantum, qui modus loquendi eruditis omnibus familiaris eſt. quod & Raph. Comenſis
ſentit,licet Accurſius de remiſsione,quæ per ſatiſdationem fit intelligens nodum in ſcirpo
quæſiuerit, & rem clariſsimam obfuſcarit, ſicut & Iaſon [5]. non alia ratione hanc interpre-
tationem reprobans,quàm quòd barbaro ſermone cõcepta non ſit. Hincq; adnotãt omnes
remiſsionem fieri,quamuis non habuerit quis ius nuntiandi: & ideo† alibi lex ait remiſsio 55
nem fieri, vbi nuntiatio non tenuit [6]. ſic enim negatione adiecta in Pandectis Ethruſcis le-
gitur,quidquid dixerit Accurſius. quod intelligendum, vbi non tenuit in effectu,habito re-
ſpectu ad finem cauſæ. Quid ergo ſi nec† in articulo quis ius habeat, vt quia nũtiatio eſſet 56
ipſo iure nulla,& Raph. propriè locum remiſsioni non eſſe cenſuit [7]: quem & Iaſon ſequi-
tur. Actus enim nullus * nec nomen actus nec effectum meretur [8], niſi tamen impropria 57
locutione:& id non ad infrigendi effectum,ſed declarãdi eſſe nullum [9]. Et ex iis etiam in-
ferunt Doct. ad quæſtionem,ſi quis† fateatur ſe ab excommunicatione abſolutum,* an vi- 58
deatur fateri ſe fuiſſe excommunicatum : & Barto. cui alij crebriore calculo conſentiunt, 59
non videri confeſſum aiunt [10],ſicut hîc remiſsio non arguit valorem* nuntiationis ſaltem 60
reſpectu finis cauſæ,licet ſecùs ſit reſpectu articuli. Probatur hoc & aliis argumentis. Nam
qui appellat à ſententia, non videtur fateri ſententiam * valere [11]: & qui excepit, non vi- 61
detur fateri intentionẽ agentis [12]: & petens veniam, * non videtur fateri delictum [13]: ſicut 62
nec qui ſe ſubiicit miſericordiæ iudicis [14], & qui petit contractum* reſcindi,non cenſetur 63
conſentire eius valori [15]:& qui dicit ſe manumiſſum,non fatetur ſeruitutem [16]: & filius bo-
norum poſſeſsionem aduerſus tabulas paternas* petens, non videtur eas tanquam veras 64
approbare [17]:ſicut & qui à ſententia appellat ceu contra falſum procuratorem lata,non vi
detur eum in procuratorem approbaſſe, nec ſententiæ tanquam bene latæ conſentire [18].
Et hæc quidem concluſio licet receptior ſit,ſatis tamen eſt ambigua : quoniam qui abſolu-
tionem petit,ſe in quaſi poſſeſsione excommunicationis poſitum fatetur [19]. ideóq; ſibi hæc
confeſsio nocere debet [20]. Reguláq; vulgaris eſt,eum qui cõſequens* fatetur: videri etiam 65
antecedens confiteri [21]. Nec minùs alia trita eſt,qua ſolet dici ex priuatione habitũ prę̃ſup-
poni [22]: vnde † inſtrumentum legitimationis probat quem fuiſſe illegitimum [23]: inſtrumen 66
tum emancipationis probat patriam poteſtatem præceſsiſſe [24]. ſic per repudium probatur
matrimonium [25]: per inſtrumentũ refutationis probatur dos conſtituta [26]: per inſtrumen-
tum induciarum,bellum [27]. Quid ergo dicẽdum?& arbitror† eum,qui petit abſolutionem 67
fateri quidem ſe excommunicatum ſed tamen non legitimè:ſicut petens remiſsionem, fa-
tetur nuntiationem præceſsiſſe,non ideo tamen iuſtam, potéſtq; confitens ſuam intentio-
nem ſic declarare [28], & arbitratu ſuo limitare:quo caſu limitata cauſa limitatum producet
effectum [29], & dicta ad vnum finẽ non operabuntur contrariũ [30]. Vnde ſi pars velit dicere
eſſe iuſtã,aliter probare quàm ex ſuprà ſcripta cõfeſsione debebit: non enim diuidere con-
feſsionẽ illius poterit [31],neq; ſe fundabit ſuper cõfeſsione,quã impugnat [32]. Qua tamẽ de re
alibi à me diffuſiùs diſputatũ eſt [33]. cautiùs tamen erit,ſi abſolutio ad cautelã,ſeu conditio-
naliter petatur,quod Pontificij tradiderunt,tũc enim nihil aduerſus petentẽ probaretur [34].

NON HABERET. Ideſt, iuſtam cauſam non foueret,proſequitur autem Bar. hîc
plurimis quæſtionibus quemadmodum quis ius non habeat : cuius veſtigiis & nos inſiſte-
mus. Et† in primis quia dixerat nuntiationem ſperni poſſe,quando certum eſt nuntiantem 68
ius non habere,quærit,quo modo † quid dicatur certum, & reſpondet fieri rem certam,& 69
manifeſtam † per publicum inſtrumentum inter partes confectum [35]: qua ratione cenſuit 70
Alex. omnem exceptionẽ,quæ ex inſtrumento reſultat [36], ceu notorium * litis ingreſſum 71
impedire,& ius certũ facere [37],donec coloratum aliquid opponatur. Si enim aliquid proba
biliter obiiciatur,ſecùs eſt [38],& tũc cauſæ cognitio erit neceſſaria. Hinc eſt,quòd ſolet dici
inſtrumenta iure noſtro* non habere paratam executionẽ,ſed via ordinaria adhuc agen- 72
dum [39],cum tamen in notoriis ſecùs ſit, miniméq; libellus aut ordo iuris ſit neceſſarius [40].
Fortiùs traditum eſt inſtrumentum * etiam in iudicio ante litis cõteſtationem productum 73
fidem non facere niſi deinde poſt conteſtationem reproducatur [41]: procedit ergo Bartoli
ſententia,cùm pars nihil oppoſuit [42]. Quid ergo,ſi oppoſuit,* ſed iniuſtè?& idem eſt, vt ſi 74
oppoſuit,cùm in cauſa eſſet concluſum:perinde enim eſt,ac ſi nihil obieciſſet [43]. idem ſi ex
forma ſtatuti inſtrumentum haberet executionẽ paratam,ideóq; per oppoſitam exceptio-
nem executio* differri nõ poſſet,ſatis diceretur res clara [44],quod intelligit Bar. inter ipſos 75
contra

1 j. ead. l. §. inde quæritur. l. vim facit. §. tandiu. quod vi,aut clàm.
2 l. prætor. §. j. j. eod.
3 d. l. ſi alius. §. ait Iul. l. j. verſi. planè. de remiſſ.
4 & d. §. remiſsionem.
5 Iaſ. hic.
6 l. j. j. de remiſſ.
7 arg. l. decẽ. j. de verb. obl.
8 l. j. §. ſed ſi mihi. vbi dixi. de verb. oblig.
9 gl. l. j. verſi. infirmabitur. de feriis.
10 arg. d. l. decem. Fel. c. teſtimonium. de teſtib.
11 l. ſi expreſsim. de appel. glo. l. j. in fin. princ. de feriis.
12 l. non vtique. de excep.
13 glo. cap. exhibita. de homicid. verſi. poſtulauit.
14 Alex. conſi. vij. in j.
15 l. ex empto. §. is qui vinum. de act. empt.
16 l. ij. C. de ing. manu. vbi Bald.
17 Bar. l. ij. C. de contr. tab.
18 l. iij. §. falſus. j. rem rat. haberi.
19 c. venerabilẽ. verſi. ſunt enim. de elect.
20 l. moueor. C. ſi ſer. exp. vend. vbi Bald.
21 l. ad legatum. l. ad rem mobilem. de procur.
22 d. l. decem. vbi Iaſ. in v. notab.
23 l. ij. C. de iur. aur. anul. vbi Bald.
24 l. ſi. C. de ſentẽtiam paſſis. vbi Bald.
25 l. Iulianus. in fi. de repud.
26 l. ſemel. C. de apochis. lib. x. vbi Bald.
27 Bar. l. leg. ita inutiliter. de leg. j. Alex. d. conſi. vij.
28 l. ſi quis intentione. de iudiciis.
29 l. age. C. de tranſact.
30 d. l. legata inutiliter.
31 l. Aurelius. §. idem quæſiit. de lib. leg.
32 c. ex eo. de reg. iur. in vj. l. poſt legatum. de his quib. vt indig. vbi Bar.
33 d. l. decem. vbi dixi.
34 d. c. exhibita. vbi Abb.
35 l. fin. C. de reb. cred. c. licet cauſam. de probati.
36 d. l. ſi. C. de fid. inſtr.
37 Alexan. l. creditori. C. de pactis.
38 l. quia autem. §. non ſimpliciter. ſi quis omiſſ. cauſa teſta. c. licet epiſcopus. de præb. in vj.
39 l. minor. xxv. an. cui. de minoribus.
40 ij. q. j. manifeſta. c. ad noſtram. iij. de iureiuran.
41 Alex. conſi. iij. & xxxvij. in ij. Felin. cap. j. de probat. Fed. clx.
42 l. cùm precib. C. de probat. l. ſi. C. de fid. inſtr.
43 c. ſignificauerunt. de teſtib. vbi Doct.
44 l. poſt rem. de tranſac. Soci. l. pecuniam. ſi cert. pet.



76 contrahentes tantùm : reſpectu enim † tertij confeſsio in inſtrumento facta ſemiplenam
duntaxat probationẽ facit [1], tanquã,abſente parte,facta [2],& quia res inter alios acta &c [3].
77 Receptiſsimáq; eſt hæc ſententia,quam tamen ego† declarandã cenſeo,niſi confeſsio rem
ipſam reſpiceret, ſubſtantiámq; cõtractus mutaret ex tertij perſona. Vnde ſi tibi mutuem
centum,quæ fatear me à Titio in depoſitum habere,fundabitur ex eo Titij contra me in-
78 tentio [4]. Cùm enim naturâ mutui* transferatur dominium [5],ex cõfeſsione* mea qualitas
79 contractus mutatur : cùm rei penes me depoſitæ dominium non potuerim transferre, ſed
ius ratum habendi ad Titium pertineat [6]. Qua tamẽ in realij aliter [7]. Sed noſtra ſententia
80 eſt verior,cùm enim Titius ratum habere contractum mutui† poſsit [8], apparet rem etiam
eius nomine geſtam eſſe:& ideo nõ videtur inter alios actum, quod cum eius procuratore
81 actum eſt,nã vt inquit Ang. quamuis abſens nõ obligetur inſtrumẽto inter alios† facto, ta-
men ex eo probabitur:aliquid actũ fuiſſe, vnde tertio ius quæri poſsit [9]. Rurſus ſupràſcri-
ptam concluſionẽ intelligendam arbitror, vt non procedat in caſibus, quibus ſummariæ,
probationes ſufficerent, vt in interdictis,tũc videtur inſtrumentũ inter alios geſtũ propter
vim ſemiplenæ probationis ſufficere [10], dum tamẽ in iudicio exhibeatur : alioquin extra
iudicium ſentit hîc Bar. nõ ſufficere:probabiliter enim rei quæ à ſe geſta non eſt detrectat
quis credere [11]. Rurſus quoq; reſtringendã arbitror, cùm non de iure aut effectu facti, ſed
ipſo facto tractaretur. probat enim plenè reſpectu tertij, rẽ ſic geſtam eſſe [12], debet tamen
illi tertio fieri inſtrumẽti copia [13], & etiam ſatiſdari de rato,ſi tertij probabiliter interſit [14].
82 Subiicit Bar.† rẽ quoq; certã fieri ex ſententia, quæ inter ipſas perſonas fuerit aliàs lata [15].
quod intelligendũ,cùm ſententia in rẽ iudicatam tranſiit,ſicq; Bar. loquitur. Fuêre tamen,
83 qui idẽ eſſe exiſtimarent, etiã pendente appellatione:quia ſicut confeſsio* facit rẽ claram,
84 & notoriam [16],quamuis præceptũ iudicis expectet [17],retractaríq; ob errorem* poſsit [18],ita
& ſentẽtia interim facere debet. quamuis aliã expectet,retractaríq; in cauſa appellationis
poſsit. Sed reſponde maiorẽ præſumptionẽ pro confeſsione eſſe quàm pro ſententia à qua
pendeat appellatio. confeſsio enim onus probandi in eũ transfert,qui errore factũ alleget:
at ſententia nõ transfert:cùm qui in cauſa principali probare debuit,is & in cauſa appella
tionis idem onus ferat [19]. Poſſet tamẽ hæc opinio defendi, vt aliquibus caſibus ſentẽtia ta-
lis non rem notoriã,omnibus,vel certam, ſed liquidã duntaxat iudici faciat, vt ſi,inſpecto
præſenti tempore,iudex nihil cõtra probationes ſuſpicatur,vel in cauſa cõcluſum ſit:tunc
85 enim dicitur iudici de cauſa* liquere [20], multò magis ſi iã iudicium ſit latũ. Nõ igitur erit
86 negotium ipſum manifeſtũ,ſed cauſa iudici liquida,quod alibi docui [21]. Et ideo * reſpectu
partiũ ſolet dici probationes nõ prius quicquã operari,nec rẽ clarã facere, quàm pronun-
87 tiatum ſit [22]. Vnde ſequitur, vt lex de re manifeſta loquens † de ea non intelligatur,quæ ex
probationibus ante ſententiã iudici liquida eſt [23], vt meritò Fed. Sen. [24] reſpõſum probare
nequeam,qui vſurariũ manifeſtum eſſe,& cõcilij Lateranenſis pœnas ſubire [25] reſpõdit,de
quo per probationes cõſtat,tametſi nõdũ fuerit lata ſentẽtia ego cõtrà. Cõſtitutio enim in
vſurario manifeſto loquitur,& ſic omnibus manifeſtò,nõ autẽ ſoli iudici [26], qđ enim iudici
liquidũ ex actis eſt,propriè manifeſtũ,ſeu notoriũ nõ dicitur [27]. & lex quę declarat quis cri
88 minoſus manifeſtus ſit,expreſſè ſententiã requirit [28]. Sed cuius† effectus erit,quòd res inte
rim iudici liqueat. Reſpõdeo,poterit alimẽta,& expẽſas litis decernere [29],poterit cõſilium
ſapiẽtis ex forma ſtatuti requiſitũ omittere tanquã res ſibi ſit clara [30]. poterit eũ qui interdi
ctũ adipiſcẽdæ proponere vult, reiicere,ſi ſupràſcripto modo ſibi de rei dominio liqueat [31].
Idémq; in interdicto recuperãdę [32] poterit criminoſum,ceu nõ occultũ,ſi ſibi liqueat,ab or-
89 dinũ ſuſceptione ſubmouere [33]? & ſi qua ſimilia. Sanè illud† nõ omittendũ,quòd dicitur ſen
tentiã,quę in iudicatũ tranſiit facere rem certam claram,ita demũ verum eſſe,ſi ei aliquid
probabile nõ obiicitur, vnde impediatur executio:qđ Fel. tradidit [34]. Quid enim ſi defectus
iuriſditionis allegetur [35]?quid,ſi rei euidẽtia obſtet [36]?conſtat enim aduerſus rẽ iudicatam
90 adhuc excipi ob rei euidentiã* poſſe [37]: vt notoriũ verum ſit efficacius præſumpto [38], & ve-
ritas fictioni prę̃ualeat. Vnde huiuſmodi probatio,quæ ex rei euidẽtia prouenit, nunquam
cenſetur excluſa [39]:ſoléntq; iudices etiã ſi in cauſa concluſum ſit in rẽ pręſentem venire,&
eam oculis ſubiicere,ſicq; certius iudicare [40]. laudaturq; cuiuſdã latrunculatoris factũ qui
91 ex humari mortuũ iuſsit, vt inſpiceret an vulnus eſſet lethale [41]. procedúntq; hæc* in no-
torio facti permanẽtis,quod alia probatione nõ indiget:ſic enim exẽpla,quæ Bar. adducit,
indicant,tametſi quod de terminorum limitatione ex Caij lege adducit [42], hodie nõ ſit in
vſu:quoniã(vt Bal. ait,)ea lex,per generalẽ conſuetudinem eſt abolita [43]. Sed in his,quę fa
92 cti ſunt,nõ arbitror facilè vni,quãuis egregio Doctori credendũ [44], Rurſus † quæritur,an
in nuntiatione cauſa inſeri debeat. & Bar. reſpondit inſerendã,ſi petatur [45]:ſi verò non pe-
tatur,non inſerendã:in proſecutione tamen litis omnino adducenda erit,ſicut & in libello
dicimus [46]. Nec obſtat,quod hæres inſtitutus poteſt abſtinere ab hæreditate & nõ adducta
cauſa [47]:quia tali caſu nõ grauantur legatarij niſi in amiſsione lucri [48]:at nuntiãs ędifican
tem damno adficeret,quæ reſponſio non ſatis placet:cùm enim ipſo iure dominium in le-
gatarium

1 Bar. l. admonendi. de iureiur.
2 gl. l. cap. j. de adulteriis.
3 Rota deciſ. ccccxxx. in antiquis.
4 l. deſiderium. C. depoſiti.
5 l. ij. §. appellata. ſi cer. pet.
6 l. ſi abſentis. C. ſi cer. pet.
7 Iaſ. d. l. admonendi.
8 d. l. ſi abſentis.
9 §. non autem. in glo. in authen. de hæred. & falcid. vbi Angel.
10 Bar. l. j. quorum bonorũ. Deci. conſi. lxvj.
11 l. de pupillo. §. qui procuratorio. vbi Bart. & Docto. j. eod.
12 Bar. l. ij. C. de eden.
13 l. ſi quis inficiatus. depoſ. Bar. l. quod te. ſi cer. pet.
14 l. geſta. C. de re iud. d. §. qui procuratorio.
15 l. emptorẽ. de act. empti. Bar. l. is, cui bonis. de verb. obliga.
16 c. veſtra. & c. ſi. de cohab. cler. c. cùm olim. de verbo. ſignifi.
17 l. ſi debitori. de iudi.
18 l. non fatetur. de cõfeſſ.
19 l. ij. qui ad ciuilia. C. de appell. vbi glo.
20 d. c. ſignificauerunt. d. c. cum olim.
21 l. Athletas. §. calumniator. de iis, qui not. in ſi. dixi in l. palam. de verb. ſign.
22 l. ſolam. in iij. intell. C. de teſtib. glo. l. ſed etſi poſſeſſori. §. ſi. de iureiurando. in verſic. probatũ vbi Alex.
23 l. Athletas. §. calumniator. de his qui notant in ſi. c. iudex. in fin. de offi. deleg. in vj.
24 Fed. conſi. viij.
25 ca. quia in omnibus. de vſur.
26 l. hoc autem. §. j. quib. ex cau. in poſſ.
27 Card. d. c. veſtra. q. x. & xxxj. c. fin. iiij. not. de temp. ordin.
28 d. c. ſi. de cohab. cler.
29 c. ex parte. de accuſ. vbi Doct. Barto. l. ſi negetur. de lib. agnoſ.
30 Bal. l. poſt rem. de tranſac. Alex. conſi. lxxxij.
31 Bart. §. nihil commune.
32 d. c. ſignificauerunt.
33 d. c. ſi. de temp. ord.
34 Fel. c. quoniam. verſi. iij. concluſio. de probat.
35 glo. clem. j. de ſeq. poſſ. doct. l. de pupillo. §. q opus.
36 cap. inter cæteras. de re iudic.
37 c. fraternitatis. de frig. c. ſolicitudinem. de appell.
38 gl. ſi. c. tranſmiſſæ. qui filij ſint legitimi.
39 l. contra negantem. vbi Bald. C. ad l. Aquil.
40 l. ſi irruptione. §. fin. fin. reg.
41 Bal. l. ſi quis. C. de teſtib. Alexan. conſi. cxvj.
42 l. ſi. finium regund.
43 Bal. conſi. cccxlviij.
44 Iaſ. l. de quib. de leg. j.
45 gl. l. non ſolùm. §. ſi cum poſſem. j. e. Bar. conſi. lxiiij.
46 l. ſi. C. de ann. excep.
47 l. quia poterat. ad Treb.
48 l. ſi nemo. j. de teſta. tut.

gatarium tranſierit[1],nõ poteſt negari,quin damno afficiatur[2]. Satiùs ergo eſt dicere in iis
quæ arbitraria*nobis ſunt,nullam cauſam requiri,ſecùs in iis,quę non à nobis tantùm,ſed 93
& ab alio dependẽt,vt alibi ſolet diſtingui[3].verùm nec ratio Bar.ſat certa eſt, dũ nũtiatio-
nem hanc comparat libello. Atqui†libellus actus eſt iudicialis[4].nuntiatio extraiudicialis: 94
libellus die feriata parti non porrigitur[5].nuntiatio etiã in feriis fieri poteſt[6].ratione libelli
pars videtur quaſi contrahere[7],nuntiatione non[8].abſenti,& ignoranti nuntiamus[9],& ta-
men libellum non damus[10].quod ſi verũ eſſet ęquiparationem procedere,cauſæ expreſsio
vſq; ad ſententiã poſſet peti,ſicut in libello receptũ eſt[11],& tamen in ipſo nuntiationis actu
duntaxat peti poſſe ipſe Bar.infrà cenſuit[12].Probabilior fortè eſt Raphaëlis ſententia, qui
cenſuit † non teneri nuntiantem,vt extra iudiciũ cauſam alleget,etiã ſi requiſitus ſit:cùm 95
ſatis eſſe debeat,ſi in proſecutione litis exprimat:cùm libellũ in cauſa nuntiationis porre-
xerit[13],nam & pupillo,& furioſo*nuntiari poteſt[14]:qui nullum iudicium circa cauſæ veri 96
tatem habent,ſic & aduerſus abſentes, & ignorantes nuntiatur[15],qui cauſam non poſſunt
inquirere,ſed & lex in nuntiatione,quæ iactu lapilli fit,neceſſaria nõ eſſe verba ait[16]. quod
ſaltem eatenus debuiſſent requiri vt cauſa exprimeretur. Fuit & tertia hac in re opinio,vt
cauſa omnino exprimẽda in nuntiatione ſit,etiã ſi non petatur,aliàs ſit nulla,cuius aſſerto-
res ſunt Guliel. Bal. Alber. quoniam lex ait eum, qui nuntiat,locũ demonſtrare debere[17].
Valet autem argumentũ de loco ad cauſam[18], vt ſicut incertitudo loci,ita & cauſæ actum
vitiet. Sed certè maior eſt incertitudo loci, ne ædificãs omnino ſit incertus:ideóque ſtatim
nuntiatio vitiatur:cùm tamen ſiue iuſtam, ſiue iniuſtam cauſam quis habeat , ſuperſeden-
dum ſit,vt hîc dicitur. Poſſet defendi hæc ſententia : cùm quis eo caſu nuntiaret , qui aliàs
prohibitus ſecundum communes iuris regulas eſſent , tenetur enim etiam non requiſitus
cauſam ſufficientem allegare[19].quæ certitudinem ex iuris regula prouenientem obfuſca-
ret[20].Poteſt etiam defendi,cùm quis non ſuo nomine,ſed alieno,ſeu publico nuntiat,quod
Bar.reſpondit[21]. Addit caſtrenſis & tunc defendi,cùm is,qui ædificat in ſuo operatur , non
enim debet in ſua poſſeſsione inquietari , niſi adiecta cauſa. quam ſententiam Alex.Ruin.
cæteriq; rectè improbant[22]. Satiùs igitur dictis caſibus Bartolo adhærendũ eſt, cuius ſen-
tentia cõmuniter eſt recepta:nec ei obſtat ſi dicatur, ſi expreſsio cauſæ neceſſaria non eſt:
ergo ſi expreſſa ſit , & ineptè vitiare actum nuntiationis non debuit[23]. Reſpõdeo hoc non
procedit , quoties aliquid ſaltem præſumptiuè requiritur : vt quia lex præſumat aliquid fa-
ctum ex iuſta cauſa.nam ſi inepta exprimatur, actus deficit,quod pluribus exemplis expli
cat[24]. expreſſum enim facit,* vt tacito non ſit locus[25], & ex regula iuris,expreſſa nocent, 97
non expreſſa nõ nocent[26].Et ex ſupràſcriptis infertur quoq; ad teſtes,vt nõ teneantur cau
ſam adſertionis ſuæ dicere, † & tamen probent,quod communis habet ſententia[27]:quod 98
intelligendum,niſi teſtis de cauſa ſit interrogatus : tenetur enim eam adferre ſufficientem
& idoneam,aliàs ſi nullam adſignet,vel ineptã,nullam prorſus fidem faceret[28].ídq; etiam
ſi ſtatuto caueretur, vt teſti cauſam malã reddenti credatur:non enim valet huiuſmodi ſta
tutum:quod Bal.cenſuit[29].Sed quo modo cenſebitur de cauſa interrogatus?& Bal.ait ſi ge
neraliter ei præceptũ ſit, vt diceret quicquid de tali negotio ſciret:ſatis enim eſt vel implici
tè fuiſſe interrogatum[30].quod ego verũ arbitror:dum tamen veriſimiliter potuerit depræ
hendere ſe de ratione dicti interrogatum fuiſſe : aliàs enim imputandum ſibi non eſſet , ſi
interrogationi obſcuræ ab ipſo clarè reſponſum non ſit[31]. Sed† & illud traditũ eſt, teſtem, 99
qui de iis dixerit,quæ non ſenſu corporis,ſed intellectus iudicio percipiuntur debere ratio-
nem adferre,etiam ſi interrogatus non ſit,aliàs eius teſtimonium:eſſet inualidum[32].ideóq;
teſtis circa id,quod intereſt, vel de infamia pro teſtimonio aliquid dicens rationẽ adferre
debet:aliàs non probat.Idẽ ſi aliquid negatiuum deponat, quod abſq; iudicio pro certo in-
telligi nõ poſsit[33].Quid ergo,ſi talis teſtis peritus ſit?& putauerim fidẽ facere:quanuis non
addiderit rationem:quia non fuerit interrogatus[34].qua tamen in re plurimùm arbitrio iu-
dicis deferendum erit,qui perpendet,cur à teſte ratio adiecta nõ ſit, & ex qualitate negotij,
& perſonarũ rem diſcernet[35]. Sed an talis teſtis,qui nullam rationẽ dicti ſui retulit dicatur
omni exceptione maior? & non puto:nõ enim caret teſtimoniũ illud quali quali vitio:cùm
iudex non elaborauerit,vt veritatẽ inquireret[36].vnde ſequitur,vt talis ſemiplenam proba
tionem non faciet , deferríq; iuramentũ in ſupplementum non poterit,quod Doctores tra-
diderunt & Alex. reſpondit[37]: qua ratione nec in cauſis criminalibus,probabit[38]. ideóque
Bal.cenſuit,ſi de reprobando tabellione ageretur,huiuſmodi teſtes nõ ſufficere[39].Ego†& 100
in hoc multùm arbitrio iudicis tribuendum arbitror,qui ex numero poterit veritatem ad-
iuuare[40]: poterit & ſi ſibi ſederit , teſtem ipſum repetere ex officio , & dicti rationem in-
quirere[41]. Rectéq; fecerit iudex,cùm tali caſu teſtimoniũ eleuetur nõ culpa teſtis,aut pro-
ducentis,ſed ipſius qui examinauit[42]. aliàs aduerſus ipſum iudicẽ non leuis orietur,ſuſpi-
cio[43],quod ſi in interrogatoriis eſſet expreſsim prędictũ, vt de ratione interrogetur teſtis,
tunc & parte petente, nedum ex officio iudex repetere eum deberet,quod Imo. cenſuit[44].
Rurſus dubitat Barto. quibus verbis petenda†ſit huius cauſæ expræſsio. & concludit ſatis 101
eſſe, ſi

1 l,à Titio. de furtis.
2 l. magis. §. fundum. de reb.eorum.
3 in §.morte.d.l.nõ ſolùm.
4 l.edita. C.de edendo.
5 l. miles. §. ſexaginta. de adulteriis.vbi Bar.
6 §.nuntiatio.j.ea.lege.
7 l. iij. §. idem ſcribit. de peculio.
8 d.§.morte.
9 vt j.ead.lege.
10 l. Fulcinius . §. ſi quis fraudationis.quibus ex cauſis in poſſeſ.
11 d.l.ſi. Fel.c.ſignificantib. de libelli.oblat.
12 quæſt. quinta.
13 d. l. de pupillo. §. qui opus. vbi Bar.
14 d.§.nuntiationem.
15 j.ea.l.verſi.aduerſus.
16 d.§.meminiſſe.
17 d.§.qui nuntiat.
18 arg.l.vinum.ſi cer.pet.
19 arg.§.nuntiamus. verſi. ſi quis in mari.j.ea.l.
20 Bart.l.ij.ff.ſi quis in ius vocat.
21 conſilio lxiiij.glo. d. l. non ſolùm.§.ſed cùm iure.
22 arg.d.§.meminiſſe.verſic.at in ſuo.Bar.j.quęſt.iiij.
23 l. vnica.in prin.C.de rei vxor. act.
24 c.cùm ſuper.de offic.de leg.Iaſ.in l.j.ff.de ædendo.
25 l.cùm ex filio.§.j.de vulgari.
26 l.expreſſa.de reg.iur.
27 l. ſolam. C. de teſtib. c. cùm cauſam. vbi Docto. de teſtibus.
28 l.cũ hi.§.vult.de trãſact.
29 Bal.l. ſi non ſpeciali. C. de teſtam.
30 Bal.d.c.cùm cauſam.
31 gl.c.ij.de conſec.diſt.vj.l. iuſiurandum.de iureiur.
32 Doc.d.c.cùm cauſam.
33 glo.l.j.in prin.verſic. an non. in fi.de itin.actúq; priua. Dec.conſi.clxxiij.
34 arg.c cùm olim.de priuileg. Barto.in auth.ſi quis. C. de edendo.
35 arg.l. ſi.C.de his qui in eccl.ma.l.iij.ff.de teſtib.
36 xxx.quæſt.v.c. iudicantem. Alexan.hîc.
37 Alex.conſi.xv.in j.
38 l.ſi.C.de probat. vbi Salice.
39 Bald.l.presbyteri. C.de epiſc.& cler.
40 l.ſi quis ex.§. cogentur. ff. de eden. l. j. §. iidem.de quæſtio.
41 gl.§.quia verò. in auth. de teſtib. c. cùm clamor.de teſtibus.
42 l.duobus. §. ſi ei qui. de iureiuran.
43 Ioan.And.in ſpec.de teſte.§.j.verſic. item quod interrogatus.
44 Im.c.per tuas.de teſtib.



eſſe,ſi ciuiliter dixerit,neſcio quare me impedias,vel libenter ſcirem &c.Sufficit enim qua
liſcunque enũtiatio[1], per quam admoneri nuntiator poſsit,ſicut & videmus in libello:non
enim tenetur reus ſpecialiter expreſsionem cauſæ petere,ſed ſatis eſt , ſi generaliter oppo-
nat libellum eà formula non eſſe admittendum[2].Idem quoque in delictis eſſe Iaſon ait.vn
dẽ cùm quis,tædet me ( inquit ) quòd falſi fueris damnatus, poterit iniuriarum conueniri,
nec ob ironiam ſuam excuſabitur[3]: quomodocũq; enim concepta ſint verba,dũ iniuriam
faciendi animo dicta ſint,ea actio cõpetit[4].Sed nunquid talibus verbis quis dicatur in mo
ra conſtitutus,& cùm lex requirat inſtantiam[5], videretur non induci morã: quoties enim
lex inſtantiam fieri iubet,eam expreſsim adhiberi oportet[6], quoniam(vt Seneca ait)do-
cet negare,frigidè quiſquis rogat. Videtúrque hæc interpretatio accipienda, vt pœnã,quæ
ex mora inducitur,euitemus:& ita Pet. Cin.Gul.Bal.Alb.Raph.quandoque cenſuerunt[7],
Bar.tamen contrà:quia ſaltẽ tacite interpellatus hîc videtur : nec verba ſimpliciter enun-
tiatiua ſunt[8],cùm non ideo prolata ſint,vt duntaxat enuntiatũ probent[9],ſed vt incitẽt de-
bitorem ad ſoluendum. Videtúrque hæc eſſe receptior ſententia,quæ &mihi placet,ne vr-
banitas,& modeſtia deterioris ſint cõditionis,quam clamor & importuna interpellatio[10],
&(vt inquit Plautus)pupulum.maximè ſi ei fiat,cui ęquum ſit præſtari reuerentiam[11].Sub
102 inde quærit,quid ſi cauſę expreſsionem†dominus non petat,ſed operarij?& ſatis eſſe Bar.
cenſuit.quia ſicut lex facultatem concedit,vt ipſis operariis nuntiari poſsit[12],ita vice mu-
tua debent operarij poſſe nuntiationis cauſam petere,hæc enim connexa ſunt[13]:nam & in
103 interdicto*recuperandæ, abſente domino, quilibet etiã ſi ſeruus,vel minor admittitur[14],
nec requiritur an legitima ſit perſona quę contradicat[15]: ergo idem in caſu noſtro,vt in a-
ctu iſto extraiudiciali admittatur etiam opificum,& fabrorum interpellatio:quam ſenten
tiam & ego probo,ídque vtilitate ſuadẽte:ne alias dominus abſens compellatur ſubire iu-
dicium,ſi certior de cauſa fieri velit, quod ſequenti quæſtione traditum eſt, qui ſi priùs vel
per cæmentarios ſciuiſſet,fortè ab opere deſtitiſſet[16].Adde,quod cùm petitio cauſę prodeſ
ſe ſolùm ædificanti poſsit,nocere non poſsit,debuit à quocunque rectè fieri[17].& hæc quidẽ
104 vera ſunt,quicquid recentiores hîc comminiſcantur. Quærit†item Barto.vſque ad quod
tempus poterit nuntians de cauſa exprimenda requiri,& concludit,ſi non ſit ab ædifican-
te in actu nuntiandi petita,non poſſe ampliùs extorqueri, niſi per iudicij viam, & auctore
105 prætore[18]:quia cùm nuntiatio ſemel * valuerit,non debet ex poſtfacto infirmari,quia cau
ſam non dixerit[19]:quod tamen videtur reſtringendum,niſi incontinenti dominus petierit,
ſicut videmus in eo,qui incontinenti poſt litis conteſtationem exceptionẽ dilatoriam ob-
iicit[20].quæ enim incontinenti fiunt,videntur in actu ipſo facta[21]:nã & proteſtatio ſimplex
licet ad futura trahatur,ad ea tamen porrigitur , quæ incontinenti fiunt[22]. & ideo ſi fabri
reuerſo domum domino retulerunt nuntiationem ſibi factam , & ipſe, hoc audito, confe-
ſtim accurrit ad nuntiantẽ, cauſamq; explorauit , videtur admittendus : quia reſpectu ſui
non erat adhuc perfecta nuntiatio[23],ſicut etiam dicimus in nuntiatione pupillo facta,quæ
perfecta non dicitur,vt ei præiudicet,niſi poſtquã tutor ſciuerit[24]. nam & in præparatione
106 nũtiationis idem eſt,vt quod tunc fit,incõtinenti fieri dicatur[25]. Fortiùs†cẽſuerunt aliqui
etiam ex interuallo compelli nũtiantem,vt cauſam exprimat,quia videmus remiſsionem
nuntiationis iam perfectam , vt quia nuntians noluit eam accipere, nihilominùs infirma-
ri,ſi iterũ,petente nuntiante,non præſtet[26].Sed reſponde non fuiſſe ſimpliciter perfectam,
107 ſed ſub cõditione,niſi is cui offertur,moram purgauerit[27].Iterum quærit,an ſufficiat†cau-
ſam in genere exprimere,an verò ſpecialiter ſit dicẽda:& concludit Bar.ſpecialiter expri
mendam,vt ſciat dominus cedere velit,an contendere , id eſt iudicem adire pro remiſsio-
ne,ſicut & in libello dicimus[28]:quæ ſententia vera eſt:nam nuntiatio hæc prouocationi ad
iudicium æquiparatur[29]. Sed prouocatio hæc ſi reſpectu præteriti grauaminis fiat,ſpecia-
lem cauſam requirit[30],licet ſi reſpectu futuri duntaxat ſit ſecus[31].Nec me mouet argumen
108 tum Alex.[32]qui in actionibus inquit*in rem non eſt neceſſarium cauſam ſpecialiter expri
mere[33]:ſed nũtiatio noui operis dicitur eſſe in rem[34] : & interdicta quamuis in rem ſcripta
æquiparantur actionib.in perſonam[35].Reſponde in rei vendicatione,nõ eſt neceſſaria ſpe
cialis cauſæ expreſsio:quia ſemper ſubintelligitur nempe dominium , quæ ſemper eadem
cauſa eſt[36].Sed nuntiatio poteſt varias cauſas habere[37]:ideo ſpecialiter debet aliqua expri
mi,& licet nuntiatio hæc reſpectu operis demoliendi in rem ſcripta dicatur[38],tamen cæte-
ra & ſimpliciter non eſt in rem,ſed in perſonam,vt reliqua quoque interdicta ſunt[39]. For-
tiùs ergo videtur obſtare,quod in citatione ſufficit generalis cauſæ expreſsio[40].Sed reſpõ
de oportere,tamen ne ſit omnino incerta[41]. Item aliud in citatione eſt,quæ ſimpliciter ad
109 iudicium vocat,nec interim quenquam impedit in iure ſuo.Sed quid,ſi†nuntians cauſam
generalem dixit,nec dominus vltra eam declarari petiit ? & videretur ſatis eſſe,ſicut in li-
bello dicimus,in quo generalis cauſa ſufficit,niſi pars ſpecialem requirat[42],quod & aliqui
recentiores adfirmant.Contrarium alibi ſentit Bar.[43] tanquam qui petierit cauſam expri

1 l.ſi quis mihi.§. pater.de acquir.hæredi.l. etiam hoc modo.de lega.j.l. vnum ex. §.ſi.de leg.ij.
2 Fel. c.ſignificanti.ver.ſecunda declaratio.de lib.ob.
3 l.veſtem.vbi Ange.de iniuriis.
4 l.iij.C.de libe.præte.vbi Alex.iij.notabi.
5 l.mora.de vſur.
6 l.j.j. de libel.dimiſſ.c.ab eo.de app.in vj.Ang.conſil. cxl.incipi.ſtatutum.
7 l.in minore.C.in quibus cauſ.reſt.Raph.d.ver.pater.
8 Bar.hic.& in §.morte.
9 l. ex hac ſcriptura . vbi Bar.in ſi.de donat.
10 l.iij.de don.inter vir.
11 l.pen.ff.de fur.
12 l.de pupillo. §. nuntiare.j. eod.
13 gl.l.cùm procura.j.eod. in ver.remiſsio ibi. alij ſic.
14 l.j.C.ſi per vim.
15 l.prohibere.quòd vi aut clam.
16 l.j.§.de edendo.
17 l.ſi quis ſolut. §. fina.de vſur.
18 d.l.de pupillo. §.qui nũtiat.
19 l.poſt perfectam . C. de donatio.
20 c.paſtoralis.de except.
21 l.iij. §.cùm igitur.de vi arma.
22 l.per retentionem.C.de vſuris.
23 d.l.de pupillo.§.nuntiationem.
24 l.operis.j eo. cum gloſ. in verſ.infanti.
25 Alex.l.diuortio.ſol.ma.
26 l. prætor . § . ſi quis paratus.
27 l.ſed ſi poſteà. §.de arb.
28 l.j.§.de edendo.
29 ca. cùm ſit Romana. de appellat.
30 clem.ſicut.de appel.c.vt debitus.de appel.
31 c.bonæ.de appellat. vbi Doctores.
32 Alex.hic in apoſt.
33 l.& an eadẽ.§. actiones. de excep.rei iud.
34 l.fin.j.eod.
35 l.j.§.pe.de interd.
36 dic.§.actiones.
37 d.l.de pupillo.§.ſextus.
38 d.l.fina.
39 d.l.j.§.pe.de interd.
40 l.fin.C.de ann.except.
41 l.conſentaneum.C.quomodo & quando iud. Inno. c.conſuluit.de offi.deleg.
42 d.l.ſi.C de ann.excep.
43 Bartol.l.denuntiaſſe.§. quid ergo. de adulter.

 mi,de ſpe

mi, de ſpeciali cenſeatur egiſſe: ideóque generalis non ſufficiat[1], licet in alia materia ſuffi-
ceret, vt in appellatione quāuis extraiudiciali[2], in exceptione[3], in accuſatione ſeu denun-
tiatione[4] in eo qui generaliter omnia iura ſua producit[5], in eo qui in omnibus grauamini-
bus appellat[6]. Ego† generalē ſufficere arbitror, quæ tamen aliquatenus certa ſit[7]: nec aliud 110
Bar. ſenſit: de qua tamen re ſequenti quoque quæſtione tractabitur. Rurſus dubitat Bar. an
ſufficiat, ſi quis nuntiet adiecta cauſa, quia ædificas in ſolo meo, vel contra ſeruitutem do-
mui meæ debitam: & concludit non ſufficere niſi adiiciatur, in ſolo meo à me poſſeſſo[8]. qui
enim nō poſsidet, ius *nuntiandi nō habet: quia qui in iudicio* poſſeſſorio ſeruitutis expe- 111
ritur, non poteſt interim aliquo modo dominum fundi inquietare[9]: ergo multòminùs in- 112
quietabit nuntiando is, qui non poſsidet. nam & Africani reſponſo, cùm nuntians in quaſi
poſſeſſione ſeruitutis non eſt, licitum eſſe reo ædificare dicitur, dum contumax non ſit[10].
Sed aduerſus hanc ſententiam ſtant Imol. Alex. Iaſ. cæteri recentiores: quia lex† facultatē 113
nuntiandi ei concedit, ad quem res pertinet[11]. Dicitur autem ad me res pertinere, quamuis
nō poſsideam[12]: & ideo qui dominium habet, nuntiat, licet non poſsideat[13]. Si enim nun-
tians poſsideret, ſemper foueret bonā cauſam: quia qui poſsidet ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè nun-
quam inquietari debet[14]. Atqui maximè neceſſaria eſt nuntiatio ei, qui non poſsidet, cùm
cæteris interdictis deficiatur[15]. quod & in ſeruitutibus procedit. Siquidem negatoria con-
uentus propter contumaciā quaſi poſſeſſione libertatis priuatur. Et tamē cauet ſe opus no
uum non nuntiaturum, quouſque de iure ſuo doceat[16], quorſum caueret, ſi nuntiandi ius
non haberet: quia non poſsideret? Addit Iaſ. nuntiatione hac verbo facta transferri in ædi-
ficantem poſſeſſionē[17]. Ad quid ergo opus eſt poſſeſſione cùm ex tali actu perdatur. Ego
Bart. ſequor, qui alio in caſu loquitur quàm eum interpretes intellexerint: nec enim id ne-
gat Bartol. eum, qui non poſsideat, ius nuntiādi habere, qui vbique hoc de plano fatetur[18]:
ſed oportere ait nuntiantem in poſſeſſione iuris, vel loci eſſe per quæ quis nuntiat. Cùm e-
nim hoc remedium *ex interdicto oriatur, poſſeſſionem ipſam reſpicit: & ſicut in poſſeſſo 114
riis iudiciis quæſtio dominij * ſeparata eſt[19], ita & in caſu noſtro iure nuntiationis non de- 115
bet quis ædificantē in ſuo in ſua quaſi poſſeſſione impedire, niſi & ipſe tale ius prætēdat[20].
Nam & videmus clientem, emphyteutam, ſuperficiarium, ius nuntiandi habere: ne ſerui-
tus rei imponatur[21]. Dominium verò, eis inuitis, non habere: niſi poſtquā vtile dominium
directò conſolidatum fuerit[22]. Concludendum igitur eſt, † vt quis nūtiet oportere eum eſ- 116
ſe in poſſeſſione iuris, vel rei, pro quorum conſeruatione nuntiat, tametſi rē, in qua ſit nun
tiatio, non poſsideat: quod tamen aliquot modis reſtringitur, & in primis quando ædificās
ipſe † vi, clàm, vel precario à nūtiante poſsideret: tunc enim poſſet, etiam non reddita cau- 117
ſa, ab eo turbari[23]. Vnde inferunt aliqui, ſi quis nuntiet verbis, nunquā teneri ad huiuſmo-
di cauſæ expreſsionem, cùm reus ab ipſo nuntiante vi poſsideat[24]. Sed reſponde ſupraſcri-
pto caſu ædificantem cenſeri ius ædificandi vi poſsidere: at nos loquimur de eius rei poſ-
ſeſsione pro cuius defenſione nuntiamus, & ipſum ius ædificandi inhibemus. Rurſus † re- 118
ſtringit, quādo ædificium hoc poſſet eſſe damnoſum domino eo tempore, quo poſſeſsio ad
eum transferetur, ſeu quo ei placebit rem ipſam, cuius iura ædificatione minuuntur vendi-
care, veluti ſi ſepulchrum, vel eccleſiam ædificaret[25]: durior enim efficeretur eius cauſa[26],
quod variis exemplis oſtendi poteſt[27]. Qua ratione ſi cliēs, ſuperficiarius, emphyteuta, ſer
uitutem aliquam eccleſiæ concederent, poſſet dominus incontinenti prohibere[28], paratur
enim ei durior aduerſarius[29]: & hoc eſt quod alibi lex ait, ſine præiudicio ſeruitutis &c[30].
Poterit ergo ſupraſcripto caſu quis nuntiare, quamuis rem non poſsideat, impedireq; ne
ædificium fiat. Sed quid, ſi ideo nuntiet, quia dicat fieri ſibi præiudicium, quoniam iudices
in dubio pro ædificiis pronuntiant, ne deſtruantur[31]: & quia nolit deinde tempore vendica
tionis grauari onere probandi, ꝙ domus ſua eſſet libera, & nullum olim fuiſſet ædificium?
& putarim non impediendum reū, quin interim ædificet: nec enim multùm præiudicij hîc
eſt, cùm poſsit actor arbitratu ſuo tunc probationes inducere, vt ſibi in eum caſum ſit con-
ſultum[32], poſsit item in mala fide ædificantem conſtituere[33], quo caſu minimū ei fauebunt
iudices. Cæterùm quamuis quis non poſsideat rem cui præiudicij ædificando fit, ſi tamen
ſpem probabilē ex præſenti cauſa habeat, fore, vt quàm primùm poſsideat, videtur ad nun
tiationem admittendus: quod in eo proditum eſt, qui contumaciam ſuam poſſeſsionem a-
miſit[34]. Poteſt enim eam, ſi contumaciam diluerit, recuperare[35], quod Iaſ. hîc tradit. Quo
exemplo, ſi iam petitorium iudicium pendeat, videtur actor admittendus ad nuntiatio
nem, ne interim per vicinum fiat rei, quæ vēdicatur præiudicium. compelli enim eum hoc
caſu Alphenus ait, vt de dāno infecto caueat[36]. tametſi illud reſponſum alij aliter intellexe
rint: qua de re lib. Paradox. j. cap. nouo diſputaui. Addit Bar. quoties † ædificanti manifeſtū 119
eſſet nuntiantē poſsidere, tunc haudquaquā neceſſum eſſe huius poſſeſsionis mentionē fa
cere: calumnioſa enim eſſet ædificātis petitio, quæ opinio probabilis eſt: cùm enim dixerit
ſe dominū, debet intelligi etiam reſpectu poſſeſsionis poſtq; hoc ita eſſe aduerſarius ſcit[37].

Idem

1 argum. l. ſcire. §. ſcire. de excuſat. tut. gl. c. paſtoralis. de excep.
2 d. ca. cum ſit Romana. de appellat.
3 l. j. §. Labeo. de flu. Feli. d. c. paſtoralis.
4 d. §. quid ergo. Alc. conſ. lxxj. in iij.
5 Barb. conſ. viij. in j.
6 c. conſuluit. ij. de appell. Dec c. ij. eod. tit.
7 ſ. ea. l. §. iuris. cum glo. & d. §. Sextus Pedius. verb. impoſititiam. l. ſcire. §. ſcire. de excuſ. tut.
8 Bar. l. ſtipulatio. §. habet. infra eod.
9 l. pe. de aqua quo. ij. reſp.
10 d. l. ſi prius. cum gloſ. in verſ. ageretur.
11 §. iuris. ſ. ea l.
12 l. verbum, illud. de ver. ſignific.
13 l. vnica. §. ius is habet. de remiſſ. l. pe. de vſuca. pro emptore.
14 l. j. §. & parui. quod vi aut clam. vbi glo. & Bar.
15 d. §. meminiſſe. verſicu. at in ſuo.
16 l. ſi præſens. ver. idémq;. & ibi Bar. viij. op. ij. partis. j.
17 ſ. ea. l. §. in operis.
18 §. q. iiij. l. in prouinciali. §. j. d. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi.
19 l. naturaliter. §. j. ſ. de ac. poſſeſſ.
20 Barto. d. §. & parui. in j. oppoſitio.
21 l. iij. §. ſi ego. ſ. eo. & not. in d. §. Sextus Pedius.
22 c. vnico. §. quid ergo. de inueſt. de re aliena. d. l. & in prouinciali. C. de ſerui. vbi Bal. & Salice.
23 l. j. in fi. ſ. vti poſsid.
24 ſ. ead. l. §. in operis. vbi Bartol.
25 l. ij. §. j. de alie. iud. l. pe. ſi ex nox. cau.
26 l. ſi. C. de pac. inter emp. l. oſſa. de relig.
27 Bart. l. ſi quis ita. §. ea lege. de verb. oblig.
28 l. inter quos. §. damni. ſ. titul. j.
29 arg. §. ſi. quib. mod. teſt. in ſi. inſtit.
30 d. l. penult.
31 l. cætera. in prin. de leg. j.
32 c. quoniam frequenter. vt lite non cont. l. j. §. pen.
33 l. ſi fundū. C. de rei vēdi.
34 l. ſi prius. ij. reſponſo.
35 l. ſi quis emptionis. §. ſed & ſi quis. C. de præſcr.
36 l. à quo fundus. de dāno infecto.
37 l. locorū. C. de om. agro deſer. l. xj. vbi Bar.



Idem ſi dixit nuntio, ne ædifices in loco meo. Pronomen enim illud poſſeſsiuum eſt[1]. Vnde
apparet minimùm obſtare, quòd in appellatione ab interlocutoria neceſſariò ſit exprimē
da cauſa quamuis notoria[2]. Reſpondeo enim ſupraſcriptis verbis ſatis expreſſam eſſe. Præ
tereà in tali appellatione expreſſæ cauſę formam reſpicit, in nuntiatione ſecùs: cùm adiici
120 non debeat, niſi hoc petēte reo, quod aliqui hîc tradiderunt. Quærit etiam † Bar. vtrùm in
proſecutione nuntiationis probanda ſit cauſæ expreſſæ veritas. Et primò concludit eum,
qui aduerſus nuntiationem ædificauit, interdicto cogi ad demoliēdum, nec aliter proban-
dam eſſe veritatem[3]. Sed quid ſi nuntians negligens fuerit, etiā is qui, ædificauit de iure ſuo
oſtendit, cauſamque falſam fuiſſe probauit, & tunc videretur nullam fieri demolitionem,
idque exemplo interdicti recuperandæ, cuius fauori non ſolùm expreſsè, ſed & tacitè renū
tiare poteſt[4]. Videtur autē renuntiaſſe, cùm permiſerit eum admitti ad probandum[5]. quod
intelligunt aliqui hîc procedere etiā in attentatorū reuocatione, vt ſibi imputet, qui atten-
tanti permiſerit, vt de iure ſuo docere poſſet. qua in re receptior ſententia ſtat contrà[6]: idq;
121 quia iudex quoque nedum pars cenſetur offenſa. Poſtremò † concludit Bart. ſi petam nun-
tiationem à me factam confirmari tanquam iuſtam neceſſariò veritatem probandam eſ-
ſe, aliàs obtinebit reus remiſsionem[7]. Sed quid, ſi veniat reus, & dicat, quia mihi nuntiaſti,
ſuperſedebo ab ædificando, nec intendo nunc litigare de iure meo, & videntur aliqui vel-
le nihilominùs agi poſſe, vt confirmetur nuntiatio[8]. Ego (vt verum hoc fatear) non tamen
conſequens eſſe arbitror, vt hæc nuntiatio ad ius partium trahatur: ne plus operetur cōfir
matio, quàm actus confirmati natura inducat[9]. Nuntiatio autē non eò inuenta eſt, vt inde
ius partium declaretur, ſed vt ab ædificando ſuperſedeatur. Vnde ſi reus ceſſet, habet nun-
tiator, quod petit[10], nec vlterius eū cogere ad litigandum debet[11]: qua tamen in re magna
122 eſt altercatio[12]. Subiicit † aliā quæſtionem Bar. & concludit in proſequutione nuntiationis
haudquaquam poſſe aliam cauſam eum, qui nūtiauit adducere, quàm quæ fuerit expreſſa:
quia & idem videmus in libello obſeruari[13], & etiā in prouocatione extraiudiciali, vel ab
interlocutoria[14], cui nuntiationē æquiparari ſuprà diximus[15]. quæ rationes ſatis ſunt fra-
123 giles. nam & ſuprà oſtendi haudquaquam † generaliter æquiparari nuntiationē libello: &,
vt demus æquiparari, ſicut libellus ante litē cōteſtatam poteſt mutari, ita debuit & nuntia-
tio: quòd ſi prouocationi cōparari dicamus, ſuberit eadē difficultas, cùm in prouocatione
à definitiua poſsit cauſa mutari[16], licet ſecùs interlocutoria ſit, verùm definitiuæ magis,
quàm interlocutoriæ, ſimilē eſſe illud indicat, quòd attētata poſt interlocutionē non reuo
cantur, poſt definitionem reuocātur[17]. cùm autem poſt nuntiationem attentata reſtituan-
124 tur[18], apparet definitiuæ * æquiparari: niſi dixeris etiam poſt interlocutionem attentata re
uocari: cùm iudicis appellati inhibitio præceſſit[19], vt ſcilicet argumentemur ab inhibitio-
ne iudicis, ad inhibitionem legis[20]. Alia ergo fuit Ludouici Pontani ſententia, qui indiſtin
ctè mutari poſſe cauſam cenſuit[21], ſed & ipſe non ſat firmo argumēto innititur. Ruinus ali-
ter: diſtinguit enim an mutatio cauſæ actionem mutet, & tunc Bar. adhæret: an non mutet,
125 & Pont. ſequitur[22]. Ideo enim in libello mutari * cauſa non poteſt, quia & actio mutaretur.
Quę ſentētia ad cauſam in ipſa nuntiatione extra iudiciū dicta non ſatis eſt pertinēs. Ego
igitur aliter diſtinguo, vt ſi reus, ſpreta nuntiatione, ædificauit, interdictóque agatur omni
no demolitio fieri debeat: nec enim tali iudicio veritatem cauſæ probare oportet, ſed ſatis
eſt in ſpecie ſufficientē eſſe, vt ſuprà diximus: quòd ſi actor nouam cauſam ipſe ex abundā-
ti velit adducere, & veterē fateatur non eſſe veram, reo cōcedenda erit remiſsio, defende-
túrq; hoc caſu Bar. ſententia, vt cùm cōfeſsione nūtiantis manifeſta ſit iniquitas cauſæ, nō
cenſeatur reus ædificando fuiſſe in culpa cùm probabiliter crediderit actorem non proſe-
quuturum iniquam cauſam: ideóq; demolitioni locus non ſit: quamuis nouam cauſam ad-
ducat. Si verò res eſt integra, quia nihil eſt ædificatum, non dubitarim poſſe nuntiantē mu
tare cauſam vſq; ad conteſtationem litis[23]: quod intelligunt aliqui, niſi nuntians rei partes
ſuſtineret. Poteſt enim reus vſq; ad diffinitiuam arbitratu ſuo variare[24]. Sed hanc ſenten-
tiam non facilè ego ſequar, qui ſciam eum, cui ſit nuntiatio, reum ſemper videri[25], cùm ſi a-
126 gat, ſtimulatus agere cenſeatur[26]. Illud certius eſt quod ſeq. quæſt. Bar. ait poſſe † nuntiantē
cauſæ expreſſę qualitatē aliquam addere, vel imminuere[27]. quod intelligunt aliqui verum
eſſe ſi ſimpliciter in proſecutione cauſæ adducta ſit, ſecùs ſi in libello[28]: cùm enim ſuper li-
bello lis cōteſtetur, & ſic quaſi contrahatur: non debet actor, inuito reo, quicquā mutare[29].
Vnde & ſolet dici cauſam in libello deductā ſemper probandam eſſe[30]. Sunt tamen qui de-
clarationē hanc non probent tanquam verbis legis non ſat conuenientē[31]. Alij, vt Imol. di
ſtinguunt, vt vſq; ad ſententiā addere liceat, poſt non liceat[32]: quę interpretatio nec ipſi le-
gi cōuenit. At Iaſ. hic poſt alios pleroſque aliter cōſtituit, vt ſi mutatione qualitatis modus
agenti varietur, id non concedatur[33]. Secùs ſi non varietur[34]. Cæterū & quoties lex pro for
127 ma requirit * qualitatē à principio adiici, licita nō eſt ampliùs nuntiatio[35]. requirit autem
hoc rarò, & non niſi magna ex cauſa, putà, ſi periculum animarum immineat[36]. Subdit tan

 dem

1 Bald. l. j. de ſtat. hom.
2 cle. appellanti. de appell.
3 §. ſed ſi is. ſ. ea. l. j.
4 c. j. de reſt. ſpol. Bar. l. ſtipulatio. §. j. ſ. eo.
5 l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. ſ. de pac. Bar. l. ſtipulat. §. j. ſ. eod.
6 c. non ſolùm. §. illa verò. de app. in vj. vbi Peruſ. iiij. notabili.
7 d. l. de pupillo. §. q opus. §. qui remiſsionem.
8 arg. l. iij. §. miſſum. de carbon. ed. Alex. d. §. qui opus.
9 c. antep. de confirm. vtili. Bar. l. more. de iuriſ.
10 §. ſi. de perp. & temp. act. Bar. §. nihil commune.
11 l. j. C. vt nemo inuit. l. pure. in ſi. de excep. doli.
12 Dec. c. j. ad finem. de confir. vti. c. ſi autem. de reſcr.
13 l. edita. C. de edendo.
14 c. j. de appell. in vj.
15 ca. cùm ſit Romana. de appella.
16 l. iij. §. quid ergo. de appellatio.
17 d. c. non ſolùm.
18 d. l. prætor.
19 d. c. non ſolùm.
20 d. l. prætor.
21 arg. c. bonæ. in ſi. de app.
22 arg. l. habebat. de inſti.
23 d. l. ædita. Barto. l. iij. §. ſi ſub ea. de contrarabu.
24 Doc. c. prudentiam. §. ſexta. de of. dele. in d. l. ædita.
25 d. l. ſi præſens.
26 l. non cogendum. §. fina. de proc. vbi Ange.
27 l. in delictis. §. ſi detracta. de noxal.
28 l. quod in hærede. §. eligere. de trib. Inno. c. j. de libell. oblat.
29 Feli. c. ſignificātibus. eo tit. de libel. obla.
30 Fel. c. ij. de reſcr. verſ. reſtringit.
31 d. §. ſi detracta. Ioan. de Ana. c. ſi. de colluſ.
32 Imol. l. j. §. j. de publica.
33 d. §. eligere.
34 d. §. ſi detracta. Barto. d. l. ædita. d. l. j. §. j. de publica.
35 cle. conſtitutionem. de electio.
36 c. vt circa. de elect. in vj.

dem Bar.quemadmodũ in denuntiatione incitatoria† quis dicatur fieri certior.& conclu- 128
dit per inſtrumenti exhibitionem & eius exemplum parti datũ[1]. Vnde infert* ceſsionariũ 129
debere inſtrumentum ceſsionis debitori oſtẽdere,eiuſq; copiã ipſi facere[2]:aliàs excuſare-
tur debitor,qui non facilè credet,ſed cedenti ſolueret[3]. Receptiſsimáque hæc eſt ſententia
quam vbiq; Doc.approbant.Hincq; traditũ eſt,vt ſi ſtatuti diſpoſitione poſsit debitor etiã
non citatus ad inſtantiã creditoris capi,non tamen poſsit inſtãte ceſsionario,*niſi præceſ- 130
ſerit certioratio,& per inſtrumenti exhibitionem oſtenſum ſe eſſe ceſsionariũ,quod Bald.
cenſuit[4],cuius auctoritate vidi ſæpiſsime à carceribus dimitti obæratos viros tanquàm nõ
legitimè captos. Sed quid,ſi quis in iudicio certioratus eſt,ſufficiétne, tametſi non ſit oſtẽ-
ſum inſtrumentũ?& conſtat non ſufficere[5],niſi† auctoritate iudicis id affirmantis facta ſit 131
huiuſmodi denuntiatio[6]. Quid ſi per libelli miſsionem ſit debitor certioratus? & ſunt qui
ſentiãt id ſufficere,quod falſum eſt:libellus enim vim incitatoriæ denuntiationis nõ habet,
quia qui eum porrigit,nõ dicitur petere,ſed velle petere[7]:meritò lex litis conteſtationẽ re-
quirit[8]. Quid,ſi oſtenderit quidem inſtrumentũ,ſed eius copiã parti nõ fecerit? & puto nõ
ſufficere,quia Bar.vtrunq; requirit[9]:alibíq; ait oportere exẽplum dari,vt ſuper eo delibe-
rare poſsit[10]. Putarim tamen† ſufficere inſtrumẽti exhibitionem,ſi pars ipſa exemplaria 132
non petat[11]:quod ſenſiſſe alibi Bar.videtur[12]. Sed quid in caſu cõtrario,nunquid cedens te-
neatur ceſsionario copiã inſtrumenti facere,quò aduerſus debitorẽ poſsit eſſe inſtructior?
& Bal.teneri cẽſuit[12]. Vnde infert licere fideiuſſori,quãuis condemnato in executione ce-
dendarum actionũ creditorem excludere, niſi ſibi exhibeat inſtrumentũ quo principalis
ſit obligatus,cuius rei Albertũ Galeoti citat auctorem[13], quod ego intelligo verũ eſſe, etiã
ſi fideiuſſor in inſtrumento debitũ hoc principalis agnouerat, adeo vt allegare non poſsit
ſe nõ teneri,quia nec principalis teneretur[14].nihil enim impedit,quin creditor ad ceſsionẽ
actionũ ſit obligatus: ideóq; neceſſe habeat inſtrumentũ exhibere. Quid ſi cùm ceſsiona-
rius debitorem admonuiſſet,ne alteri ſolueret,illéque nec inſtrumentũ, nec exemplum pe-
tiiſſet,ſed ſimpliciter annuẽtis habitu reſpõdiſſet,bene,obligabítne eum talis cõſenſus? &
non puto:quia potuit tali enũtiatione vti ſecutus adſertionem admonẽtis[15],quaſi dicat,be-
ne,ſi ita ſit,videntúrq; Doc.omnino requirere ex parte admonentis vt inſtrumentũ exhi-
beat:quod intelligunt Caſt.& Felin.etiam ſi falſum,excuſet illum,qui credidit[16]. Explicita
interpretatione primæ partis,ſupereſt ſequens,in qua dicitur, Remitti nuntiationem qua-
tenus nuntiator ius nõ habet: Quæro ergo,quomodo† verba hæc accipienda ſint?& Acc. 133
tribus modis intelligit.In primis vt aduerbiũ illud,quatenus,cauſatiuè accipiatur[17]: quia
nuntiator,accepta cautione,ius ampliùs nullum nũtiandi habet[18].ideo in totum fit remiſ-
ſio[19].Intelligit rurſus temporaliter[20]:remittetur(inquit)nũtiatio[21] vſq; ad tempus,quo iu-
dex cognouerit, quis foueat iuſtam cauſam,vel id minùs.Præſtita enim ſatiſdatione licitũ
eſt reo ædificare,donec cognitum ſit de partiũ iuribus: qui intellectus, à Doct.reprobatur:
quia hîc non de ea remiſsione agitur,quæ per ſatiſdationem fit,nec enim in ea de iure par-
tium quæritur,nec temporaria eſt ſed ſui natura perpetua[22],nec alia declaratione iudicis
indiget,ſed ſtatim,præſtita ſatiſdatione à lege,inducitur[23]:quicquid hîc aliter dicat Barto.
Demum intelligit Acc.quatenus,vt ad quantitatẽ referatur & ſignificet,in quantum,vt ſit
ſenſus,ſi reus ędificauerit,& nihil aduerſus ſeruitutẽ nuntiatori debitã fecerit,in tantũ fiet
remiſsio,in quantũ nuntians ius nõ habuit,& ſic in totũ[24].quod & Bar.probat,intelligẽdo
tamen iã fuiſſe pręſtitã à reo ſatiſdationem[25]. cognito enim iure partiũ remittetur.Sed &
hic intellectus Raph.Caſt.Iaſ.non placet,nec mihi:cùm lex noſtra de remiſsione nũtiatio
nis loquatur,intellectus remiſsionẽ ſatiſdationis inducat,atqui non parũ nuntiatio à ſatiſ-
datione diſtat:peccántq; omnes,eo vitio,quòd in totum fieri remiſsionem interpretantur,
cùm lex manifeſtè de parte ſentiat:& certè conſultiùs fuiſſet integrũ hoc Accur. gloſſem-
ma de libro abradere. Verus ergo intellectus† eſt,quem ſuprà tribus verbis explicui[26].Sed 134
quærunt hîc omnes,quid,ſi reus vt ædificet,offerat ſatiſdationem,poterítne nuntians dice
re,hodie conſtat,hodie agatur[27], ſicque ædificantem adhuc impedire? & Accurſius ſenſit
poſſe[28],quem & cæteri ſequuntur,ſicque Iuſtiniani legem interpretantur, quæ ſimpliciter
nuntianti concedit,vt ſi intra tres menſes de iure ſuo oſtenderit,poſsit ædificantem impe-
dire: aliàs præſtita ſatiſdatione reus non impediatur[29]: cui interpretationi veteres aliqui
contradixerunt[30],& diſputaſſe ſe Iaſon adſeuerat: quia lex ſimpliciter loquitur,nec quic-
quam probat,quod nuntians vellet incontinenti ius ſuũ declarari:nec Pontifices expreſsè
electionem nuntianti dant, vtrùm velit ſtatim agere, an contentus eſſe ſatiſdatione, ſed
onus feſtinandi imponuntur iudicibus. meritò ergo lex illa generaliter debet intelligi,vt
antiqua iura reſtringat[31], nec ſinat ſatiſdationi locum eſſe, niſi poſt trimeſtre tempus.Sed
ego haudquaquam Iaſonem ſequor, ne nimia hæc reſtrictio inducatur, quæ inſtar cuiuſ-
dam correctionis iuris antiqui habet. Diſtinguendum † igitur arbitror, vt ſi nuntiatio 135
extra iudicium facta eſt, ſufficiat ſatiſdatio, vt reùs ſtatim ædificare poſsit, quod omnes
faten

1 cle.cauſam.in fi.de elect. l.ſi quis inficiatus. depo.
2 l.nomen.C.quæ res pig. gloſ.c.ſi beneficia.de præb. in ſexto.
arg.l.j.§.de eo per quem
3 ic.l.iij.§.ſed ſi ſic.de in rẽ verſo.
4 Bald.l.per diuerſas.q.x. C.mand.
5 Alex.conſi.lxxviij.in v.
6 l.fi.vbi Bar.de lege com. Fel.c.cum contingat.de reſcript.in fi.
7 l.ampliùs.§.rem ra.hab. Bar.l.denuntiaſſe.§.quid ergo.ff.de adult.
8 l.iij.C.de nouat.
9 Bart.hic,& d.l. de pupil. §.qui procuratorio.
10 Alex.d.l. ſi quis inficiatus.Are.l.Ariſto.de acq.hęr.
11 d.clem. cauſam.Barto.l. quod te.ſi cer.pet.
12 l.ſi nomen.de hęred.vel actio.vend.vbi Bald.
13 Albert.in margari.ti.de fideiuſ.
14 gloſ.l.ſciendum.de ver. oblig.Barb.conſ.lxxxvj.
15 l.ij.§.quan.act.de pecul. Bar.l.cùm falſa. C.de iuris & facti igno.
16 Pau.conſ.ccxcv.j.Fel.d. c.cùm contingat.
17 l.certum.ſi cer.pe.gloſ. in auth.de hęr.& fal.ī prin.
18 d.l.prætor.§.deinde.d.l. de pupillo.§.ſi is,cui.
19 glo.in j.quar.& quin.intellec.
20 d.§.quinimo.inſtitu.de teſta.mil.
21 glo.in ij.intelle.
22 l.ſtipulatio.§.habet.ff.e.
23 l.j.verſ.planè.de remiſ.
24 glo.in iij.& vj.ſolut.
25 d.l.prætor.§.deinde.
26 in verb.remitteretur.
27 l.ſi is à quo.vt in poſ.le.
28 glo.in iiij.ſolut.
29 l.j.C.e.c.pe.& fi.extra e.
30 glo.d.cap.pen.ver.maxime.
31 d.§.deinde.



tentur[1],vt ſicut nuntians per actum extraiudicialem inhibet, ita reus per ſatiſdationem
extraiudicialem releuet[2]. quod ſi iudicialiter quis denuntiet, velitque litigare, & de iure
ſuo docere,tunc id intra trimeſtre poſsit[3],etiam ſi ei offeratur ſatiſdatio: lex enim ſatiſda-
tionem poſt tertium menſem duntaxat admittit,veráque ſit communis ſentẽtia: loquitur
enim lex illa in denuntiatione iudiciali:vnde veteres exiſtimabant eius inſtantiam ſimili-
tudine interdictorũ anno finiri[4], quos Iuſtinianus improbat[5]. Limitat hãc concluſionem
Ruinus,vt non procedat,quando ędificans in ſuo ædificaret: cùm enim nuntians eum tur
bet[6],non debet admitti in hoc interdicto,vt doceat de iure ſuo[7], ſed debet contentus eſſe
ſatiſdatione.Sed hoc ego probare non poſſum,cùm potiùs nuntians ipſe allegare poſsit ſe
ab ædificãte inquietari,qui eſſet in quaſi poſſeſsione illius iuris,cui ſeruitus deberetur[8]. Vn
de talis ædificans interim diceretur vim ei facere[9].Verior fortè eſt Azonis limitatio.Is nõ
136 in ſumma,ſed in lectura[10]: tradit† hodie ei legi locum non eſſe hiſce in vrbibus,quæ trien-
nalem iudiciorum inſtantiã[11] ſtatuto ad dies quadraginta reſtrictam habent,ne cauſa nun
tiationis,quæ vix tot menſes inſtantiæ habet, quot aliæ ordinariæ annos iam à reliquis fe-
ſtinatione vincatur. Pro rata igitur, & ipſam reſtringendam eſſe, vt pro tribus menſibus
octo dies,vel circiter habeat[12]: quod extẽſionis paſsiuæ regula ſuadet[13].de qua nos alibi[14].
Sed quid è contrario,ſi reus,cui nuntiatum eſt nolit ſatiſdare, ſed dicat, hodie conſtat,ho-
die agatur?nuntiatórque detrectet tunc agere[15]: & receptum eſt ſperni nuntiationẽ hoc ca
ſu poſſe[16]. Sed an teneatur tamen ſatis offerre?& veriùs videtur teneri[17],licet ex contrario
ſi reus ne tardet ædificium,offerat ſatiſdationem, nihilominùs poſsit nũtiator adhuc eum
inquietare,ſi allegauerit hodie conſtare.Lex enim hoc caſu adhuc ſuperſederi vult,& tri-
meſtre expectari[18]: quod Accurſius, & cæteri tradiderunt[19]. Verúmque eſt in nuntiatione
per prætorem non in extraiudiciali.Sicut enim nuntians per actum extraiudicialem inhi
bet,ita reus per ſatiſdationem extraiudicialem releuatur[20]:in iudiciali verò lex ſatiſdatio
nem duntaxat poſt tertium menſem admittit, quod & Pontificij tradiderunt[21]. quicquid
hîc Iaſon diſputaſſe ſe affirmet[22]. nec enim vt ſuprà dixi facile inducenda eſt veteris iuris
tanta reſtrictio,quæ vim correctionis habet.Cæterùm,cùm ea lex eum terminum non iu-
riſdictioni,ſed ipſis iudicibus imponat. Poterunt & celeriùs & tardiùs (ſi res ferat) proce-
dere[23]. Poſtremò quærunt Doctores ſi ædificans propter ſpretã nuntiationem coactus eſt
demoliri,deinde oſtendit de iure ſuo,quomodo ei aduerſus nuntiantẽ ſuccurratur?& rece
ptiſsima eſt ſententia non ſuccuri.Sibi enim imputet,qui nuntiationem ſpreuit[24].Sunt ta-
men,qui contradicant,vt Puteus nuntians (inquit ille) eſt in dolo: quia iniuſtè nuntiauit,
reus in culpa,quia confidens de iure ſuo in cauſa principali ædificauit[25]: ergo dolus debet
culpæ præponderare[26].Reſpondet Iaſ.vtrunque eſſe in dolo præſumpto:quod non probo.
Si enim ita eſſet,mutua compenſatio fieret[27].Rurſus reſpondet dolum,& culpam circa di-
uerſa eſſe[28],quod parum me mouet: cùm circa connexa ſint: quo caſu debuiſſet compenſa
tioni locus eſſe[29].aliter Ruin. hîc inquit,dolus præceſsit,culpa eſt ſecuta,ídque non ex cau
ſa doli:ſed ego,nihil referre arbitror quod præcedat,non enim ordo quicquam nouare de-
bet[30]. Rurſus aliter reſpondet hîc, de dolo conſtare non poteſt, priuſquam punita ſit cul
pa[31]. Quòd ſi ita eſt,cur poſtquàm de dolo conſtat non reſtituitur is,qui fuit in culpa aduer
ſus pœnam[32].Ego eum,qui nuntiat.haudquaquam in dolo eſſe arbitror:quod enim in cau-
ſa ſuccubuerit,non dolus ſed temeritas arguitur[33]: qui verò ſpreta nuntiatione ædificauit,
in dolo eſt,& violẽto poſſeſſorio æquiparatur[34].meritò nil compenſat, ſed damnum, quod
137 culpa ſua ſubiit,ſibi ipſi adſcribit[35].Quid ergo† reſpondebimus,cùm is,cui nuntiatum eſt,
paruit,interímq; non ædificauit,ſed propter illam dilationem corruptis cæmentis, aut vi-
tiata materia damnum fecit, & actione de dolo ei ſuccurri aduerſus nuntiãtem receptum
eſt[36].Poterit & iniuriarum agere[37],non quidem,vt id,quod intereſt cõſequatur, ſed ad vin
dictã,alias enim actio doli non cõcurreret[38].Ego de dolo agi poſſe arbitror,ſi dolus ex con
iecturis depræhendatur[39],vt quia nuntians accuſator deſtitiſſet[40]. Ceſſatio enim illa ple-
138 runque arguit *dolum[41].Sed cùm in dubio non præſumatur dolus, ſed temeritas, vt ſuprà
dixi,ſolùm in expenſis officio iudicis in ipſa diffinitiua nuntiationis poterit puniri[42].Sua-
139 détque hoc dubietas iuris,quæ à principio fuit, quæ excuſare nuntiantem* debet[43]:cùm ſi
res clara fuiſſet,ſuprà viderimus impune ſperni nuntiationem à reo potuiſſe.

1 d.§.deinde.
2 d.§.ſi is cui.glo.l.minor. in princ.de eui.
3 Bart. d.l. in prouinciali. §.j.poſt princ.
4 d.l.prætor.in fi.l.ſemper. §.hoc interdictum.quod vi aut clam.l.j. in princ. de vi & vi ar.l.pe.C.de aſſer.tolſ.
5 d.l.vnica.C.eod.
6 l. vim facit. de vi & vi arm.
7 gloſ.leg. ſi de eo.§.fin.de acq.poſſ.vbi doct.
8 Bart.§.quæſt. vij.
9 d.l.j. §.& parui. quod vi. l.iij.§.ſi quis.eod.tit.
10 d.l.j.C.eod.vbi gl.ſumma Azon. in veteri C. manuſcripto.
11 l.properandum.C.de iudiciis.
12 argu. l. in contract. in princ.C.de non num.pec.
13 l.ij.del.j.
14 d.leg.ij.
15 l.is à quo.vt in poſſ.leg.
16 Bart.& doct.d.l.prætor. §.ſi quis paratus.
17 d.l.iij.§. ſi quis paratus. quod vi aut clam.
18 l.vnica.C.eod.
19 gl.hic.in verb. eatenus. iiij.ſolut.
20 d.l.prætor.§.deinde.
21 cap.pen. & fi. extra eod.
22 Iaſ.hic.
23 l.fin.in fin.C.vt om.Iud. Bart.l. properandum.ad fi. princ.C.de iudic.
24 l. quod quis culpa. de reg.iur.vbi Alb.
25 leg. ſed & ſi lege.§.ſcire. de petit.hær.
26 l. item ſi obſtetrix. ad leg.Aq.
27 l. ſi ambo. de compenſati.l. viro.ſol.matr.
28 arg.l. qui plures. de adminiſtr.tut.
29 gl.l.ſi duo.de dolo. Alexand.l. cùm proponas. ij. C.de pact.
30 d.l.viro.
31 d.§.ſed ſi is.ff.ea leg.
32 argu.l. Iulianus.de acti. empt.vbi Caſtr.
33 d.l.properãdum. §. ſin autem alterutra.
34 d.§.& parui. d.§.ſi quis paratus.in d.l.iij.
35 l.ſi pignore.vbi Bart.ff. de pig.act.
36 l.rẽ quandã. ff. de dolo.
37 l. iniuriarũ. §. ſunt qui putant. de iniuriis.
38 l.ij.vbi Bart.in fin.C.de dolo.& ī.§.proximo.
39 l.dolum.C.de dolo.
40 d.l rem quandam.
41 l.deſtitiſſe.ff.de iudiciis.
42 l. eum quem temere.ff. de iudiciis.
43 l.fi.§.ſin autem neſcius. C.de furtis.

S V M M AE.

1 ☞ Edicti noui oper. vis: eique ſuccedit quod vi. interdictum.
2 §. Hoc autem. ſenſus.
3 Nuntians vim iuſq; probet.
6 Olim variè accipi.
7 Inſtrumentum errore non corruere.
10 Interdictorum concurſus. 12.
11 Interdictum,quod vi aut clàm variis ex cauſis dari.
13 Interdictum de noui oper.nunt.perpetuum.
14 Interdictum de noui operis, & confeſſoriam diuerſa, concurrere tamen.
15 Actionum variarum concurſus. 16.

§·HOC AVTEM EDICTVM. I. Suprà diximus prætorẽ priùs edictum
propoſuiſſe prohibitorium,quo iubebat,ne poſt nuntiationem quiſquam ædificaret [1],idē
deinde propoſuit interdictum reſtitutorium,vt ſi quis ædificaſſet,quod aduerſus nuntiatio
nem factum eſſet, deſtrueretur [2]. Subiicit ergo iuriſconſultus hoc† edictum ad futura tan- 1
tùm opera pertinere,quia eo prohibetur,ne quid aduerſus nuntiationem fiat quòd ſi ali-
quid factum ſit ante nuntiationem,ad interdictum, Quod vi aut clam,& ſi qua ſimilia trãſ
eundum eſſe. Sed cur non potiùs dixit ad interdictum de noui operis nuntiatione,recurrẽ-
dum? Reſpondeo, loquitur† Iuriſconſultus, quando nuntiatio non præceſſit opus factum, 2
ſi enim præceſſiſſet, vtraque via agi potuit interdicto de ope.noui.quo caſu ſufficiebat pro
bare aduerſus nuntiationem factum eſſe ſiue iure,ſiue iniuria nuntiatum fuiſſet [3], interdi-
cto quod vi,quo caſu etiam vis alleganda† eſt,tanquàm vim fecerit, qui aduerſus nuntia- 3
tionem ædificauerit.[4] Addit Bar.probandum quoq; eſſe ius aliquod nuntianti fuiſſe, aliàs
non videri ſibi vim factam [5],quem Raph.hîc ſequitur:& mihi non diſplicet, vt ſicut ſuprà
vidimus [6],nuntiantem* debere cauſam concludentem exprimere,& poſſeſsionis ſuæ mẽ- 4
tionem facere,ita hoc caſu non ſolùm commemoranda,ſeu alleganda ſit,ſed aliquatenus
vt in iudiciis ſummariis ſit probanda [7],& quamuis lex dicat parui referre, vtrùm ius faciẽ-
di habuerit,quia etiam ſi habuerit,tenetur reus eo interdicto [8], reſpondeo non ideo ſequi,
quin actor debeat parte ſui neceſſaria probare,ideſt, quæ ſufficiant ad victoriã in poſſeſſo-
rio,licet non ſufficerent in petitorio:& ideo vtilius eſt* interdictum operis noui propone- 5
re,quàm illud. Quod vi aut clam,& multò magis,quàm confeſſoriam [9], quæ ad iudicium pe
titorium pertinet. Sunt & aliæ differentiæ inter noſtrum interdictum & illud. Quod vi aut
clam hîc à Docto.relatæ,ad quos te remitto.

QVOD VI, AVT CLAM. OLIM. Aduerbium†, olim,tẽpus præteritum de- 6
notat [10] quandoq; tamen propter adiectionem verbi futuram reſpicientis κατ᾽ ἐναλλαγὴν pro
aliquãdo accipitur,ſicq; futurũ ſignificare poteſt [11], tametſi,in antiquis codicibus non adſit
hæc dictio,ſubiicitq; Bar.ſe quendã notariũ defendiſſe,qui ſcripſerat, Titius filius olim Sẽ-
pronij,cùm tamẽ Sempr.viueret,idq; & communiter traditum eſt [12].quæ ſententia certiſſi
ma eſt ſecundũ Iaſ.quoties† allegaretur error notarij,non enim vitiaretur inſtrumẽtum [13], 7
idem ſi ad ſubſtantiam inſtrumenti non pertineret,an Titius eſſet filiusfa.falſitas enim* in 8
iis,quæ ſubſtantiam rei non reſpiciant, & nemini præiudicant,documenta non vitiatur [14]
Addo ego idem eſſe, ſi inuertatur punctus, vt olim referatur ad filius, quaſi dicas genitus
olim à Sempronio,& referatur ad tempus qualitatis annexæ [15],nihil enim hoc pugnat,etiã
ſi Sempronius hodie viuat. Sed & illud ſciendum ſi Titius mutuam pecuniam accipiat, &
in inſtrumento dicatur,filius olim Sempronij,deinde petẽti creditori obiiciatur exceptio,
S.C. Macedoniani tanquã filiofamilias mutuauerit [16],nihil hoc obeſſe notario, qui potuit
adſertionem partium ſequi [17],ſed imputandum creditori,qui non diligenter conditionem
eius ſit perſcrutatus,cum quo contraxit [18]. iis ergo omnibus caſibus certa, indubitataq; eſt
Bart.ſententia:quam tamen generaliter docto.probant exceptis Andrea Siculo [19] & Iaſo-
ne,quorum rationibus alij reſpondent,quos ſequor: ſit enim * interpretatio ſemper,vt in- 9
ſtrumentũ ſuſtineatur,& falſi crimen euitetur [20]. Sed an ſupràſcripto caſu creditori aliquo
modo conſultum ſit aduerſus eum qui ſe filium olim Sempronij dixit,cùm tamen pater vi
ueret?& puto actione doli,vel ſtellionatus teneri [21],quod nõ abſimili caſu reſpondit Bal [22].
Nã iis interdictis loquitur lex noſtra de interdictis reſtitutoriis: & ideo fruſtrà diſputatur,
an concurrant cum edicto noſtro,quod (vt dixi) eſt prohibitorium. Sed nunquid† concur- 10
rat interdictum de operis noui nuntiatione cum interdicto, Quod vi aut clam, vtrunque
enim eſt reſtitutorium?& conſtat cõcurrere [23]. Sed quæ eſt huius rei ratio?& Bart.ait, quia
interdictum, Quod vi, eſt magis generale. Speciale autem remedium cum generali poteſt
cõcurrere [24]. Eſt autem interdictum, Quod vi generalius reſpectu perſonarum,quia eo da
tur ius† prohibendi,ſeruis pupillis,colonis,& nullum mandatum habentibus [25],idq; genus 11
cęteris,idemq; in fructuario [26],idémq; ſingulari ſucceſſori [27],itémq; aduerſus prętorẽ [28],quę
omnia aliter in interdicto noſtro obſeruant [29],reſpectu rerum : quia illud competit etiam
pro operibus,quæ ſolo coniũcta non ſunt,& quæ permanere ibi non debent [30]. Item habet
locum in re communi [31],item etiam ſi nuntiatio non ſit facta in re pręſenti [32], item etiam ſi
opus factum faciem operis non haberet quod rectè Rofredus cenſuit [33]. Item ſiue prohibi-
tio in rem,ſiue in perſonam concepta ſit [34].qua de re alibi. An verior eſt ratio Pauli Caſtr.
hic qui omnia interdicta extraordinaria eſſe affirmauit [35],plura autem remedia extraor-
dinaria poſſunt concurrere [36]. Ego ſuprà cenſui† ideo concurrere, quia plenius nobis in- 12
terdicto de operis noui nuntiatione. Succurritur [37],cùm nullæ probationes requirantur,
quod ſupra dixi [38]. Addunt aliqui etiam diuturniùs nobis ſuccurri cùm hoc interdictũ per-
petuum ſit [39], illud verò annuũ duntaxat ſit [40]. Sed cùm † noſtrum interdictum ſit pœnale 13
quia

1 ſuprà princi.legis. verb. inhiberetur.
2 l.prætor.ĵ.eod.
3 §.ſed ſi is.ĵ.ead.lege.
4 l.j. §. quid ſit vi.ĵ. quod vi aut clam.
5 Bar.d.§.& parui.& d.§.ſi quis ipſi.q. xiiij.Caſtr. d.§. meminiſſe.in j.
6 ſuprà.vij.q.Bar.
7 Bar.l.ij.§.fin.C.vbi in rẽ actio.
8 d.l.j.§.& parui.l. fin.§. ij. eo.titu.
9 l.inter.in fin.de ſer. vrb. præd.l.& ſi fortè.§.ſciendũ. ſi ſer.vend.
10 l. ſed & milites. §. qui olim.de exe.tu.c.cù.n olim. de off. deleg. vbi Barbat.l. precibus. C.de impu.
11 gl.l.nec emptio.de contra.emp.Fel.c.ſi.deteſt.cog.
12 Fel. c. ex inſinuatione. de ſimon.
13 l.pe.C.de ijs qui ſibi adſcrib.l.quoties. §. ſed ſi.vbi Bar.de hæred.inſtit.
14 glo.l. damus.C.de falſi. Iacob. Ange. Lucius.de iis qui not.infam.
15 l.ex facto.§.fin.de vulg.
16 l.iij.ſ.ad maced.
17 Bal.rub. C.de ſi. inſtru.
18 l.qui cũ alio.de reg.iur.
19 d.c.cùm olim.
20 Barto.l.ſcripturæ.C. de ſi.l.inſtr.l.ſi quis filiabus.de teſtam.tut.Aret. conſil.vij. Alex.conſil.lxx.in j.
21 l.iij.de cri.ſtelli.l.j.in ſi. de pig.actio.
22 arg.l.falſus. §.ij.de fur. Bal.conſ.xiiij.in j.
23 l.ſi alius.§. ait Iul.quod vi aut clàm. d.§. nonnulli. d.§.meminiſſe.
24 glo.d.l.falſus.§.ij.verb. actio.gl.l.j. verb. ciuilis.de dolo.
25 l. prohibere . ĵ. quod vi aut clàm.vbi glo.
26 l.is qui in puteum.in ſi. eod.tit.
27 gl.ĵ.hac l.§.hoc autem.
28 d.§.ſi quis ipſi.vbi Bart.
29 d l.de pupillo.
30 d.§.hoc autem.vbi glo. dicta l. is qui in puteũ. §.ſi quis in vineas.
31 l.denique. §.ſi ex ſociis. ĵ.quod vi.
32 l.aut quis aliter.§. ſi qs cùm denuntiaret.eod. titu.
33 l.ſtipulatio.§.opus.ĵ.eo. Bar.hic.
34 Bar.d.§.meminiſſe.
35 l.j.cum gl.in verb.figuris.C.de act.& oblig.j.
36 l.quemadmodum.§.magiſtratus. ſ.ad l. Aquil.
37 ar.l.damni. §. ei cuius. vbi Bar.ĵ.tit.j.
38 Caſt.d.§.meminiſſe.
39 d.l.prætor.§.hoc interdictum.
40 l. ſemper. §. hoc interdictum. quod vi aut clàm.



quia demolitorium, cur non & annuum ſicut cætera eſt [1]. & Bartol. ait, quia ſuccedit loco
confeſſoriæ,quæ perpetua eſt. Ego quia ad executionem edicti prohibitorij factum eſt, ex
quo edicto actio perpetua oritur [2]& ideo lex ait concurrere interdictum cum actione in fa
ctum [3]:intelligendúmque arbitror non de interdicto quod vi aut clam,vt iſti faciunt,ſed de
interdicto noſtro,quod concurrit cum actione in factum oriente ex edicto [4]. Illud conſtat,
14 quoties actiones diuerſi ſunt† effectus poſſe concurrere [5]: vnde confeſſoria,& interdictum
noſtrum quandoque conueniunt [6]. Sed quænam diuerſitas effectus eſt. & Oldrad. interdi-
cto præciſè ad demolitionem cogi reum ait,cõfeſſoria verò in id duntaxat,quod intereſt,
condemnari [7]. Sed Bartol. etiam in confeſſoria præciſè ad deſtruendum compelli rectiùs
cenſuit [8]. Defendit tamen Oldrad.quia cogitur quidem,ſed non directè, verùm in quandã
conſequentiam : nec enim ſeruitute vti actor poterit,niſi opere deſtructo [9]. Dinus concur-
15 rere † actiones ait,quoties vna minus actorem grauat,quàm alia, veluti in ſupràſcripto ca
ſu. In interdicto enim non aggrauatur nuntians,vt probet [10], in confeſſoria neceſſe habet
probare [11]. meritò ergo poterit eligere meliorem, ſicut minor eligit, qui iure appellationis
vel in integrum reſtitutionis experiri poteſt [12]:quod infrà latiùs Bart.explicat [13]. Ego inter-
dictum ad ius poſſeſſorij confeſſoriam ad petitorium pertinere ſuprà dixi:vnde nihil impe
dit,quando vtrunque remedium concedatur [14],quamuis ſemper meliùs ſit inuiti poſſeſſo-
rio. Et Iuriſconſulti conſilium ſequi [15]. Sed cur hac ratione non datur interdictum nuntia-
tionis,quando communi diuidundo iudicio experiri quis poteſt [16]. Reſpondeo,quia in tali
iudicio officium iudicis ęquè citò prouidet,atque nuntiatio ipſa faceret,cùm ſemper abſq;
alia altiore cognitione adſiſtat prohibenti [17]: quòd ſi res cauſæ cognitionem requireret,
vt quia negaretur ſocietas,nec is,qui nũtiare vult, eſſet in quaſi poſſeſsione communionis
fortè tunc tale iudicium ( vt ego arbitror ) non redderetur, ſed nuntiatione opus eſſet [18],
dum tamen allegaretur cauſa cõcludens,vt ſuprà dixi [19]. Exercetur autem iudicium com-
muni diuidundo plerunque ſub arbitro,quandoque ſub prætore,& ideo lex ait fieri prohi-
16 bitionẽ tali iudicio vel per prætorem [20]. Addit idẽ Din.& tunc † concurrere actiones,cùm
ambæ generales ſint:licet vna ſit altera generalior [21]. Sentítq; interdictum noſtrum minus
generale eſſe quàm interdictum, Quod vi, aut clam, quod ſuprà vidimus: quæ ſententia
vera eſt licet non perpetua. Quandoque enim interdictum noſtrum competit & nõ aliud,
veluti lapſo anno [22],vel contra eum qui emit ab eo,cui nuntiatum eſt [23]. Quod ergo vulgò
17 dicitur* conſtitutionem generalem non comprehendere caſus,de quibus ſpecialiter pro-
uiſum eſt [24], verum eſt,ſi ſpecialiter,ſecùs ſi alio edicto generali,& diuerſo,quale eſt hoc no
ſtrum. tali enim caſu concurrunt [25]. Si verò idem edictum eſſet,tunc caput minùs generale
cenſeretur,quædam ſpecies generalioris [26], & generi per ſpeciem derogaretur, quod non
eſt in diuerſis edictis [27] vt hîc Barto.docet,niſi quatenus generale à ſpecie ipſa tanquã con-
traria corrigeretur [28].& hac in re alibi Bald.eleganter diſtinguit [89], quod Alex. & Ruin.ad
varias quęſtiones inducunt. Ego alibi adtigi [30]:hîc ceu impertinentes omitto [31].

1 l.in honorariis. de act.& oblig.vbi glo.
2 l.obligamur.§.iure.ff.de act.& oblig.
3 d.§.nonnulli.
4 glo.l.in factum.de actio.& oblig.§.fi.inſt.de interd.
5 gloſ.l.Trebatius.ĵ.tit.j.
6 d.l.inter.d.l.& ſi fortè.§. ſciendum.
7 l.loci.§. in confeſſoria.ſi ſerui.vend.
8 l. fructuarium. in fine.ſi vſusfru.petat.glo.l.harum. verſ.iubeat.ſi ſeru.vend.
9 l.j. in princi. cum gloſ.ſi vſusfr.petat.
10 ĵ.ea.l.§.ſed & ſi.
11 l.loci.§.competit.l.ſicuti.§.ſi quæratur. vbi gloſ.ſi ſerui.vendi.
12 glo.l.ſi.C.ſi ad rem iud.
13 l.ſeq.§.j.ad fin.l. damni. §.ei,cuius.ĵ.titu.j.
14 l.naturaliter.§. nihil cõmune.de acq.poſſ.
15 l.is qui deſtinauit.de rei vendi.
16 l.in prouinciali. §.j.ĵ.e.
17 l.Sabinus.in fin.ſ.communi diuid.
18 arg.l.in iudicio.ſ.fami. erciſc.
19 ſ.q.vij.
20 d.§.j.
21 l.j.ſ.de condi.ſine cauſa. in glo.j.l. certi condictio.ſ. ſi cert.peta.
22 d.l. prætor.§.hoc interdictum.
23 l.ſi.ĵ.eo.vbi glo.verb.dominus.glo.ĵ.§.hoc autem.
24 l.ſanctio. de pœ.l.doli. de verb.obliga.
25 l.ſenatus.vbi Bartol.de accuſat.
26 l. ſeruo manumiſſo. de pecul.leg.l. quæſitum.in fi. de fund.inſtru.
27 l.j. §. vnde quæritur.de public.
28 l.ſi adulterium.§. liberto.de adult.l.iij.§.j.de ſuſp. tut.Iaſ.hic & Alex.
29 Bal.l.ij.C.de cano.larg. libro x.
30 dixi.d.l.doli clauſula.
31 Cin.l.qui ſepulcra.C.de ſepul.viol.

SVMMAE.

1 ☞ §. *Nuntiatio. ſumma capita.*
2 *Nuntiaturus non niſi ex cauſis iudicẽ adeat. 15.16.*
3 *Ædificium meo iure tollo. 14.17.19. ex cauſis contra. 5.10.*
7 *Ædificatum ſtatim tantùm deſtruere licere.*
9 *Nuntiatus ſit poſſeſſor mutata forma. & 11.*
12 *Turbantem ex cauſa ex interuallo deiicio.*
18 *L. Quemadmodum.§.j.ad leg. Aquil.ſenſus.*
20 *Auctoritatem propriam,excepto caſu, ceſſare.*
21 *Nuntiandi pro alio forma.*
23 *Nuntiationis procuratoriæ deprehendendæ formá.*
25 *Procuratorij cognoſcẽdi formæ & effectus. 27.29.31.*
28 *Stellionatum ex cauſis in procuratore ceſſare.*
30 *Tutelari actus taciti deprehendi forma,& vis.*
32 *Adminiſtratores ſibi non aliis geſſiſſe præſumi ex cauſis contrá.*
33 *Nuntiatur omni die. 51.*
35 *Nuntiandi remedia.*
37 *Sententiam feſtis ne exequitor: ex cauſis ſecùs. 39.*
40 *Remiſſio feſtis non, niſi ex cauſis,fit. 41.*
42 *Citare feſtis omnino non licere : quandoque contra. 48. 49.*
43 *L.fin.C.de feriis.explanata. 47.*
44 *Citationis partes.*
53 *Vniuerſalia ex re reſtringi. 58. 59.*
60 *Nuntiari abſenti, huicq; ſimilibus.*
61 *Interdicto noui oper.inſcios teneri.*
63 *Minorem in nouo opere, niſi ex caſis , non reſtitui. 64. 65. 66. 69. 71. 72. 74.*
76 *Delinquens non reſtituendus.*

1 §·NVNTIATIO. Nec defectus† iudicis,nec mandati,nec dierum vtilium nec
abſentia ignorantiáve eius,cui nuntiandum eſt,hanc nuntiationem impediunt. Proſequa
2 mur ſigillatim hos quatuor caſus : Et † in primis adnotandum eſt nuntianti neceſſarium
non eſſe,vt adeat prętorem,quod declarat Iuriſconſultus:quia & ſine prætore fieri hoc po
teſt non dicitur autem neceſſarium ſi aliter fieri res poteſt,dum tamen commodè [32]. Si ta-
men proſequi ius ſibi ex nuntiatione quæſitum quis velit,tunc omnino adeundus erit præ-
3 tor [33]. Sunt autem † aliqui caſus, quibus licitum eſt propria auctoritate, & de facto reſiſte-

32 l. impenſæ.vbi dixi. de verb.ſign.
33 d.l.de pupillo. §.qui o-pus.


re atque

re, atque demoliri quod conſtructum[1] eſt. qua in re ex verbis Bartoli & cæterorum con-
ſtituenda eſt regula, vt in re à me poſſeſſa, quæ & ideo mea præſumitur[2], licitum ſit pro-
pria auctoritate ædificantem repellere, & ædificium deſtruere[3]. cùm enim non liceat ad-
uerſario turbare poſsidentem[4], ſequitur, vt liceat mihi me defendere, & eum repellere[5], &
ſi ædificatum eſt, rem occupare[6]: quod eò vſque producit Bart. vt ſi is, qui ædificat ſit deten
tator[7], ego autem ſolùm ciuiliter poſsideam, liceat mihi nihilominùs propria auctoritate
rem demoliri[8]: Subeſt enim ratio defenſionis, quoniam ædificando dicitur ille me* turba 4
re, & re mea abuti[9]. Rurſus producit Bart. vt quod dictum eſt de poſſeſſore ciuili aduerſus
detentatorem, procedat etiam aduerſus eum, qui naturaliter tantùm poſsideat. Poterit e-
nim propria auctoritate ædificatum deſtruere[10]: dum tamen indebitè ædificatum ſit, quod
infrà attingemus. Vnde dominus poterit emphyteutam, ſi finita ſit emphyteuſis propria
auctoritate deiicere[11]: tunc enim nullum in emphyteuta eſt vtile dominium, ſed ſola natu-
ralis poſſeſsio. Sed an detẽtator poſsit propria auctoritate impedire tertium ædificantem
ſicque deſtruere opus factum? & Alex. poſſe cenſuit[12]: quod verum puto, ſi, lite pendente,
ædificatum ſit[13], nomine domini deſtruat[14]. Idémque in clandeſtino poſſeſſore[15]. Præter-
quàm erga dominum vt infrà dicam[16]. Reſtringitur autem † hæc concluſio pluribus mo- 5
dis. Et in primis Bartol. hîc non procedere cenſuit fauore religionis: quoniam lex ait, non
poſſe me eum qui de facto in meo ſit ſepultus, propria auctoritate effodere, & eruere[17]. Vn-
de inferunt Docto. ſi eccleſia in meo ſit ædificata, non poſſe me eam demoliri[18]. Quod pro
ducunt aliqui etiam ad ciuiliarchion, ad cœmeterium, ad omnia ædificia, quæ ad diuinum
cultum pertinerent[19]. Ego ſpecialiter cautum ſcio, ne quis mortuus, & perpetuę ſedis cau-
ſa ſitus, amoueretur abſque Ponti. principíſve iuſſu ídq;[20] videtur verũ, etiam ſi locus non
ſit effectus religioſus[21]. qua ratione & idem in eccleſia conſecrata arbitror: quòd ſi adhuc
prophana ſit, nihil impedit, quin ſecundum regulam iure meo vti poſsim[22]: adhuc enim
perfecta non eſt[23]: & quod cœptũ eſt, rei perfectæ priuilegio * non vtitur[24], vt rectiùs Ale- 6
xand. locutus ſit, qui hoc priuilegium non, niſi perfectæ eccleſiæ tribui, quàm Iaſ. qui etiam
cœptæ. Defendi tamen hîc poteſt: cùm neceſſaria cauſa ſubeſt, vt ibi ædificetur quo caſu
reſarciendum domino erit pretium[25]. Rurſus Bartol. cenſuit ſupràſcriptam concluſionem
non procedere poſt nuntiationem noui operis verbo factam: quia amiſiſſet dominus poſ-
ſeſsionem[26], & diceretur ædificans ipſe poſsidere licet vi à domino[27]. Sed nunquid † lice- 7
bit ſaltem incontinenti poſt nuntiationẽ propria auctoritate deſtruere, & Din. Bartolúſq;
infrà licere cenſuerunt[28]. quod Put. & Beſutius hîc probant: quia violentum inuaſorem li-
citum eſt mihi incontinenti deturbare[29], ſicque dictum Barto. hîc reſtringitur, vt ex inter-
uallo tantùm procedat. Fortiùs Parpalias, & Ruinus hîc etiam ex interuallo licere detur-
bare ædificantem aiunt: quia cùm à nuntiante vi poſsideat, permittitur ei quandocunque
eum turbare[30]. Sed, vt id verum ſit, non ſequitur vt etiam deiicere poſsit: demoliri autem
ædificium * non ſimplicis turbationis ſed deiectionis inſtar habet[31]. At Iaſ. ſimpliciter Bar. 8
hîc ſequitur, vt imputetur nuntianti, qui propter prohibitionem verbo factam magis ſuo
facto, quàm ædificantis amiſit poſſeſsionem. cur enim per prętorem, vel iactu lapilli potiùs
non nuntiauit? quam ſententiam & ego ſequor, quia eligendo viam verbi videtur viam
facti renuiſſe[32]. Sentítque hoc Accurſ.[33] & verbis legis conſonum eſt, quæ priùs quàm nun-
tiarem (inquit) refixero, quaſi poſt non liceat[34], videtúrque hæc mens Alberi. & veterum
fuiſſe, qui ſimpliciter Bartol. hîc ſequuntur. Sed cur non idem eſt, cùm quis iactu lapilli vel
per pętorem nuntiat vt videatur vię facti renuntiaſſe? reſpondeo, cùm retineat poſſeſsio-
nem, videtur etiam eos effectus ſibi reſeruaſſe, qui poſſeſſori cõpetunt. Quapropter, etiam
ſi ſatiſdationem reus obtuliſſet, idem putarem: ne ideo ius propria auctoritate deiicien-
di imminutum cenſeatur: licet ſecùs ſit erga eum, qui verbo nuntiauit: ſatiſdatione enim
tantiſper purgatur violentiæ vitium[35]: léxque ſimpliciter ſatiſdationis oblatione conſuli
aduerſus nuntiationem ait[36], non aduerſus manus iniiciendæ facultatem, ſed † nuntia- 9
tione verbis facta amittetur ne ſtatim poſſeſsio? & aliqui cenſuerunt non amitti[37], niſi
poſtquam reus eam ſpreuerit, atque ædificauerit[38]. quæ ſententia verbis legum non qua-
drat, quæ ſimpliciter dicunt nuntiatione reum conſtitui poſſeſſorem[39], adeò, vt ius pro-
bandi vi, vel clam hactenus ædificatum eſſe ad ipſum nuntiantem pertineat: ídque ve-
rius eſt, & Iaſon probat. Sanè † ex ſupràſcriptis conſequens eſt, vt ſi quis in meo iam 10
ædificauerit, non liceat mihi propria auctoritate eum deiicere, quia propter huiuſmo-
di ædificium ego dicor perdidiſſe poſſeſsionem, quod à pleriſque traditum eſt[40]. exem-
plo inundationis, quæ nos poſſeſsione priuat[41]. quod ſi verum eſt, ſupràſcripta Bar-
toli concluſio prorſus deficeret: ídque Ruinus fatetur, eámque reſtringit, vt ſolùm pro-
cedat, cùm poſſeſſor turbatur duntaxat in poſſeſsione[42], non cùm deiicitur prorſus per
ædificium. Alexander diſtinguit, vt ſi ſciens fuerim, non liceat mihi propria auctorita
te deiicere, ſed ſupràſcriptæ concluſioni ſolùm ſit locus: cùm ignoraui quenquam in meo
ædifi

1 l.ſi vitem.§.qui ad ianuã. ĵ.quod vi.
2 Bart.l.quidam.de condi. inſtit.verſ.ij.
3 l.quemadmodum. ad l. Aquil.d.l.ſi vitem.§.qui ad ianuam.quod vi aut clam.
4 l.j.C.vt nem.lic. ſine iudic.auct.
5 Bart.l.j.§. interdictum.ĵ. vti poſsi. Alex. conſi.xxxvj. in primo.
6 l.ſi in area.de cond.inde. Alexan.hîc.
7 l.officium.§. denique.de rei vend.
8 l. ſi ſeruus. C. quod cum eo. Alex.l.j. de acq.poſſ.& l. quemadmodum.eod.titu.
9 l.ædem.C.loca. Bar.d.§. interdictum.
10 l. vſufructuarius nouũ. de vſufruct.
11 l.ij.verb. repellere.cum glo.C. de iur.emphy.
12 arg.l.j.C.vt nem.lic.
13 l.ij e.tit.Ruin.hic.
14 ĵ.hac l.§.fina.
15 Bar.d.§.interdictum.
16 arg.l.ij.ĵ.vti poſside.
17 l.oſſa.ff.de relig.
18 gloſſ. c. apoſtolicos.xij. quæſt.ij.
19 Cepol.trac.de ſer.vrba. cap.xxx.
20 l.diui.l.ſeq.de relig.
21 §.religioſum. verſiculo item ſi alienus.inſtit.de rerum diuiſ.
22 xiiij.q.vj.comperimus.
23 §.ſacræ.inſt.de rer.diui. §.illud.in auth.de monac.
24 l.antepe. ſ.de teſt. mili. Fel.c.ſi quando.de reſcr.
25 d.c.cõperimus.l. ſi quis ſepulchrum.ſ.de religi.d.l. ſi quis. verſ.præſes.& l.mulier.ĵ.de capti.
26 §.in operis.ſeq.
27 l.j.§.ſed & ſi quis.infra quod vi aut clam.
28 Bartol. d.§.meminiſſe. in fine.
29 l.iij.§.cum igitur. de vi & vi arma.
30 l.j.§.fina.vbi Bart.ĵ. vti poſside.
31 l. ſi alius. §. bellisſime. quod vi, aut clam.
32 arg.l.ſi mulier in fin.ſ. quod met.cau.Bal.q.x.C.de ſeruit.
33 gl.d. §.meminiſſe.verb. vti poſsid.
34 d.§.qui ad ianuam.
35 d.l.ſi alius. §. ait Iulianus.
36 d.l.de pupillo.§.ſi is cui.
37 Ruin.hic Rip.§.meminiſſe.in fine.
38 d.l.j.§.ſi quis vi.
39 §.ſeq.& d.§.meminiſſe.
40 Petr.Cin. Bal.l.ij.C.de rei vendi.
41 l.iij. §.Labeo.ĵ. de acq. poſſ.l.qui vniuerſas.§.item quod amari. eod.tit.
42 d.§. qui ad ianuam.d.l. quemadmodum.



11 ædificare[1]. Ego † ſola ædificatione poſſeſsionem non amitti arbitror, ſed tum demum, cùm
tali ædificio mutatur forma rei[2]. Et ideo tum quoque cum veteribus ſentio, quia acquirit
12 quidem ædificans poſſeſsionem, ſed violentam vel clandeſtinam: ideo licebit † domino vel
incontinenti deiicere[3], vel quandocunque ædificantem turbare, tanquam vi, vel clam à ſe
habeat[4], quod & aliqui hîc tradiderunt, ſicque legem intelligendã eſſe, quæ occupari à do-
mino tale ædificium poſſe ait[5]. Addit idem Bar. vt ſi quis principaliter in ſuo ædificet, licet
ad meũ naturaliter protendatur, non liceat mihi propria auctoritate deiicere. vnde arbo-
rem quæ radices in meum ſolum propagauerit, non cædam[6]: ſicut nec propria auctoritate
13 deiiciam, quod rei meæ imminet[7]: ramos tamẽ * arboris alienæ ſolo meo impendẽtes, poſ-
ſum propria auctoritate incidere, ſi priùs tibi denuntiauerim, & tu nõ reſiſtas[8]. quod Alex.
hîc tradidit. Subiungit idem ſupràſcriptam concluſionem procedere, cùm quis ædificat in
fundo, à me poſſeſſo, quod ſi aduerſus ſeruitutẽ à me quaſi poſſeſſam quis ædificet, non erit
locus auctoritati, ſed omnino per iudicem prohibẽdus erit[9]. nec enim hoc caſu vlla eſt ve-
ra poſſeſsio quæ non ex actu poſsidentis, ſed ex ſola aduerſarij patientia commento iuris
inducitur[10]. quod aduerſus paucos Pontificios receptiſsimum eſt[11], quorum rationibus re-
centiores reſpondent, niſi tamen periculum ſit in mora[12], vel niſi domus, quæ meæ proprię
ſeruit, ſit etiam communis mihi, & ſocius ædificet in præiudicium ſeruitutis mihi debitæ, li
cet mihi hoc caſu rem perdere, id eſt, propria auctoritate deſtruere[13]. Illud quoque admit-
14 tendum † eſt, licere ei, qui ſeruitutem habeat propria auctoritate ea tollere, quæ ius ſuum
impedient, & in ſolo domini fodere, & ſubſternere pro commodiori ſeruitutis vſu[14]. nec
hoc nomine poterit à domino accuſari: quod & aliqui tradiderunt[15]. Si tamẽ dominus pro-
hibeat, prætor omnino adeundus erit[16]. Sed quid ſi ego non poſsideo, & aliquis aduerſus ius
meum ædificat, & tunc certum eſt omnino prætorem adeundum, non quidem nuntiatio-
15 nis cauſa, ſed vt eam proſequar[17]. quod tribus modis reſtringi poteſt. Primus, † cùm copia
iudicis non adeſt, & periculũ eſt in mora[18]. tunc enim propria auctoritate licebit vti[19]. Sed
quid ſi periculum non ſit in mora? & Alexã. hîc idem cenſuit: dummodo copia iudicis non
adſit[20]. quæ ſententia dubia eſt: quia tali caſu videtur potiùs expectãdus iudex[21] vel adeun
di alij magiſtratus[22]. quod ipſe Alex. alibi tradidit[23]. nam & ob defectum competentis iudi
cis poterit quis competentem adire[24]. Siquidem (vt vulgo dicitur) neceſsitas non habet le
16 gem[25]. Alter eſt modus, cùm aliàs † quis enorme damnũ pateretur, vt quia ſi expectaretur
iudex, ager remaneret incultus, vel animalia interirent, quod Bar. alibi tradidit[26]. Tertius
eſt, quando quis ædificat in publico, licet non poſsideam, ſi id ædificium mihi noceat, poſ-
ſum propria auctoritate deiicere[27]. quod Caſtr. tradit. cuius ſententia verbis legis multùm
quadrat, quamuis non ſit à quibuſdam recepta, tanquam hæc cura ad magiſtratus, non ad
priuatos pertineat[28]. qua de re alibi plura[29].
17 Sed quid ſi partim quidem poſsideam, partim non poſsideam, vt quia † communi-
ter ego, & tu rem poſsidemus, tu in ea ædificas, an potero propria auctoritate demoli-
ri? & Bartolus negat hoc caſu, ſed communi diuidundo actione prohibendum eſſe[30]: quia
cùm totum fiat in communi, par eſt vtriuſque cauſa[31]. quod & Alexander hîc tradit, &
ex facto Bal. Caſtrenſis Pontanúſque[32] reſponderunt idémque dicendum, quando ab vno
ex ſociis aliquid prætenderetur ſuper communi, nec tum quidem licebit rem perdere, ſed
actione vtendum eſt[33]. Idémque ait hîc Bartolus, ſi quis ſocius ex ſuo in commune immit-
teret, damnum enim quod rei communi à ſocio fit, non niſi via actionis poteſt impedi-
re[34]. Fuêre tamen qui hoc caſu licere rem perdere exiſtimarunt[35]: quia lex hunc ca-
ſum ei æquiparat, cùm ex communi in proprium ſocij immittitur[36]. Sed reſponde, æqui-
parare duntaxat reſpectu actionis per illa verba, Mihi enim ſoli, &c. vt hîc Bartolus re-
ctè ait: reſtringit ergo poſtrema clauſula æquiparationem ſuprà generaliter factam[37]. ta-
18 metſi ea pars † legis non de immiſſo, ſed de proiecto loquatur, in quo, (vt dixi) regu-
la eſt propriæ auctoritati locum non eſſe[38], cuius rei rationem adſignat Iuriſconſultus.
Nam debes ius tuum coram iudice perſequi. Sed quid ſi non ſocius, ſed extraneus ali-
quis ædificat, & damnum rei communi facit, poteróne ego ſolus propria auctorita-
te deſtruere? & Bartolus expreſsè non definit[29]. aliqui poſſe aiunt[40]. quod & ego ſen-
tio, dum ſocius meus non vetet, & in iis caſibus agatur, quibus ſi ſolus dominus eſſem, poſ-
ſem propria auctoritate deſtruere[41]. Quid tandem reſpondebimus cum ego naturali-
ter duntaxat poſsideo, tu ciuiliter, an ædificium à te factum potero deſtruere? & Bart.
negat poſſe. Vnde nõ poterit fructuarius demoliri, ſi quid à domino factum ſit, cùm enim
fructuarius procurator domini ſit, poſſeſsionémque eius patientia habeat[42], rémque eo
duntaxat nomine defendat[43]. non poterit aduerſus ipſum domini patientiam illa abrum-
pentem de facto ſe defendere cùm incipiat non poſsidere: ſed confeſſoria aduerſus eum
aget[44]: & ſicut ſupràſcripta ratione prohibetur domino nouum opus nũtiare, & ſic via cõ-
muni vti, multò minùs propria auctoritate ius ſibi dicet. Nec me mouet, quòd aliquando

B v permit

1 Alexã.l.ſi de co.§.ſi fortè. de acquir.poſſeſſ.
2 l.repeti.in fin.quib.mod. vſuſfruct.amitt.
3 d.§.eum igitur.
4 d.l.j.in fin.vti poſſ.Bar.l. ij.C.de iur.emph.
5 l.ſi in area. de cond.inde.
6 l.j.C.de interdi.Cepol.c. lxxxj.
7 d.l. quemadmodum. §.j. l.ſi plures. §.ſi arbor. arbor. fur.cæſar.
8 l.j.ĵ.de arb.cæſ. vbi Bart. facit.l.fluminum.in fi.ĵ.ti.j.
9 l.quemadmodum.§.j.
10 l.quoties.ij.de ſeruit.
11 Abb. & Anch.c.j. de immun.eccl.
12 l.ſi quis fumo.in fine. ad leg.Aquil.
13 l.ſi inter.ſ.de ſeruit.vrb. præd.Raph.Põ.Ca.Iaſ.hic.
14 l.ſi inter.de ſer.
15 Cep.d.tract.c.xxiij.
16 l. non eſt ſingulis. ff. de reg.iuris.
17 gl.d.§.meminiſſe. verb. poſsidetis.& tex. dict.§.qui opus.
18 l.nullus.cum gloſſ.C.de iud.l.ait prætor.§. ſi debitorem.cum gl.quæ in fr.cred.
19 gloſ.d.l.ſi alius.§.belliſſimè.
20 l.generali. C. de decur. libro x.
21 l.ſi longius. de iudic. c.j. de conſuet.rec.feu.verb.expectandi.l.ſed & ſi per.§.ait prætor.quib.ex cau.maio.
22 l.vbi abſunt. de tu.& cu. dat.vbi Bar.
23 Alexã. l.in prouinciali. §.ſi.ſ.eo.l.pupillus.de acqu.hæred.
24 §.& hoc peruenit.verſi. omnem.in auth. vt nul.iud. l.j.C.vbi quis decurio.
25 Alex.l.ij.de iur.om.iud.
26 Bar.d.§.belliſsimè. Cepol.d.c.xxx.
27 l.quamuis.de acqu.rer. domi.
28 l.ij. §.ſi quis nemini. ff. ne quid in loc.publ.
29 Cep.d.tract. c.xxx.
30 l.Sabinus. cõmu. diuid.
31 l. in re communi. ff. de ſer.vrb.præd.
32 Bal.conſi.cl.in iij.Rom. conſi.lij.
33 l.ſi duo.§. Labeo.vti poſſid.d.l.quemadmodum. §.j.
34 d.l.ſed ſi inter.verſi.idẽ.
35 Bart.d.l.ſed ſi vitẽ. Rui. hic Cepo.vbi ſ.
36 d.ver.idem.gl.l.ſacrilegij.ĵ.ad leg.Iul.pec.
37 gl.cle.ij.verb.ſanctioni. de vi.& honeſta.cler.l. cùm pater.§.dulciſsimis.de le.ij.
38 d.l.quemadmodum.§.j.
39 Bar.l.de pupillo.§.ſi plurium. ĵ.eod.
40 Cepo.vbi ſ.
41 d.l.de pupillo. §. ſi plurium.ĵ.eodem.
42 d.l.quoties.l.iij.§.dare. de vſufruct.
43 ĵ.ead.l.§.vlt.
44 vt ĵ.l.ſeq.

permittitur hæc via facti, & non nuntiatio,vt erga ſocium, vel in Prætorem ædificãtem [1],
quia ratio prohibitionis nuntiationis ibi alia eſt,quàm defectus poſſeſsionis,vt in caſu no-
ſtro, quod ſatis oſtendit hîc Ruy. & ſenſit Iaſ.Aduerſus † verò extraneum concedit natu- 19
raliter poſsidenti,vt ius ſuum propria auctoritate tueatur.videmus enim fructuario com-
petere aduerſus extraneos remedia poſſeſſoria, quale eſt, vti poſsidetis [2], & , Vnde vi [3]. &
ſic ei etiam ſit facultas incontinenti recuperãdi [4]. Nam et ſi quis clam à me poſsideat, quo
caſu ego ciuiliter, ipſe naturaliter poſsidet, habebit aduerſus quemcunque alium præter
me id ius,& interdicto agendi,& ſe propria auctoritate defendẽdi [5]: aduerſus verò me non
habebit. Sed nunquid propria auctoritate cum ego deiiciam ? & non puto [6]. nec enim re-
cognoſcit ille à me poſſeſsionem, nec eam patientia mea habet ſicuti fructuarius [7]. Sed
quid ſi is, qui naturaliter poſsidet, etiam vtile dominium habeat,vt emphyteuta,vt perpe
tuarius, vt cliens beneficiarius? & poſſe hunc domino via facti reſiſtere Bartol. cenſuit [8].
ſic enim dominus eſt, poſſeſsionémque non domini patientia, ſed iure ſuo habet, licétque
ei rem ſuam defendere [9].tales enim iuſtè ædificant : nec via iuris impediri poſſunt [10]. tan-
tùm abeſt,vt via facti impediantur.quod tamen intelligẽdum, niſi in rei ipſius perpetuum
damnum opus facerent, tunc enim poſſet dominus eis reſiſtere, ſicut & propria auctorita-
te eos deiicit re malè vtentes [11].quod aliqui intelligunt,ſi admoniti cõtempſerint iuſſum [12].
Et hæc quidem ex communi ſententia procedunt. Ego tamen † nunquam propriæ aucto- 20
ritati hac in materia locum eſſe facilè diſputauerim : quia lex hanc facultatem manus
explicari per iactum lapilli ait [13], nec alia eſt ratio, cur nuntiationis edictum à præto-
re latum ſit, excipitur ille duntaxat caſus, quando magna, & ſatis neceſſaria cauſa ſub-
ſit : nec diſtinguitur poſsidens , à non poſsidente [14]. poſsétque facilè reſponderi ratio-
nibus contrariis, vt non procedant, quoties adeſt, qui reſiſtat [15]. Sed hæc ſatis, & ſu-
pérque.

ET NOSTRO. Sed quomodo alieno nomine nuntiamus ? & Bartolus ait 21
ſi quis † ſit procurator [16], mandatíque ſui fidem faciat [17], & in re dubia ſatiſdet domi-
num rem ratam habiturum [18]. Sed cur non ita eſt in interdicto quod vi, aut clam : in eo
enim admittitur ad prohibendum quilibet etiam abſque mandato [19]. an quia iſtud minus
præiudicium adfert, cùm ſit perpetuum, illud verò duntaxat annale [20] ? Sed certè diu-
turnitas temporis longæuitáſque haudquaquam hac in re concludit [21]. An quia hoc edi-
ctum ex parte ædificantis in rem eſt: ideo requiritur vt qui nuntiat, ius in re habeat,quod
non placet : quia tam interdictum, Quod vi, quàm noſtrum in ipſa perſonale eſt [22] & po-
teſt fieri nuntiatio etiam ex noſtro interdicto verbis in perſonam tantum conceptis [13], vt
eſt receptior opinio [24]. An, quod Acc.hîc maluit nulla eſt differentia, vt nuntiando pro-
hibere quilibet poſsit, etiam ſi mandatum non habeat : dum tamen ratihabitio ſequatur
re integra, id eſt, vt Ruin. interpretatur, antè quam ædificatum ſit [25]: licet interdicto,
Quod vi, aut clam, ſatis ſit, etiam ſi quocunque tempore ratihabitio ſequatur, putà eo 22
tempore,quo agitur, qui enim agit, ratum * habere cenſetur [26]. quod non ſat probo,cùm
parendum ſit nuntiationi, & ſatis ſit, adito iudice, demum ſatiſdari [27]. & certè quæren-
dus non eſt in ſcirpo nodus, nec à clara iuriſconſulti ratione diſcedendum,qui in interdi-
cto, Quod vi, quemlibet prohibere poſſe ait: quia nihil domino acquirit, ſed duntaxat
non ſinit ei iniuriam fieri, ſolúmque actionis qualitatem mutat, vt quod aliàs tanquam
clam factum accuſaretur, tanquam vi factum eſſe incipiat [28]. at in caſu noſtro nuntia-
tione ius nouum quæritur actióquæ datur [29]. hócque eſt quod Accurſ.inquit hoc edictum 23
inſtar actionis habere. Sed quando dicetur quis procuratorio † nomine nuntiare? & con-
ſtat, ſi dictum ſit expreſsè [30]. Idémque ſi dictum ſit, Titius procurator Caij:quamuis enim
ſubiectis non ſit procuratorio nomine, tamen ſatis credendum eſt ita actum propter mu-
neris mentionem [31]. quod hîc Bartol.adfirmat. Et licet aliqui videantur diſſenſiſſe [32], ni-
hil tamen adducunt, quod me moueat. Nec diſtinguendum eſt, vtrum præcedat nomen
proprium, an nomen officij quod Rayn.credidit [33]. ſemper enim cenſetur tanquam pro-
curator contraxiſſe,aliàs fruſtrà adiectum eſſet illud nomen. adtendimus enim ſemper ad
qualitatem,ſecundum quam fit contractus. Vnde ſi quis in inſtrumẽto adſerit ſe hæredem,
præſumitur tanquam cum hærede contractum [34]. Idem ſi quis adſerit ſe ciuẽ talis verbis [35]:
vel ſi quis ſe patremfamiliàs [36], & ſi qua ſimilia:nec fit huiuſmodi diſtinctio,vt rectè Iaſ.do-
cet [37]. Cæterùm & ſi dictum ſit,Nuntio nomine Caij,ſatis videtur tanquã procurator nun-
tiaſſe:cùm nuntiatio non,niſi per procuratorẽ fiat,vt hîc dicitur.quòd ſi interdicto, Quod
vi,aut clàm facta eſſet prohibitio nomine Caij , non argueretur id factum à procuratore:
cùm in illo interdicto poſsit prohibitio fieri etiam per negotiorum geſtorẽ [38]. quòd ſi pro-
hibitus ſciret eum eſſe procuratorem, adhuc ( inquit Bartol. ) videretur tanquam à pro-
curatore facta. Sed quid, ſi dicat ſe ſuo, & Caij nomine facere : & videretur obliga-
ri etiam nomine proprio [39]. Enimuerò & ſi dixerit ſe facere * pro tali, perinde eſt ac 24
ſi dixiſſ

1 d.l.in prouinciali. & d.§. ſi quis ipſi.vbi Doct.
2 l.quoties.ij.de ſeruit.
3 l.j.§. deiicitur. de vi & vi armat.
4 d.l. iij. §.eum igitur.vbi doct.
5 l.ij.ꝟ.vti poſsidetis.
6 d.l.ſi alius. §.belliſsime.
7 ꝟ.d.§.fin.
8 arg.d.l.in prouinciali.§. pen.ꝟ.eod.
9 d.l. quemadmodum. §.j.
10 c.ſi vaſallus.hic finit lex in vſib.feud.
11 auth. qui rem. C. de ſac. eccleſi.
12 c. j. §. quicunque aduocationi. de pace tenend. in vſib.feud.ſol.matr.
13 d.§.meminiſſe.
14 d.§.belliſsimè.
15 l. non eſt ſingulis. de reg.iuris.
16 dic. l. de pupillo. §. qui procuratorio.
17 l.ſi quis inficiatus. ꝟ.depoſit.
18 l.j.C. de procur.l.j.C.de ſatiſdatio.
19 l. prohibere. in princ.ꝟ. quod vi aut clam.
20 l.pretor.§.hoc interdictum.ꝟ.eod.
21 l.qui bis idem.cum glo. de verb.oblig.
22 l.i.§.pe.de interdi.
23 d.l.non ſolum.§. ſi cùm poſſem.l.ſi procurator.ꝟ eo.
24 Alexan.d.§.meminiſſe. in princip.
25 l. bonorum. ꝟ. rem rat. haberi.
26 l.Paulus reſpondit.ꝟ. rẽ rat.haber.l. cùm fundus. §. ſeruum ſuum.ſi cert.pet.
27 d.§.qui procuratorio.
28 d.l. prohibere. l. ſi quis ſolutioni. verſi.pen.de vſur. l.cùm vnus.de bo.auct. iud. poſsid.
29 d.§.qui procuratorio.
30 l. fin. ꝟ. de inſtit. l. cum poſt.§.j. de ad.tut. Alexand. conſil.xlviij.in v.
31 Alexã.hic in apoſt. Bart. & l.ſi ita ſtipulatus.§. Chryſogonus.de verb.oblig.
32 arg.l.ſi cõmunis ſeruus. §.fin.de ſtipu.ſeru.
33 Bartol.d.l. cùm poſt.§.j. opp.
34 l.ſi proponas. §. j. de inoff.teſtam.vbi Ang.
35 Dec.conſi.cclxxxiij.
36 Imol. ſed & ſi de ſua. de acq.hæred.
37 l.ſi pater.§.qui duos. de adopt.vbi Bald.
38 d.l.prohibere.
39 l.procurator.qui pro euictione.vbi Bar.de proc.



25 ſi dixiſſet † nomine talis, reſtringitúrque ad mandatum [1], vel ad negotium geſtionem [2],
ſecundum ſuprà ſcriptam diſtinctionem, vt ſemper actus interpretetur eo modo, quo va-
leat [3], vt Claudius hîc tradit : quod intelligendum niſi in caſibus, quibus lex certitudinem
requirit [4]. ſicque defendendus eſt Bartol. Maior eſt dubitatio, ſi quis dixerit, Vendo ta-
lem domum Titij. & Bartolus [5] : perinde haberi æſtimauit, ac ſi dixiſſet,Vendo pro Titio,
ſeu tanquam procurator Titij [6]. Sed aliqui contradicunt [7], vt potiùs videatur vendidiſſe
nomine proprio [8]. poteſt enim quis vendere rem alienam [9]. & ſi hoc expreſsit, non præſta-
bit euictionem [10]. quæ ſententia probabilis non eſt, ſi iam præceſsiſſet mandatum veriſi-
mile enim eſt id potiùs iure mandati factum eſſe, cui illa verba ſatis conueniunt. Mihi
tamen generaliter placet cõmunis ſententia,vt qui hoc modo vendit, cenſeatur tanquam
procurator vendere & teneatur emptori præſtare ſe eſſe procuratorem [11].nec enim veriſi-
mile eſt, aut remiſſam ab emptore euictionis actionem [12], aut venditorem rem alienam
26 ſuo nomine vendidiſſe, quod bono viro non conuenit [13]. Sanè ſi quis procurator * ſemel
actum cœperit nomine procuratorio, illud ſatis eſt,nec neceſſe habet in ſequentibus ſem-
per repetere ſe eo nomine id facere [14]. quod & Alexander hîc tradit. Addit Bartolus ſi ſo-
lum expreſſo nomine proprio fecerit,ſi tamen verè erat procurator, actus ad ſolum domi-
num pertinere poterat, ídque is cùm quo contraxit, ſciebat videri tanquam procurato-
rem contraxiſſe [15]. quod fit vel oſtenſione mandati vel rati habitione domini [16], ídque
maximè verum eſt, ſi aliàs actus redderetur eluſorius [27]. quam concluſionem extendunt
hîc aliqui, etiam ſi dixiſſet ſe nomine proprio contrahere [18]. Ego his verbis obligari eum
non ſimpliciter tanquam procuratorem, ſed conſtituti nomine arbitrarer [19]. Sed quid ſi is,
27 cum quo contraxit,neſciebat? etiã diſtinguendi ſunt duo caſus. Primus † eſt reſpectu illius
ignorantis, & cenſetur contraxiſſe nomine proprio,ſibíque acquiret actionem,& vice mu
tua illi ipſe tenebitur [20], idémque ſi ſciebat quidem ille mandatum, ſed res poterat etiam
nomine proprio ad contrahentem pertinere, videbitur potiùs nomine ſuo ille contraxiſ-
ſe [21]. quod multò fortiùs dicendum, cùm res ad procuratorem duntaxat pertinere potuit:
nam tunc nihil referret,etiam ſi mandati facta eſſet mentio, ſed ei quæreretur, cui ex iu-
ris diſpoſitione acquiri poſſet [22] ? Sed & certiſsima eſt ſententia, ſi aliàs procurator delin-
28 queret, vt ſi alienigena mandaſſet emi prædium, cuius ex forma ſtatuti † alienatio in
eum eſſet prohibita, íſque procuratorem ſubſtituiſſet, qui proprio nomine emit, non eſt
capienda pręſumptio delicti,ne is procurator ſtellionatus crimine teneatur [23],quod Bald.
tradidit [24],quam ſententiam ego probo,niſi aliæ coniecturæ rationéſue aliud ſuadeant [25].
Idem cùm mandatum generaliſsimum eſſet. Nec poſſet certò ſciri, an de actu, qui deinde
ſimpliciter à procuratore celebratus eſt, ſenſerint contrahentes, tunc promptius eſt, vt
nihil ad mandantem pertinere interpretemur, quod Alexand.& Iaſ. cenſuerunt [26]. Alter
29 eſt † caſus reſpectu ipſius domini & procuratoris, & tunc nihil refert, quòd officij nomen
non ſit expreſſum [27], tenebitur enim procurator actione mandati, vt cedat iura domino,
aliàs caperetur præſumptio,quòd procurator fidem domino violaſſet, & ſibi acquiſiuiſſet
quod alteri promiſerat,quæ præſumptio capienda non eſt [28]. Accedit & regula generalis,
quòd actus ſequens præſumitur factus in executionem tractatus præcedentis [29]. Proba-
tur hoc & variis deciſionibus, quas alibi doctores congerunt [30]. Et licet diſputando ali-
qui hîc negent [31] hanc concluſionem efficaciter probari : tamen ſumma ratione nititur,
30 vt ſicut † tutor in re ad pupillum ſpectante pro eo contraxiſſe cenſetur, quamuis tutorio
nomine non egerit [32]. Sic & procurator, propter enim mandatum præcedens res ad do-
minum ſpectare incœpit [33],nam & traditum eſt,ſi inter me,& te actum ſit,vt fundum com-
muni nomine emas,& tu ſimpliciter emeris,perinde eſſe.Ac ſi communiter emiſſes [34]. Sic
Bar.obligationẽ reſtituendorum decẽ præſumi factã propter mutuũ decẽ præcedens cen-
ſuit [35]. Sic fideiuſſor in cauſam ſpopõdiſſe cẽſebitur,de qua tractatũ fuerat [36], extenditúrq;
hæc concluſio etiam ſi mandatum non præceſsit, ſed ſimplex tractatus, & nuda conuen-
31 tio [37]. quod Pont.& Alex.reſponderunt.Extenditur † & ad delictum: vnde ſi quis mãdauc-
rit talẽ per ſicarium confici, & deinde ſit interfectus, præſumitur id præcedentis mandati
cauſa factũ [39].quod intelligendũ,niſi alia coniectura contrarium arguat,vt quia eſſent oc-
ciſori propriæ cũ iſto inimicitiæ [40]. Extenditur, etſi ex interuallo procurator iſte contra-
xerit:habet enim mandatum ſui naturâ tractum in futurum. ideo quandocunque cenſe-
tur impletum [41]. qua ratione ſi contractus procuratorio nomine domini factus ſit, & tra-
ditio deinde procuratori ſolius nominis proprij appellatione ſimpliciter facta ſiue incon-
tinenti,ſiue ex interuallo,cenſebitur procuratorio domini nomine facta [42].quod Imo.Ra
pha. Pont. aduerſus Bartol. cenſuerunt. Nec me mouet illa ratio, quod ex interuallo vi-
detur qualitatem procuratoriam repetitam non cenſeri [43] : quia ( vt rectè inquit Alexan-
der ) hoc ſolùm poſſet procedere, cùm de ſuaſorio alicuius mali conſilio ageretur [44], vel
cùm contractus, ad quem fieret ex interuallo repetitio,formæ vitium pateretur : ideóque
nullus

1 l.ſi cum emptore. in fi.ff. de pact.
2 l. dominus Sticho. verb. pro quib.de pec.leg.
3 l.pen.in prin.ſi quis caut. c.cũ ex officij. de præſcript.
4 l.j.ꝟ.de edendo.
5 in l.mater.in fin.C.de rei vend.
6 l.ab vno. C.de neg. geſt. l.in familiæ.C.fam.ercif.
7 Ruyn.hic.
8 l.& magis. de ſolut. l.papinianus.mand.
9 l.rẽ alienã. de contr.em.
10 l.ſi fundum ſciens.C.de euict.
11 l.j. C.credit.euict. pign.
12 l.emptorẽ.§.qui autem. de act.empt.
13 l. nam hoc natura. de cond.indeb.
14 l.ſi ita ſtipulatus.§.Chriſogonus.ꝟ.de verb. obligat. vbi Bart.
15 l.poſt mortem.§.j.quando ex fact.tut.Felin.ca.cùm M. de conſtitut. l. quæcunque.de procurat.
16 Bart.d.l.ſi fundum.
17 d.l. penult. in princip.ſi quis caut.
18 l.fundus qui locatus. de fund.inſtr.l. Lucius.§.tutorem.de admin. tuto.Parpalias hic.
19 d.l. procurator. qui pro euictione. l.i. de cõſtit.pec.
20 argu.l.pignori.§. fin.de vſucap.l.res ex mandato.de acqui. rer.dom.Bar.l.qui in alien.§.ſi is qui.de acq. hær.
21 d.l.iij.§. ſed quod de tutore.iud.ſol. Bar.l.ſi pœnæ. §.j.de cond.ind.Ruyn.hic.
22 l.proinde.in fi. cùm ſeq. de ſtip.ſeru.gloſ.l.noſtra.C. de calumniat.
23 l.Titio vbi nõ.ad muni.
24 Bald.l.feliciſsima.C.de his qui à non domi. Aret.d. §.ſi is, qui.
25 l.res.quę. in fi.cùm ſeq. ff.de iur.fiſc.
26 ad d.l.iij.ver.& ſi quidẽ. in d.l.poſt dotẽ. Alex.& Iaſ.
27 l. q in aliena.§.ſi is qui. de acq.hæred. vbi Bar.l.qui negotiationem. de adm.tu. l. qui ſeruum. verſic. idem in eo. de interrog.act.
28 Bart.l.ſi pupillo.§.ſi procurator.de neg.geſt.
29 l.iiij. §. vnde quæri.vbi Bart.ff.de man. d.l. poſt dotem.ſecundum lect.Din.
30 Alex. conſi.xxv.ad finẽ. in ij. dixi in tractat. præſump.reg.iij.verſic.xxiiij.
31 Ray.hic.
32 d.l.poſt mortem.§.j.
33 d.l.pen.ſi quis caut.
34 Bal.l.ſi patruus.C.com. vtr.iud.
35 l.triticum.de verb. obli.
36 Alexan.conſil.xxv.in ij.
37 l.fin.in prin.ff.mand.
38 Rom.conſil.cxci.
39 Inn.c.ad audiẽtiã.de ho.
40 Doct.l. metũ. C. quod metus cauſa.
41 Bart.d. §.ſi mandato.& l.petens.C.de pact.
42 l.qui mihi donatum.de donat.l.quædã. de rei vend. vbi gloſſ.
43 glo. §.interdum. Inſti. de oblig.quæ ex delic.
44 l.Neratius. de ſer.corr.

nullus eſſet [1]. vel cùm mandatum eſſet ad certum tempus limitatum, idque præteriiſſet [2].
Rurſus extenditur, vt procedat, etiam ſi procurator mandatum non acceptaſſet: deinde
enim faciendo videtur acceptaſſe, dum tamen is actus ad dominũ duntaxat pertinere poſ-
ſit [3]. quod Alexand. hîc tradit. Et hæc quidem in procuratorib. Sed quid in tutore, patre,
curatore, & ſimilibus, qui nullum habent mandatũ ad quod referri qualitas contractus poſ
ſit? & conſtituendum eſt in dubio præſumi eos proprio † nomine contraxiſſe [4], niſi cùm 32
appareret mandatum à teſtatore aliquid tutori fuiſſe, & ipſe ſimpliciter ageret, cenſeretur
nomine pupilli feciſſe [5]. Idem ſi actus ad pupillum duntaxat pertinere potuit. quod alibi
Barto. [6] adnotauit illud addens, etiam ſi id non expreſſerit tutor. Nec obeſſe ait quod alibi
à Iuriſconſulto Scæuola reſpõſum eſt, lib. XXVI. Pandectarum titulo VII. Antinomiam
ab Accurſio diſſolutam refert, illic autem tutor negotium commune ſuo nomine exercue-
rat, quod videtur ſenſiſſe Bartolus ad Scæuolam.

OMNIBVS DIEBVS. Et ſic † etiam feriatis, vt dictio, Omnibus, quæ eſt 33
vniuerſalis, cum referatur ad actus iam conceſſi extentionem, nullã habilitatis reſtrictio-
nem patiatur. Sed quæ dubitandi ratio fuit? quæ item decidendi? & ſciendum nuntiatio-
nem quandam ad iudicium prouocationem eſſe [7]. vnde qui non poteſt in ius vocari, non
poteſt nuntiatione impediri [8]. Sed die feriata nemo in ius * vocari poteſt [9], ergo videbatur 34
nec denuntiari poſſe. Sed tamen aliud iuriſconſulto viſum eſt: quia ſicut ædificans poteſt
de facto qualibet die quãuis feriata opus facere, & mihi nocere, ita æquũ fuit vt mihi lice-
ret eum impedire, vt vbi malum adeſſe poteſt, ibi etiam remedium adhiberi poſſit [10]. alio-
quin ille ob improbitatem lucrum faceret [11]. remedium † autem eſt triplex, verbo, iactu, 35
Prætoriſque officio nuntiandi, quorum lex mihi electionem concedit, meritò potero eli-
gere, & aduerſarium impedire nuntiatione in re ipſa facta: apparet ergo non prorſus ſimi-
lem eſſe citationẽ & nuntiationem. Doctores ideo nuntiari etiã in feriis poſſe aiunt: quia
nuntiatio verbo, vel iactu eſt actus extraiudicialis, qui quocunque die fieri poteſt [12]: quæ
verò per Prætorem fit, cauſæ cognitionem nõ deſiderat: vnde & ipſa tali die fieri poteſt [13].
Quod ſi verum eſt, conſequens erit, vt hæc prætoria non poſſit die feriato in honorem
Dei expediri, tunc enim nec ea quidem conceduntur, quæ cauſæ cognitionem nullam ha-
bent, ſed omnino iudicis officium *conquieſcit [14]: quod Alexan. cenſuit [15]. Dixerit aliquis 36
die feriato ob honorem Dei nullam nuntiationis ſpeciem eſſe permittendam, legémque
noſtram de feriis duntaxat intelligi, quæ ob neceſſitatem hominum inductæ ſunt [16]. quæ
ſententia generalitati legis noſtræ obſtat, aduerſatur etiam communi auctoritati [17]. friuo-
láque eſt ea ratio, qua plus tribuendum cultui diuino, quàm rebus dicitur [18]. quis negat? &
tamen ſicut quædam ad res pertinentes tali die permittuntur [19], ita & huiuſmodi nuntiatio
permittenda eſt. Ego die feriato in honorem Dei nuntiari poſſe arbitror, & per Prætorem,
videtur enim ſemper ſubeſſe periculum in mora propter imminentes rixas & prohibitio-
nem facti, nec dilationem res commode recipit [20]. Sed quid in † executione ſententiæ? & ſi 37
feriæ ſint in honorem Dei, vel etiam repentinæ, æquiparantur enim [21]: tunc non erit licita
aliquo modo [22], adeò vt ſi facta ſit, debebit reſcindi [23]. qua ratione nec recommendari
præfecto carceris, quis tali die poterit [24], nec etiam illi ſequeſtrationi tali de erit locus,
quod alibi Felinus docuit. Si tamen ſuſpectus ſit de fuga debitor, poterit tali die capi, idque
vel ſanctiſsimo paſcalis die [25], quod Baldus cenſuit, & recentiores ſequuntur. Idémque in
cæteris delinquentibus, & maleficis. Veſtigandi enim & in carcerem qualibet die ducendi
ſunt [26], cum ſemper ſuſpecti de fuga ſint. Sed quid in feriis ob neceſſitatem hominum indu
ctis? Et Bartolus hîc poſſe executionem ſententiæ fieri cenſuit [27], nec enim ampliùs vlla
cauſæ cognitio neceſſaria eſt [28], vnde nec citatione eſt opus [29], poterítque res per ſolum
nuntium expediri, cùm talis ſit actus nudi miniſterij [30]. Quòd ſi cognitione prætoris res
adhuc indigeret ſecùs eſſet, vt quia aduerſus executionem obiicerentur aliquæ exceptio-
nes, quæ ſecundum ius noſtrum non eſſent reiiciendæ [31]: vel ſi executio fieret aduerſus
ſucceſſorem condemnati [32], vel quando concederetur non per eum Iudicem, qui iudi-
cauit ipſe, ſed eius ſucceſſorem [33], vel ſi ideo peteretur executio, quia allegaretur deſer-
tam fuiſſe appellationem [34], ſuper iis omnibus cauſæ cognitio neceſſaria eſſet, ideóque
die feriato ſententia exequi non poſſet. Sed & ſi executio ſuper alia re fieret, quàm ſuper
qua iudicatum eſſet, dubium non eſt neceſſariam eſſe cognitionem, veluti ſi condemna-
tus quis in pecunia ſit, executióque in bonis facienda eſt [35], quod Alexander hîc docet,
ideóque tempore huiuſmodi feriarum fieri non poſſet, niſi tamen pietatis, neceſſitatíſue
ratio aliud ſuadeat [36], vel periculum in mora ſit [37], quod & ſuprà diximus. Sed quid de
examinatione teſtis dicemus? & Bartolus poſſe fieri die feriato ob neceſſitatem homi-
num cenſuit [38]. addit Orianus idem eſſe etiam ſi feriæ ob honorem Dei inductæ ſint [39]. Eſt
enim hic actus merè extraiudicialis, qui refertur ad iuramentum [40], illúdque explicat. Iu-
ramentum * verò ipſum tali die deferri non poſſet, quia iudicis cognitionem requirit [41]. 38

examina

1 l.multùm.in fin.C.ſi quis alt.vel ſibi.
2 Salic.l. non ideo minus. queſt.iiij C.de accuſat. Ang. in malef.verſi.ſemper.man dat.verſ.quinto querit.Bar.
3 d.l.qui ſeruũ.verſic.idem in eo. Bald.l. ſi literas. C. mandati.
4 l.Titium.§.præfectus.de admi. tut.& per Bart. ibi in §.altero.
5 d.l.poſt mortem.§.j.
6 l.qui negotiationem. de adm.tutor.
7 d.l.de pupillo. §. ſi q ipſi prætori.vbi Bart.
8 Bartol. d. l.de pupillo.in prin.ij.opp.verſi.item cum.
9 l.ij.ſ.de fer. l.miles. §.ſexaginta.de adulter.
10 l.j.de vend.inſp.
11 l.ſeruius.ff.q vi, aut clã.
12 cap.fin.de fer.
13 l.miles. §. ſexaginta. de adul.l.ij.§.j. quis ord.in bo. poſſeſſ.
14 l.dies feſtos.C.de feriis.
15 Alexan.d.l.de pupillo.§. qui procuratorio i.i fin.
16 Alexand.conſil.liij.in v.
17 Alexã.d.l. de pupillo.§. nuntiatione.
18 l.ſancimus.C.de ſac.ecc.
19 l. omnes iudices. C. de fer.
20 l.pen.C.eod.tit.gloſ.d.l. fin.C.de fer.
21 gl.cl.ſæpe.de verb. ſign. verb.neceſſitatem.
22 d.l.dies.d.l. omnes. vbi Bart.& Guid.Pap.q.ccxv.
23 Felin.ca.fi.de iud.verſic. contra Abb.
24 Alexã. conſil. clix.in ij.
25 gloſſ.l.fin. C.de fer.l.ait prætor.§.ſi debitorem. quæ in fraud. cred. Iaſ.l.vinum. ſi cert.pet.
26 l fi. C.de exhib.reis.vbi Bald.
27 c.fin.de iud. Bart.extrauag.ad reprimen.verb.executionem.
28 d.l.ſi prætor. in princip. de iudic.
29 Anan.cõſi.xxvj.Ale.liij.
30 l.executorem.C.de exe. rei iud.c.nouit.de app.
31 l.j.vbi gloſſ.C. de iur.& fact.ign.l.fi.C.ſi ex fal.inſtr.
32 Inn.cap. quia v.de iudi.
33 Bal.d.§. qui prouocauit.
34 l.ſi contra. C. de appell. vbi Bald.Felin.cap.ex ratione.de app.
35 l.à diuo. q.ij.ſ.de re iud.
36 l.j.& ij.ſ.de feriis.
37 ca.fin.de iud. vbi Felin. verſic. item prædicta.
38 Clem.j. de offic. de leg. vbi Ioan.And.
39 Oria.rep. cap.quoniam contra. verb. teſtium depoſit.viij.q.de probat.
40 capit.j.extra. de teſtib. Bart.l.ſi quando.in fin.C.de teſtib.
41 gloſſ. l.iij.§. Sabino.de teſtib.



examinatio enim teſtis ad diem iuramenti reducitur, examinatúſque die feriata, cenſebi-
tur non eo die, ſed alio, quo iurauit examinatus fuiſſe [1], imò ſolent tabelliones ſolum diem
iuramenti adnotare, & ſub eo teſtimonium qualicunque die receptum deſcribere [2], po-
téſtque hoc tolerari: niſi teſtis conditio interim facta ſit deterior [3], vel præoccupata ad-
uerſarij publicatione, eiúſque atteſtationibus cognitis, quis ſuos tum demum iubeat exa-
minari, ſi enim ad diem iuramenti referrentur, occaſio falſitatis pateret [4], minuetur er-
go hoc caſu fides, ídque arbitrio iudicis. Cæterùm magis ad hanc materiam pertinet illa
quæſtio. Quid in proſequutione nuntiationis ſit reſpondendum, an poſſit die feriato fieri?
Et concludit Bart. non poſſe: quia & actus iudicialis eſt, vt cauſæ cognitionem deſiderat [5].
quamuis ergo nuntiatio omnibus diebus fieri poſſit, non tamen proſequutio, ſicut & vide-
mus in appellatione [6], & etiam in libello, qui poteſt iudici offerri qualibet die [7], licet pontifi
cij reſtringant, vbi periculum eſt in mora, vt quia priuilegium erat periturum tempore [8].
39 tamen & in denuntiatione videtur idem ſubeſſe periculum, vt ſuprà dixi. Reſtringitur † ta
men ſupràſcripta concluſio aliquibus modis. Et in primis, quando de dãno repellendo age
retur [9], ſeu in cauſa damni infecti, poteſt enim id etiam feriis neceſſitate humana inductis
agi [10]. Rurſus, quando cauſa publici iuris conſeruandi nuntiaretur [11], quod fauor publicus
ſuaſit, ſed & ſi iuris noſtri defendendi gratia nuntiamus, idem eſt, quando reus non deſiſtit
ab opere, ſed identidem ædificat. Subeſt enim ſemper eadem neceſſitas: nec quicquam fa-
cit, quòd poſſit nuntianti eſſe ſuccurſum interdicto demolitorio [12], vt Rapha. & Iaſon hîc
dicunt: Reſpondeo enim non ideo auferendam huic eſſe remediorum electionem [13], quòd
ſi deſiſtat interim ab opere, ſecùs eſt, tunc adhærebimus regulæ: nec enim ab ea receden-
dum eſt, niſi quatenus neceſſitas infert [14], quod eleganter Bartolus hîc docet. Sanè & co-
ram arbitratore poſſe die feriata etiam in honorem Dei proſecutionem nũtiationis exer-
ceri, ſi compromiſſum patiatur, receptum eſt [15], inſtar enim tranſactionis habet, quam
omni die fieri poſſe conſtat [16], coram arbitro verò duntaxat feriis ob neceſſitatem hu-
40 manam inductis, ídque prætoris iuſſu [17]. Sed quid de † remiſſione nuntiationis dice-
mus? an qui eam petit, etiam diebus feriatis procedet? & concludendum eſt regulariter fie-
ri non poſſe: quia & hæc ad iudicium pertinet, & cauſæ cognitionem deſiderat [18], & à re-
gula temerè recedendum non eſt, quæ viam facti non permittit, ſed iudicem adiri iubet: ſi
enim quod de nuntiatione dicitur, etiam in remiſſione eſſet admittendum, haudqua-
quam omiſiſſet hoc Iuriſconſultus [19]: caſus ergo omiſſus pro omiſſo eſſe debet [20] ſubéſt-
que manifeſta ratio differentiæ inter nuntiationem & remiſſionem. nuntiatio enim ni-
ſi fiat, hoc incommodi adfert, quòd ædificans duriorem facit aduerſarij conditionem qui
ipſe nihil nouat, ſed qui remiſſionem petit, ipſe eſt, qui nouat, & qui differre poteſt, nec di-
latio ei regulariter damnum adfert [21]. vnde apparet nihil obeſſe illud argumentum, quo di
ci ſolet, actori non eſſe concedendum, quod reo non concederetur [22]. Subeſt enim mani-
feſta ratio differentiæ, cùm nuntians extra iudicium agit, petens remiſſionem in iudi-
cio experitur, nuntians aliud remedium non habet, petens remiſſionem habet, nempe of-
ferendo ſatiſdationem tametſi receptum ſit, actori in principio cauſæ magis, quàm reo in-
dulgeri [23]. Sed nec argumentum Iacob. obeſt, dum infert, ſicut datio tutoris die feriato ce-
lebrari ſolet [24], ita & eius excuſatio [25]. Reſpondeo, eadem ratio in datione & excuſatio-
41 ne eſt, at in caſu noſtro diuerſa. Excipiuntur † à ſupràſcripta concluſione quatuor illi
caſus, quibus ſupra oſtendi proſequutionem nuntiationis feriato die admitti: æquum
enim eſt, vt eadem ratione, qua actor tali die reum oppugnat, ſe quoque defendere il-
le poſſit, remiſſionémque petere [26]. Excipitur & alius, cùm reus remiſſionem petit ob-
lata ſatiſdatione poſſe enim hoc die feriata agi Bartolus fatetur [27]. quo exemplo ſi exe-
cutio in poſſeſſione die feriata facta ſit, poterit & tali die reuocari, quod hic Alexan-
der notat, & diffuſiſsimè Felinus alibi adtingit [28], vt poſſeſſio de facto alicui decre-
ta, de facto quoque reuocetur [29], niſi tamen pars confirmari potiùs petat, quod ali-
bi Alexander diſputat [30]: arbitror tamen ego id intelligendum, ſi pars talem ſatiſdatio-
nem adprobet. alias enim teneretur iudex de ſufficientia cautionis cognoſcere, ne nun-
tiator defraudetur [31], teneretur & nuntiantem citare, qui fortè dicturus eſt, Hodie con-
ſtat, hodie agamus [32]. Alius caſus eſt, cùm quis damni repellendi cauſa nuntiauit, & die
feriato nuntiationem quod poteſt, proſequitur [33], eadem ratione poterit reus die feria-
to remiſſionem petere, quod Iacobus ſenſit. Veráque eſt hoc caſu Dini ſententia [34]. quod
procedit & in nuntiatione, quæ iuris publici conſeruandi cauſa ſit facta [35]. Subeſt enim
eadem ratio [36], vt remiſſio die feriata peti poſſit, ſi nuntians tali die agere perſeue-
ret, quod Imola & Alexander hîc docent. Alius eſt caſus, cum reus, qui remiſſio-
nem petit, ſatiſdare non poteſt, & res tempore eſſet peritura: nam & tunc conceden-
dum eſt, vt tempore feriato audiatur, quod Bartolus cenſuit [37]. Nam ſicut ex poſtfa-
cto ei ſuccurreretur aduerſus iniuſtè nuntiantem actione de dolo, vt ſuprà vidimus [38],

ita etiam

1 Bart. Alex.l.damni.§.Sabini.de dam.infec.
2 doct.d.§.Sabini. Bald.c.j. in fin.quor.teſt.ſint nec.
3 Bald.c.j.in princ.an rem. ſint teſt.
4 c.cùm veniſſent.de teſtib. auth.at qui ſemel.de pbat.
5 d.l.de pupillo. §. q opus.
6 l.j.C.de feriis.
7 d.§.ſexaginta.doct.rubr. C.de in ius voc.
8 Ioan. Andr. Abb.d.ca.fin. de Iud.Felin.ibi.
9 §.nuntiatio.ſ.ea.l.vbi gl.
10 l.ij.de feriis.
11 l.publicas. C.de feriis.
12 l.prætor.ſ.eod.
13 l.fi.C.in quib.cauſ.in integ.reſt.
14 l.j.in fin.de feriis. gloſſ. verb.vrget.l.ſenatus. de off. præſ.
15 l.ſi de meis.l.ex compromiſſo.de arbitr.vbi Bart.
16 d.l.dies.
17 l.ſi feriatis. vbi Bart. de arbitr.
18 d.l.fin.
19 l.j.§.ſin autem.C.de cad. toll.
20 l.ſi cum dotem.ſo.mat.
21 Bart.ſ.in fin.princ.
22 l.non debet. de reg.iur.
23 l.de die.qui ſatiſd.cog.
24 l.nec mãdante.§.tutor. de tutor.& cur.dat.
25 l.ij.de feriis.
26 d.l.non debet.
27 Arg.gloſſ.in l.minor.in princ.de euict.
28 Felin.c.fin.de iudic.
29 l.ſi pacto.in fi.C.de pac. vbi dixi.
30 l.ſi finita.in princ.ſ.tit.j.
31 l.ſi ab arbitro. qui ſatiſd.cog.
32 l.j.C.eod.
33 l.ij.ff.de fer.
34 l.non debet.de reg.iur. d.l.nec mandante.
35 l.publicas.C.de feriis.
36 d.l.non debet.
37 arg.l.ij.& iij.ſ.de feriis.
38 ſ.in fin.princ.arg.l.rem quandam.de dol.

ita etiam à principio videretur hoc caſu ſuccurrẽdum, quia ſatis eſt intacta iura ſeruare[1].
& vt à regula feriarum recedamus,magna vtilitas ſufficit,nedum ſola neceſsitas[2].Addidit
alium caſum Ruinus, vt etiam feriato ob humanas neceſsitates die peti remiſsio poſsit , ſi
partes conſentiant,qua de re alibi[3].Quærit † rurſus Bar.an citatio die feriato facta valeat, 42
qua reus in tempus permiſſum vocatur.Et ſi feriatus ſit in honorem Dei, receptior ſenten
tia eſt non valere,quia lex † Nulla,inquit,tunc quenquam vrgeat admonitio,prçconis hor 43
rida vox ſileſcat,apparitor contrafaciens puniatur[4]&c.quibus verbis apparet,non ſolùm
inhibere finem citationis, ſed etiam initium:nam cùm lex initio reſiſtat,nihil refert, quòd
actus in tempus habile ſit collatus[5].procedítque concluſio,qualiſcunq; ſit ille dies feriatus
ſiue dominicus,ſiue alius in honorem Dei[6]. Subeſt enim ſemper eadẽ ratio,nempe honor
Dei,qui per cultum ſanctorũ inducitur.Idémq; ſi feriæ repẽtinæ ſint.Suprà enim vidimus
magis æquiparari inductis in honorem Dei,quàm aliis[7].Et licet ſecũdum Alex.dubius hic
ſit articulus,tamen receptior eſt ſententia. Ego ad cauſam repentinarum feriarum aduer-
tendum putarẽ,an inductę ſint, vt Deo ſupplicetur:an vt ludi Theatrales propter felicem
nuntium celebrentur[8].Nec quicquam refert,quòd partes egiſſent, vt talis citatio corã iu-
dice fieri poſſet.nec enim poſſunt ſuprâſcriptis feriis renuntiare,quod & receptius eſt[9]: li-
cet aliud ſit coram arbitratore,vt ſuprà dixi. Et † cùm citatio tres habeat partes,commiſ- 44
ſionem iudicis,delationem nuntij,demum relationem,intelligũt Doctores,vt nec cõmiſ
ſio iudicis tali die poſsit fieri,quod Bar.hîc diſertè tradit.Prohibita enim*citatione & cõ- 45
miſsio,quæ eam neceſſariò præcedit,videtur inhibita[10],maximè cùm lex ſimpliciter pro-
hibeat,nec diſtinguat haſce partes[11].Qua ratione & idem dicendum videtur in nuntij re-
latione vt tali die fieri nequeat,debet enim in actis ſcribi[12],at huiuſmodi ſcripturæ tali tẽ-
pore ſunt prohibitæ[13],quod Salĩ.Alexandérque aduerſus Pont.probauerunt.maior eſt dif
ficultas,quando nuntius,ſeu adparitor*detulit citationẽ[14]aliâs legitimam die feriato,Ia- 46
cob.& Bal. valere cenſuerunt, præterquam ſi die Dominico id factum ſit:non enim huiuſ-
modi executio nuntij ad proceſſum pertinet, vt meritò cæteris diebus quàm dominicis fie
ri potuerit[15]. Alexander generaliter negat valere : quia lex non ſolùm de Dominico, ſed
cæteris feſtis intelligitur. Ego Alexandro aſſentior,niſi cùm alia die non potuiſſet fieri ta-
lis executio : tunc enim etiam in eccleſia facta valeret[16], vt meritò idem dicendum ſit, ſi
die feriato facta proponatur. Fuerunt &, qui diſtinguerent primam citationem à cæte-
ris,vt cæteræ quidem pars proceſſus ſint[17]: & ideo tali die fieri nequeant, prima verò non
ſit, cùm non à citatione, ſed à conteſtatione incipiat iudicium[18]. Sed ego † hanc diſtin- 47
ctionem non probo, quia lex ſimpliciter loquitur, admonitionéſque omnes prohibet, &
præconum voces[19]. Qua ratione nec eam ſententiam probo. qua aliqui exiſtimarunt,
quoties iudex à principio generale mandatum apparitori feciſſet, vt quoſcunque citare
poſſet[20],quia tunc nulla cauſę cognitio requiritur,citationem tali die permittendam.Ego
etiam non requiri ſentio,cùm ab ipſo iudice ſpecialiter id mandatur[21].quod Barto.hîc ait.
vnde & à procedente prætore,& de plano fieri poteſt,vt idem Bar.reſpondit[22].Sed tamen
lex ſimpliciter, (vt dixi) loquitur:quia licet tunc non requiratur cognitio,eſt tamen quod-
dam procemium rei valde perículoſæ[23].Probabilior eſt eorum limitatio,qui † etiam die do 48
minico in alium diem citari poſſe tradiderũt, ſi cõſuetudo hoc ferat[24]. plurimã enim vim
hæ feriæ à conſuetudine trahunt.aítq; Alb.& Alex.inualuiſſe vbiq; hanc cõſuetudinem, vt
talis citatio valeat.quibus quantum credendum ſit,nunc nõ diſputo[25].An verò debeat hu
iuſmodi conſuetudo allegari, & probari alibi traditur[26]. Sanè & cùm cauſa neceſsitatis
ſubeſt † non eſt dubitandum,quin valeat talis citatio[27], quo caſu & in eccleſia quis citari 49
poteſt[28],valétq; de loco ad diem argumentum[29].vnde etiã admittitur talis citatio ſpeciali
caſu,quo epiſcopus ſit à diœceſi ſua eiectus nec tutò citari propter prędones poſsit[30]. ſic &
ſuprà concluſimus realẽ,(vt vocant)citationẽ[31], ideſt,præhenſionem,& capturam die fe-
riata fieri poſſe,ſi debitor de fuga ſuſpectus ſit.Et hæc quidẽ in feriis ad diuinũ cultum per-
tinentibus procedunt.Quòd ſi ob vtilitatem hominũ indultæ ſint,receptior eſt Oldr.Bar.
cæterorúmq; ſentẽtia[32],valere citationẽ ad diem iuridicam,quia lex ſimpliciter prohibet
in iis quenquã cõpelli[33],non autẽ citari:cùm ergo lex non reſiſtat principio nihil refert, an
quis tẽpore habili citet,an cõferat in tẽpus habile[34].ꝙ ſi à principio reſiſteret,ſecùs eſſet[35].
Nec me mouet ꝙ donatio cauſa mortis inter coniuges valeat[36]:quia ei lex non reſiſtit,cùm
reuocabilis ſit,& interim donatariũ locupletiorẽ non reddat.Sed & quoties actus non ſuſ-
penditur, ſed eius effectus tantùm non ſufficit in tempus habile rem eſſe collatam, quod
Iac.hîc cenſuit.alibi Bart.quoties lex certo tempore habilitatem*requirit,non ſufficere,ſi 50
alio tẽpore interueniat,auctor eſt[37],& tunc à principio reſiſtere dicitur.Sed quid dicemus
in caſu cõtrario? quando citatio quidẽ tẽpore apto emanauit, ſed collata eſt in nõ idoneũ,
putà,ſi quis die iuridica citatus,vt cõpareat die feriata?& videtur tunc valere[38]:quia cõpa-
rebit,vt pareat iudici,non autem vt proſequatur litem tali die,ſed poteſt ſequenti iuridica

tanquam

1 d.l.fi.C.in qui.cau.in int.
2 d.l.iij.
3 l.ſi feriatis.ſ.de fer.
4 d.l.fin.C.de fer.
5 l.ſi minor.ſ.de fer.expor.
6 gl.l.omnes.C.de fer.
7 gl.d.cl.ſæpe. verb.neceſ-ſitatem.
8 l.j.C.pub.lar.lib.xij.
9 gl d.l.omnes.in fi.
10 l.oratio.de ſponſ.
11 dicta l.fina.
12 l.pen.verb. per contumaciam.C.ad Treb.
13 c.conqueſtus.de fer.
14 Bal.l.in minorum.C.in quib.cau.in int.
15 d.c. conqueſtus. Præp.c. cum parati.de appel.
16 l.præſenti.§.& ſi quidẽ. C.de iis qui ad eccl.
17 cap.quoniam contra.de prob.d.c.conqueſtus.
18 doct.rubr.C.de eden.
19 d.l.fi.
20 Bal.l.ſi quando. C.de teſti.q.xij.l. cũ clericis. §.memorati.C.de epiſco.& cler. vbi etiam Pau.
21 l.ſed ſi interpellatus.§.j. de arbi.Bart.l.nequaquam. §.vbi.de offi.proc.
22 conſil.clxviij.proceſſus.
23 Bar.l.ij.ij.no.C.de tempo.appel.
24 gloſſ.l.quadraginta.C. de feriis.
25 Iaſ.l.de quibus. de legi.
26 Alex.l.j.in fi.prin. quod quiſque iu.
27 c.conqueſtus. verſic.niſi neceſsitas.de fer.cle.j.de fo. compet.
28 d.l.præſenti.verſic.ſed ſi quidem.C.de his qui ad ec.
29 d.l.vinum.
30 d.cle.j.de fo.compet.
31 gl.l.ij.de iuriſd.om.iud.
32 Guid.pap.q.ccxv.
33 l.j.ſ.de feriis.
34 l.in tempus.ſ.de hæred. inſtituend.
35 d.l.ſi minor. l.fi. vbi Iaſ. iiij.not.C.de pact.Bart.in l. alia.§.eleganter.ſol.matr.l. Gallus.in prin.vbi Mod. de lib.& poſthu.
36 l.ſi eum ſeruum. in fi.cũ l.ſeq.de dona.inter vir.
37 l.alia.§.eleganter.ſoluto matrimo.
38 c.veniens.de accu.gloſſ. xv.q.iiij.placita. Ioan. And. Butr.d.c.fin.



tanquam duplex ſit præceptum[1].quòd ſi non compareat,non tamen incidet in pœnas cõ-
tumaciæ[2].quod Alexan.tradit.putarímque ego hanc opin.eſſe veram,quoties dies feriata
expreſsim in citatione ſcripta nõ eſt,putà quia dictum, Compareas intra triduum, & vlti-
mus dies ſit feriatus,quod & Bal.cenſuit[3].Quòd ſi dies caſu expreſsim ad litigandum con-
cepta ſit,apparet error euidens[4].& ideo putarim haudquaquam duo præcepta cenſeri,ſed
vnum duntaxat & inualidum[5].Etenim dies hoc caſu iuſsionis ſubſtantię adhæret,adeó ve
ſeparari non poſsit[6]. Qua tamen in re propter magnas doctorum altercationes, quos hîc
Alexan.refert,ampliùs deliberandum eſt. Cæterùm, quia hîc dicitur nuntiationem omni-
51 bus diebus fieri † poſſe, intelligitúrque omnibus etiam feriatis,conſueuit hîc diſputari, an
ſignũ vniuerſale ad idonea reſtringatur? & videretur non reſtringi, ídque legis noſtræ ar-
gumento, quæ tamen aliam habet rationem : cùm ſemper videatur ſubeſſe periculum in
mora propter iurgia, & ne aliàs iſte via facti & vi maiore prohibeat, & nequis captata oc-
caſione feriarum ædificet,nam & vt infrà quoque videbimus in his,quę ad merum factum
pertinent, non adtenditur aptitudo, quæ ſecundum iuris ciuilis regulas ſit introducta[7].
52 Conſtituenda igitur eſt regula huiuſmodi,ſignum vniuerſale* ad habilitatem reſtringi[8].
ídque maximè cùm de habilitate perſonæ tractatur[9]. quod intelligit Bartol. ſi verbum ſit
53 præteriti temporis,cui tale ſignum adiungitur[10].vnde † ſi teſtis dicat iſtud dixerunt* om-
54 nes,intelligitur de hoc loquentes.Et ſi in inſtrumento ſcriptum ſit, Epiſcopus cum conſen
ſu omnium canonicorum,intelligitur præſentium[11].& ſi dixerit, Vidi talem ſemper poſsi-
dere : vel quotidie,vel omni tempore,intelligetur tamen ciuili modo & cum ſolitis remiſ-
ſionibus[12],& clerici ſemper orent, ſemper Pſalterium in manibus habeant,intelligitur ho
55 ris congruis[13]. Sed in teſte videtur dubia concluſio,vt Baldus ait:quia dictum*ſuum debet
certum eſſe,& neceſſariò concludere:ſed ſi reſtringeretur dictio, Omnis, hoc modo ſubeſt
incertitudo[14], alioquin poterit etiam intelligi Omnes, id eſt aliqui de omnibus[15], ſecun-
dum quem ſenſum fieret interpretatio prorſus contraria verbis, & minimè veriſimilis:
56 nam & vulgò traditum eſt indefinitam* in dicto teſtis nõ æquipollere vniuerſali[16] propter
incertitudinem:atqui eadem incertitudo ſuberit,ſi vniuerſalis hoc modo reſtringatur.Pu-
tauerim itaque hanc rem plurimùm in arbitrio iudicis reſidere, qui iudicet, an veriſimilis
ſit huiuſmodi reſtrictio[17]. Idem etiam ſubiicit Bartol. ſi verbum illud præſentis temporis
ſit:adhuc enim ſit reſtrictio ſecundum aptitudinem[18]: cùm enim lex ſui naturâ futuris det
formam negotiis[19], nihil refert,quòd verbo præſenti legiſlator ſit vſus.Si ergo quis diſpo-
nere ſe dicat ſecũdum omnium ſententiam, intelligitur qui de hac re ſcripſerunt, ſeu ſunt
interrogati[20].& qui vult etiam alio loco conueniri,quàm loco contractus intelligitur ido-
neo tamen,vt eſt receptior opinio[21].Idem quoque Bart.tradit,ſi verbum,cui ſignum vni-
uerſale additur futuri temporis ſit:dumtamen nouam conceſsionem inducat[22].vnde cùm
lex ait,Habeat vnuſquiſque ius catholicæ eccleſiæ legandi[23], intelligitur vnuſquiſque,ſci-
licet,habilis[24]:quia hæc eſt noua conceſsio:ante eam enim eccleſiæ Chriſtianæ legari non
poterat[25], quod etiã ex diui Hieronymi auctoritate in epiſtola ad Nepotianum aliàs de-
claraui, tametſi Bartolus hîc aliter ſentiat. Sed quid, ſi tali caſu adiecta ſit dictio vniuer-
ſalis geminata, putà, Quicunque ? & conſtat huiuſmodi iterationem magni effectus eſ-
ſe[26]. non tamen arbitror ideo ad inhabiles extendi quod latiſsimè diſputauit Andræas
Siculus[27]. nam & cùm lex ait, Promittendo dotem, omnes cuiuſcunque conditio-
57 nis obligantur, recipit tamen reſtrictionem de habilitate[28]. Sic lex † municipalis, quæ iu-
bet decollari quemcunque occiſorem, intelligetur tamen ſecundum terminos iuris, dum
citra dolum, & ad ſui defenſionem non occiderit, quod aduerſus Salicetum, Felinus cen-
ſuit[29]. crediderim tamen, vt lex aliquid operetur hanc habilitatem latiùs accipien-
dam, quàm priùs fieret. Vnde ſi lex dicat, quòd quocunque tempore poſsit fieri proba-
tio, non reſtringetur, durantibus dilationibus ad probandum, ſed potiùs intelligetur vſ-
que ad ſententiam[30], quod pluribus deciſionibus aliqui oſtendunt, quas hîc congerere
minimè eſt operæ pretium[31]. Qua ratione ſuprà ſcripto ſtatuto tenebitur occiſor, etiam
ſi culpa ſolùm occiderit, licet aliud iure communi ſit[32]. Sícque etiam defendi Iaſonis ſen-
tentia ſic poteſt, dum illud exemplum adducit, cùm quis ſtipulatus clientelæ nomine ali-
quod caſtrum, pro ſe, & hæredibus quibuſcunque admittuntur enim etiam extranei[33],
quod receptior habet ſententia[34]: ſed non omnino inhabiles, ideóque non admitte-
rentur fœminæ[35], aut tales qui dominum adiuuare non poſſent[36]. Quid, ſi dictum ſit,
pro ſe & hæredibus, quos voluerit ? & Baldus reſpondit hac formula inhabiles exclu-
di, ideóque non poſſe ſpurium à patruo inſtitui[37]. quæ ſententia verbo voluerit repu-
gnat[38]. Vnde haudquaquam ſimpliciter verum eſt, quod Iaſon ait in diſpoſitione ho-
minis non fieri reſtrictionem ad habiles : imò maximè in ea fit, ſiue in teſtamen-
tis[39], ſiue in contractibus[40], ſiue in aliis diſpoſitionibus[41]. nec quæ adducit ipſe Ia-
ſon exempla quicquam faciunt in oppoſitum, cùm de hac inhabilitate non loquan-

tur:Sed

1 l.Celſus.§.j.de arb.c.cum dilecti.de dol.& contu.
2 l.ij.in fine. ſ.ſi quis in ius vocat.
3 Bal.c.fi. de dolo & contu.
4 d.l.ij.in fine.ſi quis in ius vocat.
5 l.ij.ver.aliter. de hæ.inſt. vbi Bal.& Imo.
6 arg.l.j.§.ſi quis ſimpliciter.de verb. Cinus d.l.dies. Alex.hic.
7 Bal.l.rogaſti.in prin.ſ.ſi cert.peta.
8 l.fin.cum glo.in ver.omnes.C.ſine cen.vel reli.
9 l.vt gradatim.§.j.de mu. & honor.
10 l.inter omnes. vbi Bart. qui ſatiſd.cog.l.j.de vſufru. accreſc.l.ſi quando.§.j.ſi ſer. vendic.l.ex mille.in fin.ſ.de euict.
11 Bar.d.l.inter.vbi Iaſ.
12 Fel.proœ.Decr.ver.Rex pacificus.
13 c.ſi quis voluntate.50.di. Abb. c.clerici. de vit. & honeſt.cler.
14 Bal.d.l.fin.ſine cenſu. & c.j.de conſt.
15 c. ſi quis omnem.j.q.vij. in gl & xv.q.j.mulier.
16 Inn.c.auditis.de præſcr. vbi cæteri.
17 l.iij.§.tu magis.ſ.de teſtibus.
18 l.in prouinciali. §.fi.ſ.e. iunctam l.de pupillo.
19 l.leges.ij.de legib.
20 l.ſi quando.§.j.ſi ſer.vẽ. d.l.ex mille. in fi.
21 l.j.ſ.de eo quod cer.loc. vbi gl.& doct.
22 dict.l.vt gradatim.C.de inoff.teſt.auth.omnes peregrini.C.commu.de ſucceſſ.
23 l.j.C.de ſacroſanct. eccl. vbi dixi.
24 l.generali.C.eod.tit.
25 c.futurum.xij.q.j.
26 l.Baliſta.ad Treb.Bar.l. generali. §.vxor.de vſufru. legat.
27 Barb.conſi.j.in ij.
28 l.promittendo. cum gl. de iu.do.Dec. cõſi.ccc.j.in fi.
29 Fel.c.ſedes.de reſcr.
30 l. vnius. §. cogniturum. cũ gl.ſ.de quæſt. vbi Marſi.
31 Marſi.d. §.cogniturum.
32 l.in lege.ff.de ſica. Iaſ.l. in actionibus. ſ.de in litem iurando.
33 c.i.de feud.non hab. Iaſ. prælud.feud.
34 Iaſ.l.Gallus. §.etiam.de lib.& poſth.
35 Argum. l.alienam.C.de procu.c.j.§.Titius.ſi de feu. defun.
36 Bal.c.i.§.donare.quali. olim feu.& Alex.conſi.xxx.
37 Bal.conſil.ccvij.in ij.
38 l.creditor.§.Lucius.mã. Deci.Neap.ccclxxxvj.
39 l.ſi mihi Mæuia. §.ſi.de leg.iij.Old.conſi.cclxviij.
40 d.l.creditor. §. Lucius. glo.d.l.j.de eo quod cer.
41 l.j.in fi.C.qui pro ſua iuriſdictio.

tur [1]. Sed quid ſi fauorabilis ſit materia, an ideo fiet extenſio ad habiles: & certum eſt,
non fieri: cùm is fauor non principaliter, ſed in cõſequentiam tantùm adtenditur [2]. Idem,
ſi quod factum eſt, ſpeciem delicti contineat: ne omnino impunitum ſit [3]. Sed & ſi non ver-
tatur magnus fauor publicus, vt quia abunde ſuperſint habiles, non erit inhabilibus lo-
cus [4]. quòd ſi generalitas verborum fauori publico non repugnet, tunc dici poteſt etiam
de habilibus intelligi: ſicque accipiendum Vlpiani reſponſum [5], in quo is, qui mortem do-
mini vindicauit, ad libertatem ex S.C. peruenit: quia pactum manumiſsionem prohibens
eam libertatem non compræhendit, quæ à lege inducitur [6], vt fauor publicus hoc caſu per-
pendatur, quia verba non repugnant. quod & non abſimili caſu à Bar. reſponſum eſt [7]. ſim-
pliciter verò cùm de fauore agitur, exiſtimauerim aduertendum, vt res ad inhabiles pro-
ducatur, vtrum plus polleat publicæ cauſæ fauor, an inhabilis perſonæ odiũ. Pone, lex ait,
Quicunque cœperit exulem, habeat tale caſtrum. ſeu, quicunque expugnauerit talem ar-
cem &c. admittentur etiam mutus & ſurdus [8], vt plus poſsit fauor capientis, & expugnãtis,
quàm perſonæ vitium. quod receptiſsimum eſt, egòq; alibi declaraui [9]. Nam & ſatis eſt, vt
fauor publicus aliquid operetur, non tamen vt prorſus eius cauſa à regulis iuris receda-
mus [10], verbi gratia, In cauſa publica ius nuntiandi ad decuriones & adminiſtratores ci-
uitatis pertinuit [11]: lex nihilominùs nouiter ſtatuit, vt id ius etiam omnium ciuium eſſet,
ídque fauore publico [12]: ſatis ergo eſſe debet, ſi quilibet ciuis admittatur: dum tamen habi-
lis, & idoneus [13]. Cæterùm quid dicemus, cùm ſignum vniuerſale verbo quidem futuri tem-
poris adiicitur, ſed ius nouum non inducit verùm antiqui iuris extenſionem. & Bar. quem
cæteri ſequuntur, non fieri reſtrictionem ad habiles cenſuit argumento legis noſtræ [14]. quæ
omnibus diebus accipit etiam non habilibus. & ſic feriatis, ſed (vt ſuprà dixi) huius rei alia
eſt ratio, Addo quòd dies feriati haudquaquam rebus extraiudicium gerendis ſunt inhabi
les [15], ideóque videretur etiam tali caſu non eſſe à regula † recedendum, vt generalis ſermo 58
ad idoneos reſtringatur [16]. quæ ſententia maximè procedit quoties alias vitioſa interpreta
tio ſequeretur [17], vel aduerſus legiſlatoris mentem indigni ad priuilegia admitterent [18], vel
defectus iure naturali proueniẽs negligeretur, nec enim aduerſus talem videtur vnquam
diſpenſatum eſſe [19]. Qua ratione pupilli furioſi, ídque genus, iure naturali inhabiles ab his
actibus reiiciuntur qui conſenſum requirunt tametſi verba legi generalia ſint [20]. Huc per-
tinet, & quòd † lex ampliſsimam facultatem militibus tribuens teſtandi quoquo modo ve- 59
lint [21], reſtringitur tamen vt ſecundum legem euangelicam tali teſtamento interſint duo
teſtes, quod ius gentium immobiliter ſtatuit [22]. Et hæc quidem quantùm ad articulum,
an ſermo generalis ratione perſonæ rei, vel temporis reſtringatur? Quid autem genera-
liter ſtatuendum ſit, à nemine prorſus intelligi, nec quidem excepto Platone Ruinus ait. &
certè diffuſiſsimus eſt tractatus, à me libro de verborum ſignification. primò (quantum
fieri potuit) excuſſus.

ADVERSVS ABSENTES. Si aduerſus † abſentes, & ignorãtes locum 60
habet nuntiatio, ſequitur vt etiam aduerſus infantes locũ habeat, itémque furioſos [23]: quo
niam & ij abſentium loco ſunt [24]. quod intelligendum de edicto nuntiationis permiſſorio.
Sed an interdictum locum habebit: vt, ſcilicet: cogantur tales demoliri, quod aduerſus nũ-
tiationem fecerint: & non videtur, quia tale interdictum pœnale eſt [25]: tum quia iubet rem
deſtrui, quæ demolitio pœnam continere cenſetur [26], tum quia ex interdicto fit demolitio
expenſa ipſius qui ædificauit, vnde admitteretur ea pecunia [27]: tum quia operæ factæ per-
duntur, cæmenta pereunt, paries in rudera vertitur: quæ omnia pœna inferunt. conſtat au
tem aduerſus ignorantes legi pœnali locum non eſſe [28], ídque non ſolum ſi prohibitoria ſit,
ſed etiam ſi ſimpliciter declinatoria, quod alibi traditur [29]. Barto. diſtinguit, vt abſentes &
ignorantes non teneantur ſuis expenſis deſtruere, ſed duntaxat vt deſtruenti nuntiatori
patientiam præſtent, ſicut & videmus in hærede eius, ſi aduerſus nuntiationem ædifica-
uit [30], vel in eo, qui non vim fecit, ſed vi factum poſsidet [31]. vterque enim ad nudam patien
tiam tenetur, non ad impenſas [32]. & ita ſe habet communis ſententia, tanquam impenſas
ſolas lex pro pœna habeat [33]. quam diſtinctionem Iaſ. non probat, cùm aliquantò maior ſit
iactura demolitionis, quàm illius impenſæ. nec exemplum hæredis quicquam facit: cùm ei
nulla ſit facta nuntiatio: nec præſenti nec abſenti. ipſe igitur exiſtimat nec demolitioni qui
dem operis aduerſus ignorantem faciendam eſſe [34], ſicque nec ad patientiam quidem te-
neri. quæ ſententia ſi vera ſit, parata fraus eſt legi, vt ſemper neget dominus ſibi aliquid à
fabris dictum. præſumetur enim ignorantia [35], ſicque vis interdicti eludetur. Ego video id
ſolùm † exiſtimaſſe legiſlatorem ſufficere, vt potuerit domino renuntiari [36], nec deinde cu 61
raſſe, an verè nuntiatum ſit [37]. ſibi enim imputet, qui fabros indiligentes adhibuit, vt, ſci-
licet, ſcientia fabrorum noceat domino [38]. alioquin quid interfuit perpendere illud tem-
pus, cùm venitur ad opus [39]. ſi etiam quantuncunque interuallum non noceat ignoran-
ti? Adde quod lex ſimpliciter eum, qui aduerſus nuntiationem ædificat, vim facere
ait: vt

1 gl. l. cùm pœna. de arbitr. Alex. conſi. iiij. lib. iij.
2 d. l. alienam. vbi Iaſ. d. l. in prouinciali. §. fi.
3 l. ſi ab hoſtibus. in princi. vbi Alex. ſol. matr.
4 l. de pupillo. in prin. ꝟ. eo.
5 d. §. vtrùm.
6 l. cum pater. §. cum inter. vbi Bar. de legat. ij. l. peto. §. prædium. de leg. ij.
7 Rom. d. §. vtrum.
8 Alex. l. filio quem pater. in prin. de lib. & poſth.
9 l. ſi filiusfamilias. vbi dixi. ff. ſi cer. pet.
10 l. tutori. C. de nego. geſt. glo. l. fi. C. qui potior.
11 l. magiſtratus. l. fi. de admi. rer. ad ciui. l. prohibere. §. planè. quod vi.
12 d. l. in prouinciali. §. fin.
13 d. l. de pupillo.
14 & l. nec mandante. §. tutor. de tut. & cur. dat. ab his.
15 d. l. omnes.
16 gl. d. l. j. de eo quod cert. loc. vbi omnes doct. communiter.
17 l. quidam ignauiæ. C. de decur. lib. x. Alex. conſi. liij. in v.
18 l. Lucius. ij. §. Lucius. ij. de leg. ij. Alex. l. j. ſi cert. pet.
19 gl. l. filius à patre. in glo. pe. de li. & poſth. verb. ſtatu.
20 d. l. promittendo. l. fi. C. de teſt. mil.
21 l. j. ꝟ. de teſt. mil. Bar. d. l. j. in prin. C. de ſac. ſan. eccle.
22 c. cum eſſes. de teſta.
23 l. operis. cum ſeq. ꝟ. eod.
24 l. ij. §. furioſus. ꝟ. de iure codic. l. j. verſ. impuberes. C. de fal. mone.
25 l. pe. ꝟ. eod.
26 l. ſenatus. de contrahen. emp. Fel. c. cognoſcentes. de conſtitut.
27 arg. l. pe. de via pub.
28 l. fi. ff. de decr. ab or. faci. Bartol. l. omnes populi. v. q. princ. de iuſt. & iu.
29 Fel. c. ſi. ver. iiij. de conſt.
30 d. l. pe. ꝟ. eod.
31 l. competit. in fi. quod vi aut clam.
32 l. quanquam. §. idem Iulianus. ꝟ. tit. ij.
33 d. l. pe. Iac. Old. Bar. d. §. nuntiationem.
34 glo. d. §. nuntiationem. ver. cæterùm. ꝟ. eod.
35 c. præſumitur. de reg. iu. in vj.
36 d. §. nuntiationem. verſi. ſufficit.
37 l. inter. §. damni. ꝟ. titu. j. Bar. d. §. nuntiationem.
38 arg. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi fornacarius. ad le. Aqui.
39 d. verſic. cæterùm. in fi.



ait [1]: vt meritò non poſsit ſic ei æquiparari, qui vi factum poſsidet, ſed potiùs ei qui etiam
vim fecit [2], exiſtimauerim igitur indiſtinctè locum interdicto aduerſus tales eſſe: quia eius
verba ſunt in rem concepta, quem in locum nuntiatum eſt. Reſtitues &c [3]. & quia id legis
noſtræ itémque Pontificiæ generalitas ſuadet [4]: tametſi ipſi domino aduerſus fabros con-
ſuli poſsit, qui non admonuerint [5]. quod ſi fabri ſoluendo non ſint, ſibi imputet, qui eiuſ-
modi adhibuit [6]: Caſtrenſis tamen Alex. & Iaſ. tali caſu conſulendum domino exiſtima-
runt [7]: quos non ſequor, nec enim æquum eſt onerari nuntiantem, qui formam legis obſer-
uauit propter inopiam fabrorũ ab aduerſario ſuo adhibitorum. Quod ergo dicitur igno-
62 rantem non puniri *, non procedit cùm lex non culpam, ſed rem ipſam perpendit [8]: ſu-
prà autem dixi verba interdicti in rem eſſe [9]. Item non procedit, cùm cauſa ſubeſt, licet
culpa non adſit [10], tametſi etiam in caſu noſtro ſubſit culpa cùm fabrorum, qui denuntiare
debuerunt, quorum factum dominus præſtare debet [11]: tum ipſius domini, qui debuit præ-
uidere ſibi ædificãti potuiſſe nũtiari, ideóque vigilare vt ſciret [12]. Sed quid in minore XXV.
63 annis † dicemus, qui ſperata nuntiatione, ædificauerit, & interdicto cõuentus in integrum
reſtitutionem deſiderat? & Accurſius pro regula conſtituit nullum eſſe reſtitutioni in inte-
grum locum [13]. ſequuntúrque cæteri ea ratione, quia reſtitutio tunc concedenda eſt mi-
nori, cùm eius conditio fit melior: at hîc fieret deterior deſtructo ædificio: cùm potiùs in-
64 terſit ſua ædificium manere. Ab hac concluſione excipiuntur tres caſus. Primus † eſt, quem
Accurſ. hîc ponit vt eatenus reſtituatur, ne impenſam demolitionis ſubeat, ſed patien-
tiam duntaxat præſtet [14]. quæ ſententia mihi non placet: quia æquum non eſt eum reſtitui
in damnum nuntiantis, qui legitimè nuntiauit: nulláque eſt ratio, cur nuntians ipſe de ſuo
eam faciat, & reſtitutio in integrum nunquam conceditur, niſi cùm ſaluo iure alterius fieri
poteſt [15]. quod ſi omnino cogitur demoliri, debet etiam id impenſis ſuis facere [16]. quo-
65 niam conſequentia hæc ſunt [17]. Alter eſt † caſus, quem hîc Dinus Bartolúſque retulerunt,
vt tunc reſtituatur, cùm veritate inſpecta ius fuit minori ædificandi. quamuis enim con-
tempſerit ædictum Prætoris: quia tamen non verus dolus, ſed præſumptus retrò arguitur,
non erit deneganda minori reſtitutio [18]. ego etiam de hoc dubito: quia conſtat tali caſu
eccleſiam non reſtitui [19]: ergo nec minor erit reſtituendus. nam & in integrum reſtitutio
ad cauſam petitorij pertinet, hæc verò quæſtio ius poſſeſsionis & quidem reſtituendæ re-
ſpicit: quia ædificando videtur vim feciſſe. non ergo hoc in iudicio debet admitti hæc ex-
ceptio in integrum reſtitutionis [20]. & licet minor aduerſus contumaciam reſtituatur, hîc
non ſolius eſt contumaciæ impedimentum, ſed etiam quia iniuſtè & quidem reſiſtente le-
ge, ædificauit, iudiciúmque poſſeſſorium tali exceptione ſecundum regulas communes
66 retardandum non eſt [21]. Tertius caſus eſt, cùm † minor, vt demolitionem impediat, pe-
tit ſe reſtitui aduerſus cautionẽ non datam, & omiſſam remiſsionis petitionem [22]: & tunc
putant aliqui reſtituendum, ſi nouã cautionẽ offerat [23]. quæ ſentẽtia dubia eſt, quoties nun-
tiator allegaret cautioni locum non fuiſſe: quia illa die cõſtaret, & illa die eſſet acturus [24].
cùm enim res integra eſſe ipſi non poſsit, haudquaquam videtur reſtitutio concedenda:
67 nec debet hanc iacturam facere nuntiator [25]. Hinc capta † occaſione, quærit Bart. an ado-
leſcentibus in delictis ſuccurratur? & concludit regulariter non ſuccurri [26], delinquendo
68 enim * reddit ſe tali fauore indignũ: dicitúrq; tunc deliquiſſe, cùm conſtat eum dolo quid
feciſſe [27]: in claris enim non eſt opus coniecturis. Quod maximè dicendum, cùm quis com
mitteret aduerſus id, quod iuris naturalis, vel quaſi eſſet. tunc enim etiam dolus præſumi-
tur [28], ideóq; non videretur reſtituendus [29]. Idem, ſi lex reſiſtat actori: tunc enim eius igno-
69 rantia dolũ * arguit [30]. fortéque tali caſu non reſtitueretur [31], niſi tamen aliquem colorem
alleget, cur ſibi licere crediderit. Vnde cum parere Magiſtratibus ad ius naturale per-
tineat [32], reſtituetur qui non paruerit, ſi aliquo colore excludat dolum [33]. quod & Bar. alibi
videtur ſenſiſſe. Adtendemus itaque hac in re ad coniecturas, quæ ſi dolum indicent, nulla
erit reſtitutio [34], aliàs ſecùs. Hinc eſt, quod lex ait etiam minori quamuis contumaci ſuc-
currendum eſſe [35]. & generaliter Bar. quoties dolus retrò interueniſſe præſumitur, cenſuit
aduerſus minorẽ fieri humaniorem interpretationẽ tanquam dolo caruerit [36], ideóque re-
70 ſtitutionem ei concedi [37]. & cùm ignorantia iuris * non arguat dolum [38], præſumemus po-
tius eum errore iuris lapſum, quàm dolo in integrúmq; reſtituemus. Hinc infertur, ſi mi-
nor non in iure naturali, ſed ciuili & commentitio errauerit, ei reſtitutionem non denega-
ri, cùm carere dolo præſumatur [39]. nam & tali caſu ruſticitati & ſexui parcitur, vt ſcilicet,
in pœnas non incidat quæ naturali ratione non inducuntur [40] quod ex facto Socinus re-
ſpondit [41]. qua ratione inductum Iaſ. credidit, vt minor aduerſus pœnam dupli, quæ in ne-
gantem lege Aquilia conſtituta eſt, reſtituatur [42]. etenim poſitiui hoc iuris eſt, cuius igno-
rantia delictum minoris non arguit. quod & ſenſit quandoque Bald. tametſi aliter quoque
reſponderit. quas reſponſiones rectè confutant hîc omnes. ſunt qui diſtinguant, an cauſa
damni vitandi mentiatur minor an lucri faciendi [43]. Rurſus, an pœna delicto ipſi ſtatuta

1 l. j. §. qui l ſit vi. quod vi aut clam.
2 d. l. competit. §. fi.
3 d. l. prætor. in prin.
4 tex. in §. noſtro. & in d. l. operis. & in c. ij. extra eod.
5 l. licet. in fi. naut. caup. ſta.
6 l. qui cũ alio. de regu. iur.
7 in d. §. nuntiationem.
8 Din. c. ſine culpa. de reg. iur. Ang. l. j. ſi quis om. cau. teſt.
9 d. l. prætor.
10 glo. c. antiqua. de priuil.
11 d. §. ſi fornacarius.
12 l. ob id. in fi. ad l. Aquil. l. iij. in fin. quod vi, aut clam.
13 d. ca. ij. extra eod.
14 arg. d. l. pen.
15 l. quòd ſi minor. §. reſtitutio. de minorib.
16 l. ſuo victu. ff. de ope. lib. Bar. l. ij. C. de neg. geſt.
17 d. c. ij. extra eod.
18 l. j. in fi. ꝟ. de ed. l. minor etiam ſi quaſi cont. de min.
19 d. c. ij.
20 l. ſi quis ad ſe fundũ. C. ad l. Iul. de vi.
21 l. nõ videtur. C. de in integ. reſtit. d. c. ij.
22 l. prætor. §. deinde. ꝟ. eod.
23 l. minor omiſsã. de min.
24 l. j. C. eod.
25 d. §. reſtitutio.
26 l. j. C. ſi ad delic. l. auxilium. §. in delictis. de mino.
27 l. j. §. planè. de tut. & rat. Bar. l. qđ Nerua. q. iiij. dep.
28 Ange. Rapha. Imo. l. ex conſenſu. §. fi. de app.
29 Argu. l. ij. C. de ius voc. Alex. d. conſ. ciij.
30 l. quemadmodum. C. de Agricol. lib. xj.
31 d. l. auxilium. vbi dixi. & d. c. ij.
32 l. veluti. ff. de iuſti. & iur.
33 l. ij. ꝟ. ſi quis in ius voc. Bar. l. ſi quis in tãta. C. vnde vi.
34 glo. l. pe. C. ſi min. ſe maior. l. qui contra. C. de ince. nupt.
35 l. minor. ꝟ. de minor. gl. l. nõ poteſt dolo. de reg. iur.
36 glo. l. vbi. ꝟ. de edend.
37 l. ſi ex cauſa. §. fi. de min.
38 l. ſed & ſi lege. §. ſcire autem. de pet. hær. vbi Bar.
39 Iac. Bal. c. j. §. præterea. de prohib. feu. ali. per Fed. l. minorib. C. de iis quib. vt indign.
40 Auth. eiſdem. §. item. de ſec. nupt.
41 Socin. conſ. xxxix. in j.
42 d. l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum.
43 arg. l. & eleganter. §. fi. de dol.

ab ipſa origine ſit, an verò ex accidenti adiiciatur [1]. ſed ſupraſcriptam Iaſon. ſolutionem
ego ſequor, ceu minus ſcrupuloſam. Vnde & conſequens eſt, vt ſi minor omittendo † pec- 71
cauerit, faciliùs ei ſuccurratur [2], cùm ex omiſsione non ſic arguatur dolus ſicut ex eo quod
patrando committitur [3]. idque & Bart. cenſuit probabiléque eſt [4]. Sed quid dicemus, cùm
lex non retrò, ſed in futurum dolum præſumit? & tunc non ſuccurri minori Bar. cenſuit [5].
ne, ſcilicet, occaſio in futurum delinquendi cuiquam detur [6]. Quid ergo ſi ceſſet dolus, vt
quia conſenſu partium doli ſuſpicio euaneſcat? & tunc conſtat dolum de futuro remitti
poſſe [7]. meritò tali caſu poſſet minori ſuccurri vt Rui. cenſuit. Addit Bartol. & tunc † ſuc- 72
curri, cùm aliàs damnum in præſentia faceret [8]. vnde ſi minor de hæreditate viuentis pa-
ctus ſit, quo caſu lex pactum improbat tanquam periculoſi euentus plenum, tamen reſti-
tuetur, ne damnum faciat, & à iure ſuo cadat, quod aliqui cenſuerunt [9]. Hinc etiam infert
Bartolus vt poſt cognita teſtimonia, ſeu teſtium publicationem reſtituatur minor, vt no-
uos teſtes ſuper iiſdem articulis producat: quoniam id prohibitum futuræ ſubornationis
timore eſt [10]. at dolus in futurum * præſumptus non impedit minorem, cùm damnum in 73
præſentia faceret. ſequuntúrque hanc ſententiam communiter omnes. Quòd ſi damnum
non faceret, ſecùs eſſet, vt quia de probanda exceptione non tantùm dilatoria, ſed & mo-
dici præiudicij ageretur [11]. nec enim ob modicum detrimentũ reſtitutio conceditur [12], vel ſi
de probatione criminum aduerſario obiectorum tractaretur [13]. odioſum hoc eſt, & non fa-
cilè concedendum [14], tametſi Bart. hìc aliter videatur ſentire [15]. Idem † ſi adpareret mino- 74
rem facilitate lapſum non eſſe, vt quia conſtaret eum adhibuiſſe diligentiam, qualem ſo-
lent maiores in perquirendis teſtibus, nõ erit vlteriùs ſuper reſtitutione audiendus [16]. quod
Spec. cenſuit, & ab Alex. hìc traditur, & à Felino quoq; congeſtum eſt [17]. quibus ego adſen-
tior: niſi ex æquitate clauſulæ generalis propter iuſtam ignorantiam reſtitutio poſtulare-
tur [18]. vt quia ſuperueniſſet deinde notitia quod Aretin. Felinúſq; tradiderunt [19]. quicquid
hìc Ruinus controuertat. Sed & ſi minor cum auctoritate curatoris nõ litiget ſed ipſe com
paruerit, & procuratorem conſtituerit renuntiato per iuramentum ætatis beneficio, non
audietur ampliùs, vt nouos teſtes producat. quod Bartolus alibi docuit [20]. & hæc quidem
in minore procedunt *, quæ ad eccleſiam produci poſſunt [21]. Aretinus etiam ad fiſcum 75
extendit. Mulieri verò, vel ruſtico non concedi talem reſtitutionem Bartol. hìc cenſuit [22]:
quia in iis, quæ ad rigorem iuris conſeruandum inducta ſunt, non reperitur vſquam eis
prouideri [23], niſi tamen ex clauſula generali, Si qua mihi iuſta cauſa &c. tunc enim pro-
pter ignorantiam ſuccurreretur, ſi peritos conſulere non potuerint, quod hìc Alex. docet.
Ego hanc materiam alibi tractaui [24]. Sed an concedetur talis reſtitutio in conſequentiam
etiam aduerſario minoris? & Bartolus negat [25]: niſi cùm omiſsio minoris fuit in cauſa, vt
aduerſarius quoq; omitteret: tunc enim, minore reſtituto, etiam aduerſarius reſtituetur [26]:
ídque non ſolùm reſpectu principali, ſed etiam acceſsionum, quæ principali ſint conne-
xæ [27]: niſi tamen ea omiſsio aduerſarij dolo contigiſſet: tunc, minore reſtituto, aduerſa-
rius non reſtitueretur, ídque in doli ſui pœnam [28]. Et hæc quidem in priuilegio reſtitutio-
nis in integrum procedunt. Quid verò in aliis priuilegiis, an quæ conceſſa ſunt alicui, ad
eius aduerſarium extendantur? alia eſt materia alibi tractanda [29].

1 gl. l. certi condictio. verb. cauſa. ſi cert. pet. Bartol. d. l. minor.
2 §. pupillus. in authen. de hæred. & Falcid. l. fin. C. ſi ad. del.
3 gloſ. l. ſi mora. ſolut. mat. authen. ſi captiui. C. de epiſ. & cler.
4 Bart. d. l. ſi quis in tantũ.
5 d. l. auxilium. verſic. contra hoc opp.
6 l. ſi vnus. §. illud. de pact.
7 gloſ. l. j. C. de vſufr. Butr. cap. fraternitatis. de teſtib.
8 l. j. §. accuſationem. l. qui deſtitit. ad turpil.
9 l. fin. C. de pact. vbi dixi. ver. certos modos. viij. lim.
10 Auth. at qui ſemel. C. de probat. Clem. ij. de teſti. vbi Zaba. ij. opp.
11 arg. l. ſi fideiuſſor. §. quædam. mand. Innoc. c. quoniã felicis. de reſti. in integr.
12 l. ſeio. de in integ. reſt. §.
13 gl. pen. clem. non poteſt. de procur. Bald. d. l. auxiliũ.
14 l. ſepulchri. j. de ſep. viol.
15 per l. qui deſtitit. ff. ad Turp.
16 arg. l. verùm. §. ſi locupleti. de minorib. l. fin. C. de in integr. reſtit. man.
17 Felin. cap. fraternitatis. de teſtib.
18 l. j. in fi. ex quib. cau. ma.
19 c. intimauit. de teſtib.
20 Bart. l. minor omiſſam. de. minor.
21 Felin. d. ca. fraternitatis. Aret. d. conſil. xx.
22 arg. cap. ſeries. de teſtib. per locum à ſpeciali.
23 glo. ca. fin. §. fin. verb. naturali. j. q. iiij. Alex. l. iuris. C. qui admitti.
24 l. ij. C. de in ius voc. vbi dixi.
25 l. etiam. §. ex cauſa. de minorib.
26 d. §. reſtitutio. l. j. C. ſi adu. tranſact. l. j. C. de reput. quæ in iud.
27 gloſſ. l. ſi cùm tibi. C. de iud. Alexã. l. ſi de certa. C. de tranſact. vbi dixi.
28 l. qui res. §. huic applicatur. de ſolut. vbi Bartol. & Caſtr.
29 l. petendæ. C. de temp. in integ. reſtit. l. fin. C. de fruct. & lit.

SVMMAE.

1 ☞ *Fructuario ne fiat nuntiatio: huius cauſæ. 3.*
7 *Vſuſfructuarius limitatitiè procurator. 8. 9.*
10 *Vſuſfructuarius pro domino non agit.*
11 *§. Item Iul. j. de remiſ. ſenſus.*
12 *Vſuſfructuarius inuitus non nuntiat.*
13 *Nuntiare domini procuratores non poſſunt: eorúmq; genera. 16.*
15 *Colonus non, niſi ex cauſa, procurator.*
19 *Facultas tranſmiſſibilis, ac ceſſibilis ex cauſis contrà. 20.*

§. VSVSFRVCTVARIVS. Fructuarius proprio † nomine confeſſoria erga do- 1
minum agit: nuntiare autem illi non poteſt, ſicut nec extraneo cui procuratorio nomine
domini duntaxat nuntiat. Sed cum fructuario detur interdictum. Quod vi, aut clam [30].
cùm & ratione fructuum ius in re habeat [31], durum videtur ei nuntiationem non conce
di, quæ iuris ſui * conſeruandi cauſa introducta eſt. videmus hoc iuris creditori in re pi- 2
gnorata dari, vt nuntiare poſsit [32]: videmus & ei concedi, qui ius impoſititiæ ſeruitutis in
rem prætendit [33]: cur ergo & fructuario non conceditur? & receptum eſt non concedi.
Quia ius † fructuarij debilius eſt [34], vtpote perſonale, & cum perſona extinguendum [35]: I.
ſoléntque iura perſonalia faciliùs aboleri, quàm quæ in rem ſunt [37]: quæ ratio non conclu- 3
dit, quin ſaltem donec tale ius durat, debuerit fructuario ſuccurri [37]: nec enim minùs for-
tis apud Homerum fuit Achilles μινυνθάδιος id eſt, breuis æui foret, nam & pars dominij eſt
vſusfructus [38], pluſquam proprietario aufert, quàm prædialis ſeruitus, nec præſcribitur
longo tempore abſque titulo [39]: cùm tamen aliud in prædialibus ſit [40]. Imol. nuntiatio- II.
nem con

30 l. quanquam. quod vi.
31 l. eorum. ſ. tit. j.
32 l. creditori. ſ. eo.
33 l. de pupillo. §. ſextus. ſ. e.
34 glo. l. qui bona. §. j. ſ. tit. j. Bar. hìc.
35 l. corruptionem. C. de vſufruc.
36 Doct. rubr. ſi cer. pet.
37 l. ſi noxale. §. de nox.
38 l. cùm filius. §. dominus. de leg. ij. l. iiij. de vſur.
39 l. fi. de præſcr. long. tem. l. ſi ego. §. j. de publicia.
40 l. ſi quis diutino. ſi ſeru. vend.



nem concedi in ipſa re ait, ideò non fuiſſe ei indulgendam, qui ſeruitutem duntaxat per-
4 ſonalem habet, ſed & hoc non placet: licet enim vſusfructus ſeruitus * ſit perſonalis, ta-
men in re debetur, habétque (vt ſuprà dixi) fructuarius in rebus ipſis ius [1]. ob quarum
III. defenſionem debuit concedi nuntiatio [2]. Lud. Pontan. & Rapha. Com. hanc rationem
eſſe aiunt: quia fructuarius ratione ſeruitutis impoſititię nomine proprio cõfeſſoriam nec
quidem vtiliter habet [3]: ergo nec huius edicti remedium. ſed & hoc non ſufficit: quid enim
ſi non ſeruitutis impoſititiæ cauſa nuntiare velit, ſed quia ipſe in fundo fructuario impe-
IIII. diatur? Paulus Caſtr. hanc eſſe autumat, quia ſatis conſultum eſt fructuario, ſi procura-
torio nomine domini nuntiat, ad quid ergo proprio nuntiare vult? quæ ſententia, ſi vera
eſſet, debuiſſet poſſe domino nuntiare: cum tunc nullus ſit locus procuratorio nomini:
5 tametſi nouum non ſit * procuratorẽ in rem ſuam non ſolùm nomine domini, ſed etiam
V. proprio agere [4]. Quid ergo dicendum? ego remedium nuntiationis poſſeſſorium eſſe
ſcio: ideóque non, niſi poſsidenti dari [5]. quod & ſuprà poſt Bart. declaraui: vſusfructua-
6 rius autem * non poſsidet nec naturaliter quidem [6], niſi nomine ipſius domini [7]: ſed nec ci
uiliter [8]. meritò ergo eius duntaxat nomine nũtiare poteſt. quod & de aquę pluuiæ actione
videtur dicendum. Sed, quid ſi quis ita concipiat, ego Titius fructuarius nuntio opus no-
uum? & puto interpretandũ nuntiaſſe tanquam procuratorẽ domini, vt actus valeat [9], ſíc-
que Iuliani reſponſum interpretor [10]. quod ſi interrogatus de cauſa non diceret ſe facere
nomine domini, ſed ſuo, nuntiatio non valeret: quia in claris non eſt opus coniecturis [11].
7 SED PROCVRATORIO NOMINE. Cenſetur ergo † fructuarius eſſe do-
I. mini procurator vſqueadeò vt poſsit ea exercere, quæ ad curam & rei conſeruationem
pertinent [12]. Quod in primis declarandum vt non ſit ſimplex procurator, ſed in rem
ſuam: cùm enim per cautionem domino præſtitam teneatur ad reſtitutionem, ſi rem non
conſeruet ipſe reſarcire domino damnum teneretur, meritò non ſimplex procurator, ſed
in rem ſuam eſt [13]. vnde ſequitur vt talis propriè procurator non ſit, quod Salic. cenſuit, &
ideo ſi ſtatutum procuratoris mentionem faceret, nõ intelligeretur de eo, qui in rem ſuam
procuraret, quod & frequentiùs receptũ, verúmque eſt [14], niſi ratio ſtatuti aliud ſuaderet [15].
II. Rurſus declarandum eſt, vt intelligatur procurator quatenus de commodo ſuo aga-
tur. vnde in caſu noſtro ſi per vicini ædificium nullum vſufructui fieret incõmodum, non
poſſet fructuarius ceu domini procurator nuntiare [16]. quod Angel. Caſtr. & Alex. cenſue-
runt. ſed ego diſſentio: quia vſucapio rei nihil fructuario nocet [17], & tamen debet fructua-
rius procuratorio domini nomine eam interpellare [18]: cùm aliàs rem illabefactã non reſti-
tueretur. Idem ergo etiam in caſu noſtro: debet enim reſtituere rem diligenter curatam:
III. nec ſinere ei à vicino ſeruitutem imponi, aut alio modo imminui. Item declarandum
eſt, vt fructuarius ſit procurator domini pro rei cuſtodia, & in domini vtilitatem, non au-
tem vt nocere ei poſsit [19], licet aliud in aliis procuratoribus ſit, qui etiam nocere domino
poſſunt [20]. & propterea fructuarij contumacia domino nihil oberit [21]. cuius rei illa ratio,
quia fructuarius propriè non eſt procurator vt Salicet. Alexandérque. hìc cenſuit. Ego po-
8 tiùs, quia cenſetur † procurator propter cautionem de re ſalua, finito vſufructu, reſtituen-
da. eatenus ergo pro domino agit, vt meritò nihil ei obeſſe poſsit: cùm ad id mandatũ non
IIII. extendatur. Cæterùm & illa quæſtio declaratione indiget, an fructuarius nomine do-
mini agere poſsit, vt ſeruitus noua conſtituatur. & Imol. Alex. Cæteríque agere poſſe exi-
9 ſtimant, & actiones directas nomine domini intentare [22]. Ego † dubito: quia cenſetur con
10 ſtitutus procurator, quatenus ex cautione erga dominum eſt obligatus. Si † ergo dominus
ei rem, cui ſeruitus debebatur tradidit, eam tueri debet, vt eatenus agat, ſícque Iuliani re-
11 ſponſum procedit, qui † eo caſu loquitur quo fructuario erat prædium traditum, cui ſerui-
tus altiùs non tollendi iam conſtituta debebatur. quod ſi tempore traditionis adhuc cõſti-
tuta non fuiſſet, non video, cur poſsit fructuarius agere [23], cùm ex cautione non ſit obliga-
V. tus ad acquirendum, ſed duntaxat ad conſeruandum [24]. Sed nunquid in caſu legis no-
ſtræ teneatur fructuarius nomine domini non ſolùm nuntiare, ſed etiam nuntiationem
proſequi? & ſi velit, poſſe nemini dubium eſt, & ita loquitur Bartolus. an verò neceſſe id
habeat, dubitari poteſt. & videretur teneri: quia procurator in rem ſuam cogitur defen-
12 dere [25]. Sed tamen † contrarium eſt veriùs [26]: quia (vt dixi) eatenus tenetur, quatenus
verba cautionis inferũnt. at iis non cauetur, vt in iudicio defendere dominum debeat. nec
enim hoc natura contractus inducit, non magis, quàm vt via facti defendat [27]. Nuntiabit
ergo (vt hìc dicitur) verùm inuitus non proſequetur nuntiationem, ſed ſat erit ſi dominum
admoneat, vt meritò Bart. verbo, Poteſt, vſus ſit, quod ad neceſsitatẽ non ſpectat [28]. Hinc
& conſequens eſt, vt ſi fructuarius nuntiationem proſequatur, ſententia contra eum lata
VI. domino non noceat, niſi tamen ſcierit dominus quod alibi diſputatum extat [29]. Sed
13 quod hìc de fructuario dicitur, qui † procurator domini cenſetur, an idem in emphyteu-
ta, in beneficiario cliente, in ſuperficiario ſit? & receptum eſt huiuſmodi quoque cenſeri

1 d. l. eorum.
2 ſ. eod. l. iuris noſtri.
3 l. j. ſi vſuſf. pet.
4 l. qui ſtipendia. C. de procur. vbi no. & d. l. j. C. de act. & obli.
5 l. ſi prius. ij. parte. ſ. e. Bar. ſ. vij. q. in prin. l.
6 l. acquiritur. §. fi. de acqu. rer. dom.
7 l. naturaliter. de acq. poſſ.
8 l. apud Trebatium. in fin. ſ. tit. ij.
9 l. proinde. in fin. de ſtipu. ſer. l. poſt mortem. §. j. quando ex fact. tut.
10 l. j. §. item Iulianus. de remiſ.
11 l. continuus. §. cùm ita. in fin. de verb. oblig.
12 l. j. in fi. l. ſeq. ſ. vſufr. quẽ. caue.
13 Salic. l. iij. de procu. Alex. hìc.
14 gl. l. j. de proc. ſ. vbi Bar. Iaſ. d. l. qui ſtipendia.
15 Spec. & Io. And. de procur. §. fi. verſ. vtrum.
16 arg. l. fi. ſ. de ſeruit.
17 l. iuſto. §. non mutat. de vſucap.
18 d. l. j. in fin.
19 d. l. fi. vbi Paul. Bart. l. de die. §. quidam. qui ſatiſd. co. l. ſæpe. q. iiij. de re iud.
20 cauſa. de dolo. Bar. l. j. §. ſi procuraror. ſi quis ius dic.
21 gl. l. hoc ampliùs. §. quęſitum. ſ. tit. j. verb. mittendũ. Salic. d. l. iij.
22 d. §. itẽ Iuliano. de remiſ.
23 d. l. j. ſi vſusfr. peta. l. ij. ſi ſer. vend. d. l. fi. de ſer.
24 arg. l. qui autem. quæ in fraud. cred.
25 l. ſeruum in fi. de procu.
26 d. l. fin. de ſeruit. l. ſi ex duobus. in fi. de noxal. in gl. penult.
27 l. ſtipulatio iſta habere. in fin. prin. de verb. oblig.
28 l. j. de iur. omn. iud.
29 Bar. d. l. ſæpe. q. iiij. Alex. l. non ſolùm. ſol. mat. Felin. c. ex parte Decani. de reſcri.

procuratores domini:& licet nuntiare proprio nomine poſsint, cùm vtile dominium, iúſq;
potentius habeant[1], tamen etiam nomine domini nuntiabunt, ſi ædificium domino quo-
que noceat[2]. quæ ſententia dubia eſt. nec enim iſti cauere de reſtituenda re ſalua domino
tenentur, vt poſsint dici eius procuratores[3]: nec ſeruitus per iſtos impoſita domino nocet,
quin, eorum iure reſoluto, etiam ſeruitus * extingatur[4]. & quamuis lex iubeat ſuperfi- 14
ciarium ſatiſdare[5]: non tamen ſequitur eſſe procuratorem, ſed potius negotiorum geſto-
rem neceſſarium propter ſocietatem. certior ergo hæc eſſet ſententia, quando inſtrumen-
to emphyteuſcos feudi, ſuperficiei ceſsiſſet dominus actiones[6], vel dixiſſet dominus ſe po-
nere eos in locum ſuum vel expreſsim cõſtituiſſet procuratores ſuos[7]. Sed quid in colo- VII.
no † vel inquilino? & cùm iſti ius debilius habeant, receptum eſt non cenſeri eos procura- 15
tores domini, quod infrà Bart. adtingit[8]: niſi in inſtrumento adiecta ſit clauſula, vt colo-
nus re vti poſsit perinde ac dominus: vel ſit dictum eum in locum domini poni & ſi qua ſi-
milia. Putarim quoque abſente domino id eis concedendum, vt eius nomine tueri poſſeſ-
ſionem poſsint[9]. qua de re alibi[10]. Quid † rurſus in prælato, ſeu rectore eccleſiæ? & con- VIII.
ſtat cenſeri procuratorem eccleſiæ ſuæ, & ideo rem eccleſiæ nomine ſuo non petit, licet 16
præpoſituram petat[11]. idcóq; receptum eſſe huiuſmodi adminiſtratores fructuariis æqui-
parari[12]. quod non ſolùm in inferioribus, ſed etiam in maioribus procedit, putà epiſco-
pis, patriarchis & ſimilibus: qua de re videndi ſunt pontificij[13].

NVNTIARE POTERIT. Cùm nuntiatio actus ſit extraiudicialis, eámque fru-
ctuarius nomine domini tanquam procurator eius exerceat, adnotant hinc omnes poſſe,
ea * quæ extraiudicialis facultatis ſunt, alteri cedi. Vnde † infertur eam facultatẽ quam 17
quis habet, vt inuaſorem incontinenti poſsit auctoritate expellere[14], poſſe in alterũ tranſ- I. illat.
ferri[15]. quod & receptiſsimum eſt. Sic & ius capiendi aliquem propria auctoritate alij 18
mandari poteſt[16]. Sic ei facultas declarandi emphyteutam cecidiſſe. in alium transfer- II.
ri poteſt, ſi expreſsim id actum adpareat, quod Bald. ex facto reſpondit[17]. Sic creditor, III. IIII.
qui ex pacto facultatem habet propria auctoritate bona debitoris accipiendi, poterit alte-
ri tale ius cedere, & eum procuratorem in rem ſuam conſtituere. quod argumento huius le
gis, Bartol. hîc & vbique cenſuit[18], communitérque eſt adprobatum. Angel. tamen Imola
& Pont. exiſtimant id hîc non probari: quia iſtud nuntiandi ius in quandam conſequen-
tiam fructuario permittitur, an in ſupraſcripta quæſtione ius propria auctoritate ingre-
diendi, quod ἐμφυτευτικὸν vel ἐμβατευτικὸν lex appellat[19], principaliter concederetur. Con-
ſtat autem quædam in conſequentiam promitti, quæ alias non permitterentur[20]. Addit Ia-
ſon hanc nuntiandi facultatem fructuario legis diſpoſitione competere, nec dubium poſſe
id à lege transferri: nec tamen ideo conſequens eſt, vt etiam contractu hominis transfera-
tur. quod argumentum ſat leue eſt: nuntiatio enim à * lege promittitur: quia præſumit ta- 19
lem fuiſſe domini voluntatem cautionem à fructuario exigentis[21]. vnde diſpoſitio, quæ ex
præſumptione oritur, multofortiùs accipienda eſt, ſi expreſsim & ex vi verborum ſit indu
cta[22]. Nec refert, quòd fructuarius iure ceſsionis alicuius id non faciat: quia idem eſt, ſiue
quis procurator in rem ſuã conſtitutus per ceſsione actioni ſit, ſiue aliter. poteſt enim & al-
ter conſtitui[23]: tenenda ergo eſt Bartoli ſententia quæ & ea rationũ adiuuatur, quod quo-
tieſcunque alicui ratione præcedentis iuris aliqua facultas competit, ea ad hęredem tranſ-
mittitur[24]: vnde conſequens eſt, vt etiam cedi poſsit. quod enim in hæredem tranſmitti-
tur, idem & in ceſsionarium transferri regulariter poteſt[25]: ſicut & quod titulo particula-
ri alienari nequit, nec vniuerſali quidem poterit[26]: contrariorum enim (vt vulgò dicitur)
eadem eſt diſciplina quod hoc in caſu Caſtrenſis reſpondit[27]. & licet quandoque plus tri-
buatur hæredi, quàm ceſsionario[28], quod quibuſdam exẽplis Iaſon non vno in loco oſten
dit: tamen non ideo minus regulæ in cæteris eſt adhęrendum[29]. Sanè perpetua non eſt ſu-
praſcripta concluſio, vt quæ facultatis ſunt ad hæredes vel ceſsionarios tranſeant[30]. quo-
ties enim in priuilegium merè perſonale conceſſa eſſent, proculdubio perſonam non egre
derẽtur[31]. Veluti ſi lex † permittat offenſo, vt propria manu de hoſte vindictam ſumat, I.
hoc ius occidendi per alium exqui non poterit[32]. eſt enim odioſum, & anguſtè interpre- 20
tandum, vt perſonam non excedat[33]: poterit tamen cogere manus, inuitare amicos, qui
ipſi vindictam non exequantur, ſed exequentem ſocium tueantur[34]. Sícque ſe habet rece-
ptior ſententia, quicquid aliqui recentiores hac in re comminiſcantur[35]. Vnde infer- II.
tur idem eſſe cum vicino, vel agnato ex lege municipali ius prælationis, ſeu (vt Græci vo-
cant) πρωτοτυπίας competit[36]. Idémque in iure luendi eſt enim perſonale: quia propter qua-
litatem agnationis, vel vicinitatis perſonæ cohærentem defertur[37], idcóque cedi alteri
non poteſt[38]. quod intelligunt aliqui, niſi alteri agnato cederetur, licet non ita proximo:
in eo enim qualitas ſtatuti locum habet: ſicut videmus facultatem, quam pater * habet 21
propria auctoritate adulterũ vilem occidẽdi, in filios quoq; tranſire, qui & ipſi iuſto dolo-
re adficiuntur[39], cùm aliàs iuſſus paternus in re tam atroci eos non excuſaret. poterit ergo
fieri

1 l. ſeq. §. ſi ego. Com. conſ. lxiiij. Titius.
2 d. §. quæſitum. vbi Doct.
3 d. l. j. in fi.
4 l. lex vectigali. de pign. c. quid ergo. de inueſt. de re alien.
5 d. §. quæſitum.
6 d. §. ſi ego. vbi Doct.
7 Bald. l. emptor. C. de hæred. vel act. vend.
8 d. §. ſi ego. vbi omnes.
9 l. j. C. ſi per vim vel alio.
10 l. ſi filius. ſ. tit. j.
11 glo. c. præſenti. de off. ordin. lib. vj.
12 Bal. l. ij. C. de epiſ. & cle. Alex. l. diuortio. ſol. mat.
13 Felin. ca. cum deputati. de iudic.
14 l. iij. §. eum igitur. de vi & vi arma.
15 gl. l. cùm fundum. verb. poſita. de vi & vi arm.
16 glo. l. j. verb. ab iis. C. vbi quis decur. Iaſ. §. quædam. de act.
17 Bald. conſ. cclxxx. iſta in v. verſ. itẽ tertia.
18 Bar. l. iij. q iij. C. de pig.
19 l. iij. §. ſi ius. de reb. eorũ.
20 l. j. de auct. tut.
21 d. l. j. in fin.
22 l. continuus. §. cùm ita. in glo. de verb. oblig.
23 l. ad eum. de don. l. fin. §. Titij. de cond. ind. l. ſicut. §. ſi procul. quib. mod. pig. vel hypot.
24 l. ſi ſtipulatus fuero illud. de verb. oblig. vbi Bar.
25 l. ex pluribus. de adi. tut.
26 l. peto. §. fratre. de leg. ij. vbi Bar.
27 Paul. cõſ. j. in ij. in nouiſ.
28 d. l. ſi ſtip. l. mulier. §. ex aſſe. de iu. dot.
29 l. in conuentionibus. de verb. oblig.
30 l. cùm quis de verb. oblig. glo. l. inter. §. j. l. fin. C. de contrah. empt.
31 l. ſeruus ſi hæredi. de ſtatulib. l. quia tale. ſol. mat.
32 gl. lo. d. l. cùm fundum. Mod. hîc.
33 Alex. l. ſi cùm dotem. §. tranſgrediamur. ſol. mat.
34 Bal. l. vt vim. q. vj. de iuſtit. & iur.
35 Cep. tract. ſeru. vrb. c. xxiij. Iaſ. hîc.
36 c. conſtitutus. de in integ. reſti.
37 Bal. tra. de iur. protomiſ.
38 l. ad officium. vbi Cin. com. diuid. Rom. conſ. ccclxxxviij.
39 l. Gracchus. C. de adult. Bart. l. non ſolùm. §. ſi mandato. de iniur.



fieri ceſsio agnato remotiori, vt ſic excludat medium[1]. quæ ſententia probabilis eſt: quam-
uis contrarium quoque defendi facilè poſſet. Illud conſtat, ſi tale ius non ex priuilegio
ſtatuti, ſed ex conuentione partium deſcendat, haudquaquam cenſeri perſonale eſſe, ſed
& cedi & tranſmitti poſſe[2], quod Caſtrenſis reſpondit. ius enim nobis ex pacto compe-
tens ad quencunque ſucceſſorem tranſmittitur[3].

1 arg. l. Ariſto. quæ res pig.
2 Paul. conſ. j. ij. vol.
3 l. ſi pactum. de probat.

SVMMAE.

2 *Fructuarius in dominum agit ex cauſis.*
4 *Eligibilis ex pluribus poſterior.*
5 *Priuilegium cauſæ cuiuis ceſſibile.*
6 *Ceſſione in cedentem vti poſſum. 7. 8. 9.*
10 *L. ij. & §. vſuſfructuarius. conciliari.*

LEX II.

SI AVTEM DOMINO PRAEDII. Vſusfructuarius er-
go non poteſt * domino ipſi nuntiare. cuius rei illa eſt ratio, quòd cùm
1 agat tanquam domini procurator, non poteſt videri contra ſe à domi-
no conſtitutus: pugnant enim hæc ſimul[4], nec æquum eſt, vt quis eo iu-
re aduerſus me vtatur, quod beneficio meo habuit[5]. vnde & conſtituens
procuratorem contra omnem perſonam, non cenſetur aduerſus ſe con-
I. ſtituiſſe[6]. ſunt tamen aliqui caſus, quibus etiam contra dominum agi poteſt. Et in pri-
2 mis † Accurſius agere fructuarium vtiliter poſſe aduerſus dominum ait pro ſeruitute, quæ
rei ſit debita, confeſſoriáque vtili aduerſus eum experiri[7]. quæ ſententia communiter re-
probata eſt: quia lex ſimpliciter negat confeſſoriam hoc caſu ei cõpetere[8]. violatúrque, ſi
dicas de directa duntaxat intelligi non de vtili[9], quicquid alibi Imol. dixerit, quem rectè
3 improbat hîc Alexander. nam & cui vtilis * actio datur, is & nuntiare poteſt[10]. cùm au-
tem conſtet nuntiare eum domino non poſſe, conſequens eſt, vt nec vtilem vendicatio-
II. nem contra eum habeat. Illud tamen fatendum eſt, quod in caſibus quibus vtiles actio-
nes ipſo iure tranſeunt, quos alibi Accurſius colligit[11], etiã contra ipſum dominum com-
peterent[12]. cuius rei eſt ratio, quia tunc non factũ domini tranſeunt, ſed legis diſpoſitio-
ne, quæ haudquaquã præſumptæ domini voluntati innitatur. Nam & alibi Bal. diſtinxit,
vt ſi obligatio à lege proueniat, efficacior cenſeatur: & ideo etiam aduerſus ſeipſum vi-
res habeat[13]: cùm ſecùs ſit, ſi ex mera partium conuentione conſiſtat. vnde qui legis di-
ſpoſitione tenetur aliquem indemnem ſeruare, nõ ſolùm ab extraneo, ſed etiã à ſeipſo ſer-
4 uabit[14]. Cui concluſioni † non abſimile eſt, quod alibi traditur, grauato filio, vt reſtituat
fideicommiſſum in familia, poſſe eum etiam remotiorem eligere[15]. quod intelligunt ali-
qui, etiam ſi teſtator generaliter rationem adiecerit: quia velit in familia perpetuò rema-
nere. electo enim poſteriore, non offenditur ratio teſtatoris: cùm verum ſit in familia reli-
ctum eſſe quod Iuſtinia. ſanxit[16], apud quem relictum duabus Mariis valet: quia & mater,
& vxor appellatione familiæ (vt ibi dicitur) continebantur[17]: licet Alexan. adeſſet pro-
ximior in gradu, nempe filius teſtatoris, ídque & Crotus, & Ripa probant[18]. & reſpon-
5 dit Decius[19]: & eſt verius. Idémque ſi ex priuilegio legis † vel ſtatuti deſcendat, non tam
perſonæ, quàm cauſæ fauentis. vnde reſpondit idem Caſtr. priuilegium, quod habet mu-
lier, vt de fideicommiſſo dotem deducat, eíque præferatur[20], cedi, & transferri in quen-
cunque poſſe[21]: quia lex ſimpliciter dotem de fideicommiſſo decedere, ac ſi rogatus eſſet
reſtituere, quod ſupereſſet, ait[22]. cauſæque magis, quàm perſonæ fauet. quod & ſentire vi-
detur Bartolus[23], quia omnia priuilegia dotis in ſucceſſores tam vniuerſales quàm ſingu-
lares tranſire cenſuit, ſaluo priuilegio prælationis in actione perſonali[24], & prælationes
tacitæ hypothecæ[25]. quæ tamen duo priuilegia etiam quandoque in ceſsionarium tranſ-
eunt. ſi ſit ex cauſa neceſſaria[26], & directa actione nomine mulieris experiatur, quod alibi
ipſe Bart. tradidit[27]. ídque verius videtur. quia quædam in creditores tranſeunt, quæ alio-
quin hæredi extraneo non permitterentur[28]. Et cùm tale priuilegium in hæredem tranſ-
eat[29], conſequens eſt, vt etiam ceſsionario concedatur[30]. Nec me mouet argumentum
Iaſ. huic vltimæ rationi contradicentis tanquam multa in hæredem tranſeant, quæ ſingu-
lari ſucceſſori nõ permittuntur[31]. reſpondeo ſuprà reſpõſum eſſe. regula enim ſtat in con-
III. trarium. imò aliqua creditoribus cõceduntur, quę extraneis hęredibus denegantur. Sed
6 an, quando poſterior † creditor offert priori, & ceſsionem accipit[32], poſsit ea contra ce-
dentem vti? & receptum eſt poſſe. quod Spec. tradidit[33], & reſpondit Soci[34]. & ſanè verum
eſt eius ſummæ reſpectu, qua ſecundus potior eſt, præferri ei, qui deinde credidit[35]. Quid
ergo ſi ſimplex poſſeſſor ſit? & tam primum, quàm ſecundum creditum tenetur hypothe-
cario offerre[36]. quod Fanenſis parte v. membro iij. tradidit, licet aliud reſponderit De-
cius[37]. Ego, ſi ceſsionem prioris crediti acceperit poſſeſſor, defendi ſententiam Decij

4 l. licet. §. ſi plures. de procur. c. ſi. de inſtit.
5 l. pen. C. de don. int. vir. l. amiciſsimos. §. j. de excu. tu.
6 l. inquiſitio. de ſolu. glo. c. petitio. de iureiur.
7 gl. l. j. ſi vſuſf. pet. l. ij. §. j. ſi ſer. vend.
8 d. l. j. d. §. j.
9 l. antep. §. de neg. geſt.
10 d. l. ij. §. j. l. vti frui. §. vtrum. verſic. at ſi in fundo. ſi vſuſf. pet. & l. ſeq. §. ſi ego. cũ glo. ſ. eod.
11 gl. l. j. C. de act. & oblig.
12 l. ſi culpa. de re. ven. vbi glo. & Bart. Di. c. pro poſſeſ. v. q. de reg. iur. Doct. hîc.
13 l. frater à fratre. verſ. porrò. vbi Bal. vlt. not. de cond. ind. Iaſ. ibid. notab. cxiiij.
14 l. ſi negem. C. mand.
15 l. filiusfa. §. pen. de leg. j. l. vnum ex familia. de le. ij.
16 auth. de reſt. fid. §. ſi.
17 l. ſi. C. de verb. ſig.
18 Crotus. Rip. d. l. filiusfa. §. diui. ad fi.
19 cõſi. ccxviij. & ccclxxvij.
20 auth. res quæ. C. com. de legat.
21 Caſtr. conſ. cv. j.
22 l. mulier. §. cùm proponeretur. ad Trebel.
23 Bar. l. j. ſol. mat. in prin.
24 l. j. C. de priuile. dot. §. fuerat. verſ. præferri. inſt. de actio.
25 in auth. vt exact. inſt. do. in prin.
26 l. ſi. C. de priuil. fiſ.
27 Bart. l. poſt dot. q. penu. ſol. ma. vbi Claud.
28 l. pro hærede. §. ſi quid tamen. de acq. hæred. d. l. filiusfam. §. diui. in fi.
29 d. §. cùm proponeretur. Bald. Caſtr. d. auth. res quæ. vbi Iaſ. verſ. viij.
30 d. l. in conuentionibus.
31 d. auth. res quę. verſ. xiiij.
32 l. mulier. qui pot. in pig.
33 Spec. de oblig. §. j. ad fi.
34 Socin. conſ. ccvj.
35 l. pen. qui pot. in pign. l. creditor qui. §. ſi idem.
36 ar. l. creditor, qui prior. §. j. eo. tit. vbi Fulg.
37 Dec. conſ. ciiij.

arbitror poſſe.quam & Fulgo.eſt ſecutus: alioquin, non accepta ceſsione, verior eſſet Fa-
nenſis opinio. Quid igitur in fideiuſſore † reſpondebimus? & lex ait creditori retentio- 7
nem aduerſus fideiuſſorem ceſsionarium competere[1]. quod ex poſteriore hypotheca O-
dofr. Bald. & Salicetus rectè cenſuerunt: alioquin lex illa nimis violaretur, & caſum indu-
bitabilem poneret. ſibi enim imputet fideiuſſor, qui non legis diſpoſitione, ſed ex contra-
ctu ſuo eſt obligatus[2]. nec videtur hoc caſu creditorem cõtra ſe quicquam fideiuſſori cen-
ſiſſe, ſed contra debitorem tantùm. Et licet dici poſsit fideiuſſorem promiſiſſe, habito re-
ſpectu ad bona, quæ tunc debitoris ſui erant, vt inde indemnis ſeruari poſſet[3], hæc tamen
qualitas creditori in ſumma poſteriore non præiudicat, qui ius in re habet, & ſibi pigno-
ris conuentione cauit[4]. tametſi hac in re ſit non modica altercatio[5]. Sed & † quoties III.
quis ex cauſa oneroſa, putà quia æſtimationem litis ſoluit actiones vtiles conſequutus eſt. 8
æquum eſt ei etiam aduerſus dominum ſuccurri[6], vt ſcilicet, cauſam oneroſam à lucra-
tiua diſtinguamus: in hac enim aliud eſſet[7]. qua tamen in re ampliùs eſt deliberandum[8].
Addit Decius generaliter quoties † habenti vtilem actionem alio modo ſuccurſum eſſe 9
non poteſt, tunc etiam contra dominum poſſe concedi[9], quam ſententiam ego ſimplici-
ter adfirmare non auſim[10]. nulla enim lege comprobatur. Cæterùm & cùm rei vendica-
tio iam orta erat, vt quia tempore ceſsionis ab alio res poſsidebatur, ſi deinde ad domi-
num perueniat, æquum eſt concedi, vt ceſsionario competat[11]. quòd ſi orta non erat, vt
quia res ipſa penes dominum ſemper fuit, tunc tanquam principio formali actio caruerit,
nunquam aduerſus dominum dabitur[12]. Sícque Accurſij gloſſulam defendunt Baldus &
Albericus quam Bartolus hîc ſimpliciter damnat. ego tamen Bartolum ſequor, quia nimis
ſcrupuloſa mihi hæc ſubtilitas videtur.

PETERE VSVMFR. DEBEBIT. Sed contrà: quia lex † ex Iuliani au- 10
ctoritate fructuario ius facit, nuntiandi perinde ac cæteris, ob ſeruitutum ſibi debitarum
defenſionem[13]. Sed reſpondent communiter Doctores intelligi hoc ſecundum ſupra-
ſcripta debere, quando ſcilicet, fructuarius non ſuo, ſed domini nomine nuntiat. Fuêre
tamen quibus ſolutio hæc nimis reſtringere Iuliani reſponſum videretur, vt Iacob. & Ol-
drad. ideóque cenſuerunt etiam ſuo nomine nuntiare fructuarium poſſe. Nec eos mouet
lex noſtra: quia eam reſtringunt, cùm ex opere nouo vſusfructus nullo adficitur detrimen
to. quem intellectum rectè Bart. hîc improbat. aliter Iaſon, qui præcedenti §. noſtrum iun-
git, & id ſolùm ſtatui cenſet, vt quamuis, qui ius in re habet, pro conſeruatione iuris al-
terius nuntiare poſsit: tamen hoc in fructuario non procedat. quam ſententiam ego non
probo: quia hic fructuarius non pro conſeruatione iuris alieni, ſed quia ſua intererat nun-
tiabat, vt expreſsè hîc dicitur[14]. & verba illa iuris noſtri &c. in ſuperiore §. ponuntur
ὁρικῶς. vel (vt Accurſius ſolet dicere) materialiter[15]. & etiam ſi dicamus fieri ibi tranſitum
ad tertiam perſonam, exemplo non caret cùm Iuriſconſ.[16] tum etiam rhetorum. Fuêre &
qui ſpecialiter procedere legem noſtram exiſtimarent, cùm nuntiatio ea ratione concipe-
ret, quia vicinus ædificans ſeruitutem deberet. nec enim id fructuario concedendum,
qui & ipſe ſolam ſeruitutem prætendit. at ſeruitus ſeruitutis eſſe non poteſt[17]. Ego nec hoc
quidem probo. cùm hæc non alterius ſeruitutis, ſed ipſius rei ſit[18], in qua nuntians vſum-
fructum habet. præterea verba Iuliani maximè in ſeruitute loquuntur, cuius iure ſentit
fructuarium nuntiare poſſe. Satiùs ergo eſt communem ſententiam ſequi.

SVMMAE.

2 ☞ *Tranſmitti in hæredem certis ex cauſis nõ poſſe.* 9 *Nuntiationem ex cauſis tranſmitti.*

LEX NON SOLVM. §. MORTE.

§. MORTE. Ea quæ partium conſenſu * cõfirmantur regulariter ad hæredes tranſ- I
eunt, vt contractus[19], vnde in iis hæredum mentio fruſtrà adiicitur[20]: propter mutuum
enim conſenſum oritur in iis obligatio, quæ iuris eſt[21], & ad hæredes tranſit. quæ verò
vnius tantùm partis voluntatem habent cenſentur eſſe facti[22], nec iuris effectum habent:
ideóque ad hæredes non tranſmittuntur[23]. Hinc eſt quòd declaratio † voluntatis ad hę- I.
redes regulariter nõ tranſit[24]: animus * enim facti eſt[25]. Et ſi quis ſtipuletur ſibi *, aut 2
Titio dari, non poteſt hæredi ipſius Titij dari. Cùm enim ſit adiectus, & nulla in eius per- 3
ſona fundetur obligatio (nec enim ipſe contraxit) nihil ad hæredes tranſmittit[26]. Sic II.
& traditum eſt in deditione, quæ hoſtibus fit, antequam enim accepta ſit nullum ius pa- 4
rit[27]. quod in Mancini cauſa reſponſum fuiſſe Cic. in Top. tradit. vbi ſubiicit nec donatio- III.
nem quidẽ ſine acceptatione intelligi poſſe[28]. Vnde ſi abſenti * quis donat, qui ante ac- IIII.
ceptationem morietur, nulla in hæredem fit tranſmiſsio, etiam ſi proponatur abſenti ſti- 5
pulatum fuiſſe notarium. quod Caſtr[29]. Deciúſque reſponderunt, & ego alibi diſputaui.

Eadem ratione inductum videtur, vt ſi poſt factam nuntiationem moriatur nuntians, V.
nihil

1 l.ij.C.de fid.
2 Bal.d.l.frater à fratre.
3 Bar.l.iubemus.C.ad Velle.l.ſi ſtipulatus.§.j. de fideiuſſorib.
4 l.eos.C.qui pot.in pig.
5 Soc.d.conſ.ccvj.verſ.Sextus Faneſis.d.parte v.membro iij.
6 d.l.ſi culpa.
7 l.ſi peculium.§.ſic.de pec. lega.l.ij.C.an ſeruus ex ſuo fact.vbi Bal.Alex.cxlix.ij.
8 d.l creditor.§.j.Bart.d.§. ſicut.
9 Dec.d. conſ.ciiij. verſicu. poſtumo.
10 d.l.ij.
11 Socin.d.conſ.ccvj.verſic. ſecundus caſus.
12 l.qui tibi. C. de hæredi. vel act.vend. glo.l. emptor. eod.tit.vbi Bal. & Albe.Roma.conſ.ccxxix.
13 l.j.§.item Iuliano.ꝭ.de remiſ.
14 verſ.quæ vendicatio.
15 gl.l.iiij.§.prætor.verb. ſed domum.ꝭ.tit.j.l.cedere. §.j.de verb.ſig.
16 l.Gallus.§.forſitan.de libe.& poſth.
17 l.ei qui.de ſeruitu.l.j.de vſu,& vſufr.leg.
18 l.qui aliena.§.fi. de neg. geſt.
19 l.veteris. C. de contrah. ſtipul.
20 l.eum qui ita.§.j.de verbo.oblig.
21 Inſtit.de oblig. in prin.
22 l.iij.ꝭ.de ſer.exp.l.j.§.j.
23 l.j.§.Scæuola.ſi quis teſt. liber eſſe no.l. in omnibus. de act.& obli.
24 l.inter ſtipulantem.§.j. vbi Bart. de verb.oblig.
25 l.pro hærede.de acq.hær.
26 l.cùm quis.de verb.obl.
27 l.fi.ff.de legationi.in gl.
28 l.ſi ego.§.ſi res.ff.de iur. dot.glo.l.illud.C.de ſa. ſan. eccleſ.
29 Caſtrenſis conſ.cxcv.in ij.Dec.l.contractus. de reg. iur. dixi c. cũ contingat. de iureiur.



6 nihil tranſmittat *: quia hic actus ex ſolo nuntiantis facto, & voluntate pendet: vnde fa-
VI. cti eſſe cenſetur, & ad hæredem non tranſit. Addit Bart. hac in re nuntiationem * man-
7 dato ſimilem eſſe, quod cùm à mandãtis * voluntate pendeat, re integra finitur morte[1].
8 quod intelligendum eſt reſpectu eius, cum quo exequendum eſt[2]. dicitur enim adhuc eſſe
in ſola voluntate mandantis: tametſi acceptatum ſit: alioquin ſimilitudo non omnino con
ueniret, cùm mandatum in rem ſuam morte non finiatur[3]. Itémque aliis pleriſque caſi-
bus[4], & tamen nuntiatio non tranſit in procuratorẽ in rem ſuam, putà, qui emerit, vt hîc
I. dicitur, & cui ceſſæ ſint actiones[5]. Et ex ſupraſcripta ratione adparet, quòd ſi † non ſola
9 nuntiantis voluntate res ſit tranſacta, ſed etiam conſenſus ædificantis interuenerit, tunc
tanqum non meri facti, ſed iuris eſſe res inceperit, fiet tranſmiſsio. quod intelligo, ſi expreſ-
ſus conſenſus in vim pacti interuenerit. ſola enim ceſſatio non ſufficeret[6]. propter pactum
II. enim videbitur res non fuiſſe integra. Sicut & cùm reus ſatiſdediſſet. quod receptiore
III. calculo traditum eſt[7]. Vel cùm aduerſus interdictum ante ſatiſdationem reus ædificaſ-
IIII. ſet[8]. Vel cùm aditus eſſet prætor, & petita confirmatio[9], líſque eo nomine conteſtata.
Inſtantia enim iudicij in hæredẽ tranſit[10], licet hac in re Iaſ. diſſentiat: cuius ſententia de-
V. fendi ante litis conteſtationem poteſt. Sed & ſi quis pro ſe, & hæredibus nuntiaſſet, cen-
VI. ſuit Bart. in hæredem ius tranſmitti[11]. Qua ratione idem eſt, ſi pro ſucceſſoribus quoq;
particularibus nuntiaſſet, taléque illis ius ceſsiſſet[12], quod Caſtrenſis & Iaſ. tradiderunt.
VII. Idem ſi iuris interpretatione hoc cenſeretur feciſſe, vt ego ſentio[13]. nec enim tali caſu
poteſt dici perimi morte nuntiationem: cùm ij viuant, quorum nomine nuntiatum eſt[14],
non vt eadem ſit nuntiatio à nuntiante in ſucceſſores tranſmiſſa, ſed noua illis facto au-
ctoris ſui acquiſita[15]. Et hæc quidem reſpectu nuntiantis ſufficiunt. ſed cur reſpectu ædifi-
cantis nuntiatio ad hæredem tranſit[16], imò & ad ſingularem ſucceſſorem[17]? & ſciendum
id remedium à prætore inductum eſſe, ne propter ædificium dãnum fiat de vicino, ideóq;
in rem eſſe[18]. & in re ipſa fieri, meritò ad hæredes tranſit. cogitúrque ædificator cùm de-
moliturũ ſe ſatiſdat, non pro ſe tantùm, ſed & pro hæredibus cauere, vt hîc dicitur. ſtipula-
10 tio enim prætoria * ſecundum neceſsitatem iuris interponitur[19]. Nec nouum eſt aliquid
ex parte actoris cenſeri eſſe nudæ facultatis, & ad hæredem non tranſmitti: cùm ſecùs ſit
reſpectu debitoris, qui rem vinculo legali noxam habere cenſetur[20].

1 §.itẽ ſi adhuc.Inſt. mand.
2 l.ſi per epiſtolam.de acq. hæred.l.iiij.verſ. ſin autem. de man.vind.
3 l.illam.C.de don.
4 l.pe.ſi cer.pet.vbi dixi.
5 l.ſi.§.Titius.de cond.ind.
6 c olim.iij.de reſt.ſpo.vbi Inno.l. ad ſolutionem.C.de re iud.vbi Caſtr. c.cũ acceſſiſſent. verb.contrauenerũt. de conſt. Mod.c.gratum.de off.deleg.
7 gloſſ.l.ſi defunctus.ꝭ. de procur.
8 l. prætor.§. hoc interdictũ.ꝭ.eo.Bar.Imo. Alex.hîc.
9 Bar.d.l.de pupillo. §.qui opus.
10 l.ſi conſtante.§.fi.ſo.ma. c.quia V.de iudic.
11 argu.l.diem.§.j.de arb.l. cum precario.§.fi.de preca. l.antiquitas.C.de vſufr.
12 arg.l.j.§.fi.ꝭ.eod.
13 l.in iudicio. fam.erciſ.
14 l.de pupillo.§. qui proc. §.fi.& l. cũ procurator.ꝭ. eo.
15 Bar.l.continuus.§. fi.ver. ſed quid ſi ſtipuler.de verb. obl.& l.iiij.§. Cato.q.vj.de verb.oblig.
16 l.de pupillo.§. ſi pluriũ. glo.hîc.
17 l.fi.l.ſtipulatio.ꝭ.eod.
18 l.de pupillo.§.nuntiationem.l.operis.ꝭ.eod.
19 l. in conuentionalibus. de verb.oblig.
20 §. ex conditionali. vbi Ang.Inſtit.de verb.oblig.

Franciſ. Alciatus Lectori S.

*Cætera, quæ ad materiam proteſtationum pertinent, quia alio ſcribendi genere ab ipſo Alciato digeſta fuerant, hic nequaquã conuenire credidi. propterea ſeparatim in poſtremis ponẽda curaui. ibi Lector inuenies.*

SVMMAE.

2 ☞ *L. qui viam. emendatam explicari.* 4 *Seruitutem habens, niſi ex cauſa, nuntiat.*

QVI VIAM. Qui viam habet, nuntiare * nouum opus non poteſt,
I ſed vendicare ſeruitutem debet. Sed quænam eſt ratio? Irnerius directum
edictum nõ dari ait, vtiliter tamen nuntiari poſſe: ſícque legem noſtram
non tam interpretatur, quàm corrigit. Bulgarus eum, qui viã habet, nun-
tiare poſſe ait: niſi aduerſus reficientem: nam & ei nuntiari non poteſt,
qui riuos reficit[21], ídque Iac. Old. Bar. Alber. probant, & antiquorum co-
2 dicum lectioni † conuenit: in quibus legitur qui viam ædificat, non autem in via, ſic & ædi-
ficare dicimur prædium, hortos, nauem[22]. Martinus & ipſe negát ob ſeruitutes prædiales
nuntiari poſſe, excepta luminum, & oneris ferendi ſeruitute[23]. Vgolinus aliquatenus Mar
tino adhæret, & in prædiis vrbanis locum eſſe nuntiationi tradit, in ruſticis non eſſe. Ad-
dit Zaſius maiorem in vrbanis ſubeſſe metum, ne ad arma partes tranſeant quàm in ruſti-
cis. Rofredus & Raynerius ſi conſtat ſeruitutem fuiſſe conſtitutam, locum eſſe nuntiatio-
ni, in re verò dubia non eſſe. Accurſius ob ſeruitutem domino nuntiari non poſſe, cæteris
poſſe[24]. Quæ omnes ſolutiones eas leges violant, quæ generaliter ius nuntiandi ei, qui
ſeruitutem habet faciunt[25]. Ioannes & Dinus ob ſeruitutem vrbanam nuntiari poſſe
exiſtimant, ob ruſticam verò ſecùs ſpeciali agrorum fauore, ídque poſt Accurſium Bald.
Ang. Alex. ſequuntur, & cæteri recentiores[26]. Nec eos mouet, quòd lex ait, ſi de iure prædij
controuerſia ſit, nuntiari poſſe[27]. quia intelligunt, quando cõtrouerſia de iure dominij eſt,
non autem ſeruitutis: dominium enim ius prædij eſt[28]. Nec rurſus eos mouet, quòd lex
generaliter idem eſſe ait de cæteris, quibus aliqua ſeruitus à vicino debetur[29], quia reſtrin
gitur ad vrbanas: vel ſi de ruſticis intelligatur, debet reſtringi, quando extraneo non au-
tem domino nuntiatur. ſed ego huiuſmodi commenta probare non poſſum, violant enim
3 verba legum, & iura prędiorum propriæ ſunt * ſeruitutes[30]: quia dominiũ non ius prædij,

21 d.l.de pupillo.§. qui riuos.
22 l. aufertur.§.ij. de iure fiſci.
23 l.inter. de ſeruitut. vrb. l.& ſi fortè.§.ſciendum.§.fi. ſi ſeruit.vend.
24 l.j.in fi.ꝭ.eod.
25 l.j.§. ius is habet. de remiſ.l. de pupillo. §. impoſititiam.ꝭ.c.l.in iudicio.fam. erciſcundæ.
26 hic in fi.gl.magnæ.
27 d.l.in iudicio.
28 l.ab executione. C.quorum appell.
29 d.l.j.verſ.pe. de remiſſ.
30 d.l.j.de ſer.vr.l.qui aliena.in fi.de neg.geſt.vbi glo. penul.

 ſed po

ſed potiùs ius domini in ipſo prædio eſt: & cùm nuncians ob ſeruitutem proprio nomine
nuntiet, non eſt diſtinguendum, an ipſi domino, an alteri nuntiet: nec ratio ſpecialitatis,
id eſt, agrorum fauor ſat probabilis eſt. cùm enim ſeruitus debeatur fundo, fauor fundi do
minantis eſt, vt nuntiatio fiat: vnde nulla eſt cauſa, cur magis ad fauorem fundi ſeruientis
adtendamus, cùm inter priuilegia potior ſit cauſa eius, qui ſecundum regulas iuris, quíque
de damno vitando agit[1]. Imola, & Caſtrenſis vrbanam ſeruitutem à ruſtica non diſtin-
guũt, ſed ſimpliciter adtendendum exiſtimant, an per ædificium ſeruitus tollatur, vt tunc
nuntiari poſsit, an ſimpliciter eius vſus aliquid incommodi ſubeat: & tunc non poſsit[2].
quę diſtinctio non minùs violatiua eſt, & ab Alex. rectè improbatur. Ponta. Iaſ. Zaſiúſq; ob
ſeruitutem viæ nuntiari non poſſe aiunt: quia non tenetur dominus præcisè pati eo in loco
eſſe viam: cùm poſsit mutare, & in alia parte fundi eam conſtituere[3]. quæ ſententia non
placet. nam hoc modo, nec cõfeſſoria quidem agi debuit, quod tamen hîc permittitur, ſed
& mutare dominus viam, niſi ex cauſa non poteſt[4], & vt nullum incõmodum ſeruituti
fiat[5]. Nec ampliùs quàm ſemel mutatio talis admitteretur[6]. Ego ſuprà cenſui fructuario
ius nuntiandi nõ eſſe: quia huic rei ſufficientem poſſeſsionem non habẽt[7]. Idem arbitror,
in eo, qui viam habet, vel iter, aut actum. Sit ergo regula, vt † qui ſeruitutem ſiue vrba- 4
nam, ſiue ruſticam habet, nuntiare poſsit[8], excepto eo, qui ſeruitutem non continuam
habet, qualis eſt ſeruitus viæ, actus itineris[9]: talis enim ſufficientem poſſeſsionem non
habet[10]. nam in ſeruitutibus continuis poſſeſsio retinetur per fundum dominantem, ani-
mo tamen domini: quia vſus continuus iunctus animo domini conſeruat talem poſſeſsio-
nem, quod ſecùs eſt in ſeruitutibus non continuis, in quibus ceſſat vnus ex parte fundi.
nec ſolus domini animus ſufficit: aliàs omnes ſeruitutes eſſent continuæ, quod alibi Bart.
declarat[11]. Híncque eſt, quòd huiuſmodi ſeruitutes non habentes cauſam * continuam, 5
non poſsidentur, niſi quatenus vſus adeſt: ideóq; non vſucapiuntur[12], niſi lapſu tanti tem-
poris, quod poſt hominum memoriam ſit[13]. At vſus adeſſe non dicitur, cùm dominus
patientiam non præſtat, ſed ædificat, meritò tanquam amiſſa poſſeſsione, ad nuntiatio-
nem is non admittetur, ſed ſolùm ſeruitutem vendicabit.

1 l. verũ. §. fi. de minorib. l. priuilegia. ff. de priui. cred. auth. quas actiones. C. de ſacroſanc. eccle.
2 argu. l. ſi árborem. de ſeruit. vrban.
3 l. ij. §. pen. de relig.
4 l. ſi cui. in fin. de ſeruitur. vbi glo.
5 Alex. l. ij. ſol. matr.
6 l. ſi quis. C. de reb. cred.
7 d. l. j. §. fi. ſ. eo. vbi dixi.
8 dictis legib.
9 l. ſi eo loco. ſi ſeru. vendi.
10 Bart. ſ. in prin. quæſt. vij.
11 Bar. l. j. verſiculo, quæro quid de quaſi poſſeſſ. ſ. de acquir. poſſeſſ.
12 l. foramen. de ſeruit. vrban. præd.
13 l. j. hoc iure. §. ductus. de aqua quot. glo. l. ſeruitutes. magna. de ſeruit.

## S V M M AE.

- 1 ☞ *Caueat contumax. 7. 8. 9.*
- 3 *Contumacem variè coërceri. 20. 38. 49.*
- 4 *Decreti primi cauſſa & vis. 45. 46. 47.*
- 5 *L. Si prius. ſenſus. 16. 28. 43.*
- 12 *Turbare verbo pœnale non eſſe. 13. ex cauſis cõtrá. 14.*
- 15 *Clauſulæ, nego narrata &c. vis.*
- 21 *Contumacem non, niſi ex cauſis, tota cauſa puniri.*
- 22 *Negantis pœna.*
- 23 *Dominium in ſeruitute præſumi.*
- 24 *Probatione releuatur quaſi poſſeſſor.*
- 26 *Præſumptæ poſſeſſionis vis.*
- 27 *Poſſeſſoris cauſa præſumendum.*
- 30 *Libertatis poſſeſſio in aduerſarium transferenda. 34.*
- 31 *Poſſeſſionis libertatis neceſſaria.*
- 32 *Probationem ex cauſis in actorem transferri.*
- 33 *Malum ſemel ex cauſis nõ præſumi malũ amplius.*
- 37 *Contumaci reddenda, niſi ex cauſis, poſſeſſio.*
- 40 *Cauetur hic fideiuſſione ſatis.*
- 41 *Decreti ſecundi cauſæ, & ceſſatio.*
- 42 *Caueat poſſeſſorio acturus.*
- 44 *Decretorum formæ. 52.*
- 51 *Tempus tranſactum prorogabile.*
- 53 *Confeſſoria pro iuribus, niſi ex cauſis agi & negatoria.*
- 54 *Feudo immunem fundum, niſi ex cauſis, præſumi.*

SI PRIVSQVAM. In confeſſoria, vel † negatoria actione, ſi reus ſit 1
cõtumax, officio iudicis cauere cogendus eſt, nihil ſe innouaturũ, donec
de iure ſuo docuerit, & actoris partes ſuſtinuerit, ſícq; ob contumaciam
iure poſſeſsionis quis mulctatur, & de reo actor efficitur. atque ita omnes
interpretes ad hanc diẽ cenſuerunt. quos tamẽ ego ſequi non ſoleo. In I.
primis, quia haudquaquã veriſimile eſt hîc de confeſſoria negatoriáque
actione tractari, cùm ſub alio titulo ponenda hæc lex fuiſſet[14], magíſque ei rubricæ qua-
draſſet, *Si ſeruitus vendicetur.* & licet confeſſoria, & hoc interdictum quandoque concur-
rant[15], adparet tamen ſeparatas eſſe materias. Nec etiam me mouet, quòd contumax in
negatoria in hoc punitur, vt caueat ſe opus nouum non nuntiaturum[16]. hic enim effe-
ctus ex accidenti contingit, nec conſiderandus fuit[17]. Nam & conſtat confeſſoriam II.
non competere *, niſi ei, qui inquietatus in ſeruitute fuit[18], at hîc nulla inquietationis, 2
aut moleſtiæ mentio: diuinántque qui dicunt facta fuiſſe præparamenta, tametſi & præpa-
rationẽ actioni huic non ſufficere defendi poſsit; licet ſecùs ſit in noſtro edicto[19], cùm
faciliùs ſit nuntiare, quàm agere, ſeu iudicio petitorio experiri[20]. nam & rei vendica-
tio ex ſola præparatione non competit, imò nec ex ſola turbatione[21], meritò nec con-
feſſoriam, quæ licet ex turbatione competat: quia ſeruitutum poſſeſsio in patientia con-
ſiſtit[22], quæ turbatione rumpitur, non tamen ex ſola inquietandi præparatione conce-
di debet. Oſtendunt hoc & exẽpla, quæ ſpecialiter iiſce actionibus nõ conueniunt. in iis III.
enim concludendũ pro ſeruitute eſt, quæ nõ perſonæ, ſed fundo debetur[23]. at exẽpla magis
perſonã reſpiciũt vicino ius nõ eſſe &c. Quid ſi pacto perſonali id promiſerit[24]? Nã & IIII.
ſubiicitur

14 l. Imp. de in di. adiect. & l. ij. de ſtat. homi.
15 l. ij. ſ. eod. l. Trebatius. ſ. tit. j.
16 ſ. ea lege. verſi. idemque.
17 l. ſi quis nec cauſam. ſi cert. pet.
18 l. vti frui. cum l. ſequẽ. ſi vſusfr. pet. l. ſi quis diutino. §. fin. l. loci. §. ſi quis. ſi ſeru. vend.
19 l. de pupillo. §. nuntiationem. in verb. inchoet. ſ. eod.
20 l. is, qui deſtinauit. de rei vend.
21 l. officium. de rei vend.
22 l. quoties. ij. de ſer.
23 l. qui in aliena. in fin. de neg. geſt.
24 l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. verſ. nã & ſi. de verb. obl.



3 ſubiicitur non aliàs futuras iudicis partes, &c. atqui in confeſſoria † aduerſus contuma-
cem alia quoque prodita ſunt remedia, vt mulctæ indictio, & pignoris capio[1]. & ſi qua ſi-
milia. Qua enim ratione, captis pignoribus, compellit ad cauendum, cur eadem non com
pellit potiùs ad litem conteſtandum, & in iudicio perſiſtendum[2]. cùm poſsit intereſſe, acto
V. ris ius ſuum declarari, potiúſquam expectare, donec reo placuerit agere[3]. Adde, quòd
nec vlla efficax ratio eſt, vt propter contumaciam reus actoris partes ſuſtinere debeat,
friuolum quippe eſt, quod Baldus ait[4], vt qui benedici noluit, maledictionem habeat.
VI. Primum enim † decretum interponitur, vt tædio affectus reus tandem compareat,
4 nec ſolet id eius iura minuere[5]. Vnde ſatis fuiſſet, ſi actor eius iuris quaſi poſſeſſor conſti-
tueretur, non autem reum ad cautionem perpetuam adigeret per quam ſpes recuperandæ
poſſeſsionis aufertur, quæ in effectu ius omne eius perimit. Si aliàs probationes non ha-
VII. beat, quàm quæ ex poſſeſsione præſumuntur. Quòd ſi admiſeris locum cautioni non
niſi lapſo anno, eſſe[6], quod Bartolus & cæteri tradiderunt, euidenter violantur legis ver-
VIII. ba, quæ ſimpliciter loquuntur, nec vllam annuæ contumaciæ mentionem faciunt. Nam
& vt demus poſſeſsionem ex primo decreto infeſtari, id in odium rei cõtumacis eſt, quem
prætendit actor rem ſuam retinere[7]. ſed in caſu noſtro hic reus nihil adhuc actori nocue-
rat, neque ædificauerat, neque aduerſus actoris ius quicquam fecerat, retinuerátve. Vnde
IX. iniquum eſt tanta pœna eum adfici, vt poſſeſsionem amittat. Violantur & in ſecunda
parte verba, quæ generaliter concepta ſunt, ſiue agens ius ſibi eſſe aliùs tollere in poſ-
ſeſsione libertatis ſit, ſiue non[8] ſit, & tamen doctores reſtringunt, cum non poſsideret, quia
reus ipſe in quaſi poſſeſsione ſeruitutis eſſet, quæ omnia ſatis indicant haudquaquam vẽ-
5 rum eſſe communem intellectum. Aliter ergo † interpretanda hæc lex eſt. Et ſciendum eſt,
ſuprà id tractari, vt quoties nuntiatum ſit nouum opus, ab ædificando ſuperſedeatur. Vt
autem nuntiatio fieri poſsit, oportet opus fieri vel ſaltem aliquid præparatum eſſe[9]. Quid
ergo, ſi dubitem, ne fortè vicinus, me abſente, vel ignorante, capta occaſione, repente ædi-
ficetur? nunquid potero prçoccupare, vt quod poſt nuntiationẽ cognoſcendum erat, nunc
ad liquidum perducatur? Quid item in caſu contrario, ſi ego velim ædificare, & verear,
ne in ipſo operis feruore mihi nuntietur, pendeántque opera interrupta, an potero agere?
& videretur non poſſe[10]. dicet enim vicinus, Quis te inquietat? vnde non videbatur
æquum actionem dari[11]. Sed tamen contrarium hîc deciditur, vt eatenus cogatur vici-
nus, qui contumax ſit, defenderéque nolit, vt caueat, ſe non priùs quicquam nouaturum,
quàm docuerit de iure ſuo, & ratio eſt, quia hoc iudicium habet vim cuiuſdam præoccu-
patæ nuntiationis. & ideo ſicut vicinus ſi non nuntiauerit, ſed ædificari permiſerit, non
poteſt demolitionem obtinere niſi iure ſuo plenariè diſcuſſo: & vice verſa ædificans, ſi ei
nuntiatum ſit, non poteſt vlteriùs progredi, niſi de iure ſuo docuerit, ita & hoc in caſu ſta-
tuendum fuit: & hoc eſt, quod dicitur reum actoris partes ſuſtinere debere, non quod amit
tat poſſeſsionem, ſi quam habeat: imò cum lex eum grauet, vt de iure ſuo doceat, ſatis erit
ſi & ius poſſeſsionis deduxerit[12]. Vnde conſequens eſt, vt ſiue ius prætendam dominij, ſi-
ue ex confeſſoria aut negatoria, ſiue ex pacto perſonali, ſiue ex ſtatuto conſuetudinẽm-
ve[13], ſiue iudicio poſſeſſorio quale eſt quod ex edicti noſtri aut interdicti. Quod vi aut
clam præparatione oritur. ſemper procedat lex noſtra, in qua non ſupraſcriptis actio-
nibus, neque ad declarationem ſeruitutis agitur, ſed iudicio noui operis nuntiatur aut
interdicto, Quod vi, aut clam ſubrogato, quod officio iudicis ſeu actione in factum exer-
cetur. nec enim hîc agitur, vt ſeruitus declaretur, ſed duntaxat, vt ædificium conceda-
tur vel prohibeatur[14]. nec refert, quis poſsideat: lex enim ſimpliciter loquitur, nec di-
ſtinguit, ſolúmque ſupraſcriptam contumaciæ pœnam inducit, ſaluis in cæteris iuri-
6 bus partium. Cæterùm ſeparandi † hac in materia aliquot ſunt caſus. Primus eſt,
I. cùm præoccupato nuntiationis iudicio ago, reúſque eſt contumax. non tamen aliquid
adhuc innouauit, & tunc procedit lex noſtra, vt ſufficiat cautio ſe nihil nouaturum, id
eſt, quòd non inquietabit in quaſi poſſeſsione iuris petiti, donec de iure ſuo docuerit.
II. Secundus † eſt, cùm ago aduerſus eum, qui nouauit ſeruitutémque impoſuit, illéque
7 ſimpliciter eſt contumax, & tunc poſſeſsio transfertur, id eſt, vt niſi intra ſtatutum tem-
pus de iure ſuo docuerit, fiat demolitio[15]. tranſlatio enim poſſeſsionis ſecundum ſubie-
ctam materiam accipitur, vt etiam ad ius ſeruitutis, ſeu quaſi poſſeſsionem iuris petiti
referatur[16]. placétque mihi magis hæc interpretatio, quàm vt cum Bartolo oppo. ſepti-
mam de rei ipſius inædificatæ poſſeſsione intelligamus, tametſi & eius ſententia probabi-
III. lis ſit. Tertius † eſt, cum reus non ſolùm eſt contumax, ſed etiam latitat, & tunc fit miſsio
8 in poſſeſsionẽ in omnibus bonis[17]: aduerſus enim latitantẽ fit in omnibus bonis miſsio[18].
hodie tamen intra annum rediens recuperabit poſſeſsionem, vt quod Iuſtinianus de rebus
corporalibus ſanxit, ad hæc quoque incorporalia producatur[19]. quæ ſententia receptiſsi-
ma eſt. Ego tamen Pontano, Imolæq; adſentior, vt id nõ procedat, cùm quaſi poſſeſsio hæc

1 l. j. ſi quis ius dic. non obt. Bart. ſ. ea. le. ij. q.
2 l. quoties. in prin. de nox. l. inter. §. i. de verb. obl. Alexand. l. ſi finita. §. Iulianus. ſ. tit. j.
3 l. harum. l. egi. ſi ſer. vind.
4 Bal. auth. ei qui. C. de bo. auth. iud. poſ.
5 l. iij. in fi. de acq. poſſ.
6 l. ſi quis emptionis. §. ſed & ſi quis. C. de præſcr. trig. vel quadr. ann. Bar. ix. opp.
7 Fulcinius. §. Celſus. ex quib. cau. in poſſ.
8 l. de pretio. de publicia.
9 d. l. ſtipulatio. §. qui opus. & not. ſ. l. j. §. poteſt.
10 l. j. C. vt nemo inuitus age.
11 d. l. officium.
12 Innoc. c. epiſcopi. de reb. eccleſ. non alien. Iaſ. l. j. de acq. poſſ.
13 l. j. C. de ædi. priua.
14 l. ſicuti. §. ſed ſi quæratur. ſi ſer. vend.
15 l. à quo fundus. ſ. tit. j. ſecundum intellectum gl. & veterum & Raph.
16 l. j. in fi. C. de ſer. l. fi. ſ. de itin. actúque priua.
17 l. is cuius. ſi ſer. vend. Bar. x. opp.
18 d. l. fulcinius. §. Celſus. & §. videamus.
19 d. l. ſi quis emptionis. §. ſed & ſi quis. Bar. ix. opp.

per cautionem à reo oblatam eſt amiſſa, nec enim lex noua, quæ reo ſuccurrit, quo abſen-
te, tranſlata eſt poſſeſsio, ad hunc caſum trahi debet, quo reus proprio facto id eſt cauendo
eam amiſit [1]. Quartus † caſus eſt, cùm quis agit confeſſoria, vel negatoria, & poſsidet, IIII.
reúſque non eſt contumax: & tamen dubitat actor ne interim pendente iudicio inquiete- 9
tur, vt quia reus non præſtet patientiam, & tunc cogetur reus ad cauendum ſe, donec
quæſtio finiatur, nihil innouaturum [2]. quod arbitror ego procedere, etiam ſi non petito-
rio iudicio agatur, ſed poſſeſſorio, prout natura interdictorum ſuadet. quod Oldr. & Al-
bericus cenſuerunt [3]. Hinc belliſsimè reſpondit Caſtrenſis [4]: cùm iudex videt vtranque
partem de poſſeſsione contendere: quia vterque litigatorum ſe poſsidere adfirmet, debe-
re eum extraiudicialiter huius rei argumenta probationéſve ex officio etiam à teſtibus
iuratis [5] aſſumere, & eum quem compererit poſsidere, interim defendere, aduerſariúmq;
cogere ad actoris partes ſuſtinendas [6], itémque ad cauendum, pendente lite, nullam ei mo-
leſtiam facturum [7], appellátque id ipſe poſſeſſorium * ſummariiſsimum, in quo lata ſen- 10
tentia ſimplicis interlocutoriæ vim habet, nec in alio vero poſſeſſorio præiudicium facit.
Addit Baldus à tali interlocutoria appellari non poſſe: quia nullum in via iuris damnum
infligit [8]. qua in re ego dubito. nec enim modicum eſt eius detrimentum, qui cùm reum ſe
prætendat, actoris partes ſuſtinere cogatur [9]: vnde tutiùs eſt appellationi deferre [10]. qua ta-
men in re ampliùs deliberandum eſt.

A G E R E T V R. Confeſſoria, vt inquit Accurſius quod ſuprà ſimpliciter non
probaui. Hinc infert Bartolus [11], præſupponendum eſſe aliquid moleſtiæ actori irrogatum.
alias enim confeſſoria non competeret [12]. ſatis autem eſt vel præparamenta aliqua facta
eſſe [13]. quam ſententiam ego ſuprà non ſum auſus adfirmare. Nec me mouet, quòd ple-
runque idem operatur metus ex rei præparatione oriens, quod res ipſa [14]: quia hoc verum
in his, quæ ſi cœpta ſint, nequeunt deinde facto actoris tolli. quod in caſu noſtro non eſt,
cùm poſsit expectare ea turbatio, quæ poſt præparamenta fiat, & tamen demum per op.
noui nuntiationem tolli vel officio iudicis ſi intentata ſit confeſſoria [15]. Subiicit Bartolus
ſatis quoque eſſe, ſi ſimpliciter reus in iudicio contradixerit. tantum enim actus iudicia-
lis verbo inductus operatur, quantùm extraiudicialis facto [16]. Et quamuis ius ſuperue-
niens, pendente iudicio, actionem non confirmet [17]: quod hîc Iaſon ait, tamen ſecùs eſt in
hac contradictione, quæ facto ipſius rei inducitur [18], & quæ declarat retrò animum rei
fuiſſe, ne patientiam ſeruituti adhiberet qua patientia ſublata, impeditur ſeruitutis poſ-
ſeſsio [19]. Vnde etiam conſequens eſt, vt nihil referat, quod contradictio libello obiecta
non fuerit. ſatis enim eſt in actis de ea conſtare libellus * enim eſt actis quoque iuſtifica- 11
tur, & ſufficit qualitatem, propter quam actio datur in actis depræhendi [20], tametſi
in libello adiecta non fuerit, quod & pontificij tradiderunt [21]. Concludendum ergo quo-
tieſcunque lex actionem ex ea cauſa concedit, quòd aliquis turbetur, ſeu inquietetur,
talis actio datur etiam ſi ſola contradictione iudiciali vexatus ſit, quod hic Bartolus ſen-
tit, & cæteri ſequuntur, quod [22] Alexander ex facto conſultus extendit, vt etiam in pœ-
nalibus locum habeat. Contra alij, vt Raphaël Iaſon Firmianus, cæteríque: non † enim I.
ex tali turbatione quis incidere in pœnam debet, cùm in pœnis ſemper mitior fieri debeat 12
interpretatio [23]. quam ſententiam & ego ſequor, maximè ſi in ſtatuto verba ad viam fa-
cti magis reſpiciant, quale eſt verbum, Turbare, Vexare, Vim facere [24]. Qua † ratione II.
interdictum Vti poſsidetis, ex ſola verbali turbatione non datur, vt Alex. hîc eſt commu- 13
ni ſententia tradit verba enim illa in interdicto, Vim fieri veto, ad factum referuntur [25],
quod ſecùs eſt in confeſſoria, in qua lex ſimpliciter requirit, ne dominus ſeruitutis inquie-
tetur [26]. hæcque eſt verior differentiæ ratio quam quæ hîc ab Alexan. adducitur, dum ait
confeſſoriam faciliùs competere: quia datur etiam poſsidenti, atque difficiliùs debuit ex
ſolis verbis competere, cùm petitorium iudicium præter naturam ſuam poſsidenti da-
tur [27], dum rurſus ait confeſſoriam etiam ei, qui non poſsideat, dari [28]: quod ſecùs eſt in
interdicto. atqui maiori moleſtiæ ſunt verba erga eum, qui non poſsidet, quam qui re frui-
tur, qui cum Satyro poteſt dicere, Populus me ſibilat: at mihi plaudo. Sunt tamen † tres ca- 14
ſus, quibus ſupraſcriptum interdictum etiam citra vexationē facti competit. Primus, cùm
propter verbalem moleſtiam damnum poſſeſſor faceret, vt quia ea cauſa locare non poſsit
vti commodè nequeat [29]. Alter, ſi reus non ſolùm turbauit contradicēdo, ſed etiam conten
dit ſe poſsidere [30]. tunc videretur ex ſententia Baldi interdictū actori non denegandum [31]:
nec ideo videtur actor ſe ex eo iuuare, quod impugnat [32]: non enim iuuat ſe ex poſſeſsio-
ne rei, quam negat, ſed ex verbali illa adſertione, quam adfirmat eſſe prolatam, ſed citra
rei veritatē. Tertius, quando, pendente lite, re ipſa fuiſſet vexatus actor, cōfirmaretur iam
intentatū iudicium [33]. quod Alex. hic tradit, & ego alia lege quam quæ ab eo adducitur ſe-
quor [34]. Sed q̄d ſi verbalis cōtradictio clauſula generali dūtaxat cōcepta ſit, Nego narra III.
ta, prout narrātur &c? & Ang. negat ſufficere talē contradictionē [35]. ideóq; ait nō poſſe agi.
Iaſon

1 gl. l. j. C. ſi aduer. vend. l. cū hi. §. planè. de tranſa.
2 l. pen. ∫. de aqu. quot. Bar. l. j. §. ij. de itin. actúq; priua.
3 d. l. pen. Bart. ∫. iij. & iiij. opp. ij. partis.
4 Paul. cōſ. iij. in ij. lib. Inn. c. cū veniſſent. extra. de inſt.
5 Curt. conſ. lx. in fi.
6 l. liberis. in fi. de lib. cau.
7 d. l. pen.
8 Bal. l. ij. de epiſc. audien.
9 l. iij. §. j. de ali. iudic. mut. Bal. l. j. §. j. in fi. de app.
10 Ang. conſ. cvij. Iacobellus.
11 Bar. ij. opp. hic.
12 l. vti frui. l. ſi quis diutur no. in fi. ſi ſer. vend.
13 d. l. de pupillo. §. nuntiationem.
14 l. ij. C. de tranſ. vbi dixi l. pen. de teſta. mil.
15 d. l. pen. Bar. l. in prouinciali. §. j. ∫. eo.
16 l. ſi in rem. §. fi. de pignorat. vbi Bar. Alex. l. ſi mora. ſol. mat.
17 l. non poteſt. de iud.
18 l. ſi autem. de rei vind. l. quæſitum. de pecul.
19 l. quoties. de ſeruit.
20 l. ij. in prin. de iudi. Bar. l. multum. de cond. & dem.
21 c. ſi clericus laicū. de for. comp. vbi Abb. & Felin.
22 Alex. conſ. lxxiij. in iij. lxxxvij. & cx. in v. lib.
23 l. cùm quidam. de lib. & poſth.
24 l. ad teſtium. de teſta. §. ſi ſigna. l. vim facit. de vi, & vi arm. Bar. l. j. §. nō autem. in fi. ſi quis teſt. lib.
25 l. j. in prin. vti poſſ.
26 l. pen. §. fi. ſi vſufr. pet.
27 l. officium. de rei vind.
28 glo. d. l. vti frui. §. fi.
29 Bar. l. j. §. huius. vti poſſ. Alex. conſ. lij. & clxxvij.
30 arg. l. j. ſi vſuſ. pet. l. is, q ſe. de rei vend. Bal. l. non ab re. C. vnde vi.
31 Bal. l. ordinarij. C. de rei vend. Can. in c. audita. de teſt. ſpol. Alex. Iaſ. hic.
32 c. ex eo nō debet. de reg. iur. vj.
33 l. ſi Titius. de verb. obli. Iaſ. hic.
34 d. l. ij. Doct. d. c. ſi clericus.
35 Bar. l. ſi dubitet. §. ita demū. in fi. de fideiuſ. Aret. §. æquè. inſt. de acti. Dec. c. cæterùm. de iud.



Iaſon verò contrà: quia licet talis clauſula ad extrinſecus libello accidentia non referatur,
ipſam tamen libelli principalē ſubſtantiam negat ídq; hoc caſu ſufficit. Ego diſtinguendū
puto, vt liceat reo declarare talem clauſulam, vt ad contradictionem reſpectu poſſeſsionis
15 non referatur [1], hócque † caſu defendatur Ang. ſententia, videtur enim reus tali clauſula
ea dūtaxat negare, quorum negatio ſibi ſit vtilis, quod non vno in loco tradit Alex. [2]. cuius
ſententiam probare viſus eſt Felinus [3].
16 I D E M Q V E E C O N T R A R I O. Loquitur † hîc verſiculus, de eo, qui propo-
nit actionem negatoriam aduerſus reum, qui in quaſi poſſeſsione ſeruitutis erat, cùm enim
infrà in fine dicatur reum non defendentem amittere poſſeſsionem, ſequitur quòd apud
eum eſſet, & conſequenter negatoria agens non poſsideret, ſicque Bart. & cæteri intellexê-
re, quos ego ſuprà ſequutus non ſum, lex enim ſimpliciter loquitur, & in fine non dicitur
reum poſſeſsione priuari, ſed actoris partes ſuſtinere, & probare debere: atqui etiā ſi poſsi-
deret, nihilominùs probandi onus illi incumbet: cùm quaſi poſſeſsio in ſeruitutibus non re
leuet à probandi onere, vt infrà videbimus. Alex. [4]. reum ex quaſi poſſeſsione ſeruitutis
præſumi dominum fundi ait, niſi fuerit contumax: tunc enim & id ipſum probandum eſſe,
eatenúſque, quia non defendit grauari, ſed ſatiùs eſt generaliter verba hæc accipere, ſiue
actor poſsideret, ſiue reus, vt cùm lex non diſtinguit, nec nos diſtinguamus. Sed cum hîc
adfirmatiuè egerit ius ſibi eſſe altiùs tollere, quomodo dicemus eum negatoriam inten-
17 diſſe [5]? Reſpondeo ius ſemper nos ex perſona actoris metiri [6], ab eóque actionem * deno-
minari. Cùm ergo actor in negatoria ſemper concludat, ſeruitutem non deberi, ſicut con-
trà in confeſſoria ſeruitutem deberi [7], ab huiuſmodi concluſione nomen ſumpſerunt ſu-
praſcriptæ actiones. Nec deinde refert, quemadmodum concepta ſint verba [8]: cùm ſem-
18 per eadem concluſio aut expreſſè, aut tacitè reſultet [9]: non enim tam * ad ſonum verbo-
rum, quam ad effectum reſpicimus [10]: & quælibet adfirmatiua clauſula poteſt eodem ſen-
ſu etiam verbis negatiuis concipi, & vice verſa. Idémque eſt ſiue quis dicat ædes liberas, ſi-
ue ſeruitutem non debere [11]. Adtendendum ergo ad concluſionem fuit, quæ effectum re-
ſpiciat: nam & aliàs ſemper in libellis ad concluſionem reſpicimus [12]. Vnde & ſufficit ſi li-
bellus à medio concludendi incipiat, putà quia tibi mutuam, peto, &c. [13] maior enim pro-
poſitio neceſſariò exprimenda non eſt, cùm ſemper ſubaudiatur [14]. Et licet hac in re mul-
ta ſcripſerit Bart. tamen à me omittuntur ceu ſuperflua & inutilia nec vtilitas, quam hîc
Iaſ. ex ſtatuto Florentino adducit, multùm ad rem facit: cùm ipſe in eo diſputet, quomo-
do diſcernemus negatoria an confeſſoria intendatur. nos verò quando conſtat vtra ea-
rum competat, quibus verbis concipiendus ſit libellus. Hincque conſequens eſt, vt quam-
uis ſeruitus fundo debeatur [15], tamen ſuſtineatur libellus, quo quis intendit ius ſibi eſſe &c.
intelligitur enim ius ſibi ex ſeruitute fundo ſuo debita eſſe [16], ex natura enim rei, & vt con-
19 ſeruetur * libellus fit hæc interpretatio [17], cùm reus hac in re probabilem incertitudinem
non habeat. quòd ſi probabiliter dubitaret, tunc, eo opponente, libellus nō conſeruaretur,
quod in generali alternatiuo conditionali receptū eſt [18], libellus enim porrigitur vt certus
reddatur reus, cedat an contendat [19]. Vnde ſi, reo opponente, actor intentionem ſuam nō
declaret, vitiabitur [20]. Sícque defendi poſſunt quædam deciſiones, quibus probatur libel-
lum impropriè conceptum infirmari non autem ſuſtineri [21].
E A Q V E R A T I O N E. Intelligunt doctores communiter hunc verſicu-
lum, vt ad vtrunque caſum ſuprà poſitum referatur, velítque vtroque caſu propter con-
20 tumaciam amitti poſſeſsionem: qua de re ſuprà diſputaui. Adnotanda † ergo hîc eſt ea pœ-
na contumaciæ, vt de reo actor efficiatur, & ad cautionem compellatur. Addit Iaſon ex
cauſa quandoque perpetuū ſilentium contumaci indici [22]. qua in re ego potiùs regulam in
contrarium conſtituerē, vt propter contumaciam quis in tota cauſa puniri non debeat [23].
21 quod & alibi Accurſius tradidit [24]. à qua concluſione excipiuntur ſex caſus. † Primus,
cùm contumax ſponte ipſe pœnam totius litis promiſerit [25]. Secundus, cùm non perpe-
tuò priuatur, ſed ad tempus, vt quia iudex durante ſuo officio indicit ei ſilentium [26]. quod
in dubio eſt interpretandum, cum ſimpliciter dicit ſe ei denegare audientiam. Vnde vbi
ipſe magiſtratu iunctus erit [27], poterit à ſucceſſore audiri. Tertius, cùm lex calumniam
præſumit [28], vt quia quis intra tempus à iudice ſibi ſtatutum non egit [29]. Quartus, cùm
quis etiam in præſentia iudicis contumax fuit, aggrauatur enim hoc facto delictum [30], ta-
metſi & de tali caſu non poſsit dici in tota cauſa puniri, quamuis enim in ſolidum à iudice
condemnetur, habet tamen bona tanquam hæres. Quintus, quando quis eſt contumax, &
præterea ex actis conſtat iudici eum fouere malā cauſam: tunc enim poſt tres monitiones
eum in totum condemnabit [31]. Sextus eſt, quandoq; per indirectum contumax perdit totū
vt in caſu legis noſtræ. Cum enim partes actoris ſuſtineat, ſi probare non poterit, ſuccum-
Oppo. I. bet [32]. Idē in caſibus, quibus pro cōfeſſo habetur, quos alibi Alex. adnotat [33]. Sed an, quod
22 hîc dicitur † de contumace, habeat locum in negante mendacij cōuicto? & Bar. hîc cenſet
reum

1 l. ſi quis intentione. de iudi. Alex. l. etiam. §. licet. ſol. mat.
2 conſ. lxxxiij. j. xxxvij. ij.
3 Felin. c. j. de lit. conteſt.
4 Alex. hîc.
5 Bar. v. opp. hic.
6 l. j. §. j. ſi pars hæred.
7 l. ij. ſi ſer. vend.
8 l. vti frui. ij. reſponſ. ſi vſ. pet.
9 gl. l. fi. in fi. de doli excep.
10 Bart. l. inter ſtip. in fi. prin. de verb. Bal. l. nec codicillos. C. de cod.
11 glo. iij. q. vj. hoc quippe. c. ex parte. Bar. de for. cōpe. l. ſi volūtate. C. de reſc. vēd.
12 Alex. cxvij. ij. & xcij. j.
13 Bald. l. ij. C. vt lit. pend. Bar. l. certi cōdictio. in prin. ſi cert. pet.
14 Bar. l. j. ſi cert. pet.
15 d. l. qui aliena. in fin. de neg. geſt. Bar. l. j. de acq. poſ.
16 Paul. d. l. ij. ſi ſer. vend. Bar. hic. vj. opp.
17 l. ſed & ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero. de iureiu. vbi Iaſ.
18 l. vbi autē. §. qui illud. de verb. vbi Alex.
19 l. j. de eden.
20 Alex. Bar. l. rei. de verb. ſign. l. de quibus. in fi. de legib.
21 Bald. l. qui vſufruc. ſi vſ. pet. l. doce. C. de rei vend. l. ſi non etiā. §. j. de hæred. inſt. l. ij. de cond. inſt. l. cū hæreditas. C. depoſ. Alex. d. §. nihil commune.
22 glo. l. ſed & ſi per prætorem. §. ſed & ſi dū decreto. ex quib. cau. mai.
23 l. properan. §. ſi autem reus. C. de iudi.
24 gl. l. j. §. hoc iudicium. ſi quis ius dic.
25 l. cū querebatur. iud. ſol.
26 d. §. ſed & ſi dum decreto. vbi Bald.
27 l. fi. de pœnis.
28 l. ij. §. quòd ſi actor. C. de iur. calumn.
29 l. diffamari. C. de ing. man. Bar. l. ij. C. de eden. l. ſi contendat. de fideiuſſo.
30 l. de ætate. §. qui tacuit. de inter. act. c. ij. de teſtib.
31 l. conſentaneum. C. quomodo & quando iud.
32 d. l. conſentaneum. in fi. l. cum de indebito, in prin. de probat.
33 d. l. contumacia. in prin.

reum poſſeſsione priuari etiam propter negationem [1]. quod intelligendum, ſi certa ſcien-
tia negauerit, tunc enim dolus præſumitur [2]. debétque hoc in proceſſu allegari, aliàs tali
poenæ locus non eſſet. quod Alex. ex facto reſpondit [3]. qua de re alibi. Sed videndum hîc II. Opp.
eſt, qui in iiſce ſeruitutibus actoris partes ſuſtinet, quid probare debeat? & conſtat haſce
actiones non niſi dominis competere [4]: probandũ ergo dominiũ. Sufficit autem ſi vel præ-
ſumptiuè probetur: cùm enim incidenter deducatur, ex ſola poſſeſsione præſumitur [5]. Vn-
de † conſequẽs eſt, vt ſi ego ad fundum Sempronianum iuerim per fundum tuum iure ſer- 23
uitutis, præſumar dominus ipſius Semproniani, nec enim potui iure ſeruitutis ire, niſi fun-
dum ipſum dominantem poſsiderẽ, quæ poſſeſsio arguit dominiũ aduerſus ſcilicet domi-
num fundi ſeruientis, aduerſus vero tertium aliud eſſet [6]. & ita Bar. hîc ſentit. Quid ergo
de dominio fundi ſeruientis cenſebimus? & ſi egero confeſſoria, probauerόq; conſtitutam
à te mihi ſeruitutem in fundo Seiano, præſumeris tu ipſius Seiani dominus fuiſſe nec audi
ueris, ſi te negares dominum: turpitudinem enim tuã allegares [7]. meritò ergo ex tali quaſi
poſſeſsione præſumeris dominus: nec erit mihi opus alia probatione, quod Accurſ. tradit [8],
ſed ſufficiet ſola allegatio, cum qui præſuppoſitioni innititur eam ſaltem allegare debeat [9].
Nec me mouet Bartoli auctoritas, qui hîc cenſuit mihi hoc oneris incumbere, vt probem
conſtituentem fuiſſe fundi ſeruientis dominum: quia hoc defendi poteſt: cùm lis aduerſus
tertium inſtruitur, non cùm aduerſus eum, qui ipſe conſtituit. Sed an quaſi † poſſeſsio ſerui 24
tutis poſsidentem ab onere probandi releuet? & Accurſ. hîc negat [10], quem & cæteri ſequũ-
tur, cùm enim quælibet res præſumitur libera [11], habet enim poſsidens aduerſus ſe præſum-
ptionem iuris, quæ videtur efficacior ea præſumptione, quæ ex poſſeſsione oritur [12]. Fulg.
tamen & Comenſis contrariæ ſententiæ adſertores ſunt [13]. quam & ipſe tract. Preſumptio
num, prima regula, ſecundæ partis ſum ſequutus. videtur enim verbis legum magis conue-
nire videamus, ne hæc ſecunda opinio verior ſit. Et in primis illud conſtat pro communi
ſententia legem nullam adduci, quæ eam probet. lex enim noſtra, quam ipſi adducunt pro
diuerſa vrget. cùm in principio ſatis oſtendat reum contumacem in confeſſoria, ſi reuerta
tur & velit rem liberam dicere, debere neceſſariò probare ius ſibi eſſe altiùs tollendi: ergo
ex ſola poſſeſsione & quidem per contumaciam tranſlata, fundata erat domini intentio,
quod & Bart. hîc ſentit [14]. Rurſus conſtat rationem pro communi adductam admodum
fragilem eſſe. aiunt ipſi, præſumptionem quòd quælibet res præſumatur libera, fortiorem
ea eſſe, quæ ex poſſeſsione oritur: atqui id videtur falſum: cùm præſumptio ex poſſeſsione
oriens ſit magis ſpecialis [15], ergo debet vincere aliam, quæ generalis eſt, & cum alia præſu-
mat rem liberam tam reſpectu dominij, quàm poſſeſsionis, & appareat iam reſpectu poſ-
ſeſsionis corrigi, credendum eſt etiam reſpectu dominij limitatam eſſe [16]. nam & ſupra-
ſcripta regula tempus præteritum reſpicit, quia facit, vt ab origine res videatur fuiſſe libe-
ra, at coniectura poſſeſsionis ex re præſenti ſumitur. vnde efficacior eſſe debet [17]. Adde,
quòd plures præſumptiones* vnam excludunt: pro poſſeſſore verò plures ſunt. Prima oriẽs 25
ex poſſeſsione [18]. Secunda, ex tacito conſenſu aduerſarij [19]. cùm † quaſi poſſeſsio non potue 26
rit abſque eius patientia induci [20]. Tertia quòd non eſt credibile reum paſſurum ſibi im-
poni ſeruitutem niſi iure impoſita eſſet: quia nemo præſumitur iactare ſuum [21]. Quarta
quia pro bonitate cuiuſq; præſumendum eſt, nec credendum quãquam poſsidere quod de
iure non habeat [22]. Quinta quia cauſa naturalis eſt pro dicta regula, cauſa verò accidens
& impoſititia pro ſeruitute, quæ cauſæ cum ſimul pugnent fortior eſt accidentalis [23]. Sexta
quia pro poſſeſsione eſt regula, vt in corporalibus poſſeſsio faciat præſumi dominium [24].
argumentamúrque regulariter ex corporalibus ad incorporalia [25]. at ea quæ ſecundum
regulas iuris procedunt, fortiora ſunt extraordinariis commentitiiſque rationibus [26]:
Hincque apparet haudquaquam firma ratione inniti communem ſententiam. Putarim
tamen diſtinguendum, vt diſcernamus, qualis ſit hæc quaſi poſſeſsio: aut enim ſimpliciter
& nuda prohibitione, vel interpellatione eſt acquiſita [27]: & tunc puto communem ſenten
tiam verã eſſe cùm enim eam adeptus ſim, quia affirmaui ſeruitutem mihi deberi [28], debeo I.
probare cauſam interpellationis, quæ eſt fundamentum intentionis meæ. Aut verò † ac- 27
ceſsit tanta aduerſarij patientia, quæ ſufficiat interdicto poſſeſſorio obtinendo putà trigin
ta diebus paſſus eſt me ire agere [29], vel permiſit me in ſuo fixum aliquo tempore habere [30],
vel fructus percipere [31]. & tunc putarem ex poſſeſsione præſumi ius ſeruitutis aliàs inter-
dicta poſſeſſoria parum nos adiuuarent, quod Placentinus ſenſit [32], quicquid hac in re
Bartolus quoque diſſenſerit [33]: nec iis agentes cautionem vllam petere poſſumus [34].

Addit Iaſon & tunc ex poſſeſsione ius præſumi [35], onúſque probandi transferri, cùm II.
poſſeſsio ob contumaciam tranſlata eſt, ſicque legem † noſtram interpretatur, cuius 28
opinionis illa eſt ratio, quòd contumax pro confeſſo habetur in maius ſui damnum [36]:
perinde ergo erit, ac ſi reus confeſſus eſſet actori ius ſeruitutis competere. Sed hæc ego
haud facilè probauerim: cùm poſſeſsio propter contumaciam tranſlata ſoleat eſſe debi-
lior,

1 d. l. cùm de indebito. §. j. l. fi. de rei vend.
2 c. vaſallus. j. vbi Bal. ſi de feu. fue. contr. int. dom. & agn.
3 Alex. xxxv. in v.
4 l. ij. ſi ſer. vend.
5 l. quidam in ſuo. de cõd. inſt. vbi doct.
6 arg. l. ſi quis diuturno. §. fi. ſi ſer. vend. Bal. l. cum res. C. de prob.
7 Bart. l. cũ res. C. de prob. in fi. no. in l. j. verb. cũ à domino. de publici. vbi Ang. Alex. conſi. xcii. j.
8 glo. j. ſciẽti. §. ſed ſi quæratur. ſi ſer. vend.
9 l. ſi adult. §. idem pollioni. de adult.
10 glo. d. §. ſed ſi quæratur. Paul. rubr. de ſer. tit. generali.
11 l. altiꝰ. de ſer. & aqua. C.
12 l. diuus. de in int. reſt.
13 l. etſi fortè. §. j. d. §. commodũ. l. ab ea parte. in fine. de prob. c. ſi iudex. de ſent. exc. vj.
14 Bar. §. in prin. partis ij.
15 l. cum de indebito. verſ. ſinautẽ is. de prob. vbi Bar.
16 l. cum de indebit. verſ. ſinautẽ pro parte. l. alteri. de ad. leg.
17 l. moueor. C. ſi ſer. ex por. not. l. ex perſona. C. de probat.
18 l. fi. C. de rei vend.
19 c. is, q tacet. de reg. iur. in vi.
20 l. quoties. de ſeruit.
21 d. l. cum de indebito.
22 c. ſi de præſumpt. l. merito. pro ſoc.
23 l. i. §. beſtias. de poſtul. Bar. l. qui habet. de tutel. §.
24 d. l. fi. l. vti frui. §. j. ſi vſ. pet.
25 §. æquè. inſt. de act. d. l. quoties. ij.
26 l. eius militis. §. j. de teſt. mil. glo. omnis. de reg. iur.
27 Bar. hic verſ. reſtat.
28 l. qui luminibus. de ſer. vr. præ.
29 l. j. §. ij. de itin. actúque priua.
30 d. l. & ſi fortè. §. j.
31 d. l. vti frui. §. quòd ſi fortè.
32 gl. l. cùm res. C. de prob.
33 d. l. j. §. ij. verſic. vlterius quæro.
34 l. pen. de aq. quot.
35 Iaſ. ij. opp. Bald. auth. ei qui char. pe. verſ. conſidera. C. de bon. auct. iud. poſſ.
36 l. de ætate. §. qui tacuit. de int. act.



lior [1], & cõtumax regulariter nõ habeatur pro confeſſo in maius ſui præiudicium [2]. ſiue de
cauſa ciuili agatur ſiue de criminali [3], ſiue allegetur reum citatum non veniſſe [4], ſiue libel
lo non reſpondiſſe [5], ſiue interrogationes neglexiſſe, niſi tamen iuſſus fuerit in præſentia
& antequàm recedat, reſpondere [6]. quo caſu adhuc omnino non punitur: cùm rem ha-
29 beat, vt ſuprà dixi: merito ergo Alexander ex facto reſpondit [7], vt contumax * pro con-
feſſo habeatur, quinque eſſe neceſſaria, quòd lis ſit conteſtata, quod iudex ipſe, non per
nuntium, iuſsiſſet, quòd præſens iuſsioni reus fuiſſet, quòd abſque probabili cauſa reſpon-
dere detrectaſſet, quòd interlocutus Iudex eſſet eum pro confeſſo ſe habere [8]. Quòd ſi
abſens reus ſit, tunc tranſmittendã interrogationis copiam adiecta comminatione ſe niſi
III. reſponderet pro confeſſo eum habiturum. Et hæc quidem in ſeruitutibus in rem, locum
habent. Quid ergo in ſeruitute, & libertate perſonarum? & fatentur omnes aliud eſſe,
& in iis pro poſſeſſore præſumi, onúſque probationis ad aduerſarium pertinere [9]. & ra-
tio differentiæ ea eſt: quia contradicens ſeruituti rei habet præſumptionem ex rei origi-
ne neceſſarium: quia quælibet res à principio eſt libera: merito contraria poſſeſsionis
præſumptione non excluditur. atqui contradicit ſeruituti perſonæ, non habet hanc præ-
ſumptionem: cùm potuerit ſeruus naſci, ſicut & qui contradicit ei qui ſe libertinæ condi-
tionis adſerit [10]: nõ enim neceſſariò natus eſt ingenuus: cùm potuerit & ipſe naſci ſeruus.
I. Sed hæc videntur mihi ſatis ambigua. Nam & falſum videtur originem rei neceſſario
30 pro † libertate ædium eſſe: cùm futuro ædificio ſeruitus imponi poſsit [11]. Et conſtat ne-
II. minem naſci clericũ [12], & tamen eius cõditionis quaſi poſſeſsio quamuis origini repugnet,
non minùs transfert, onus probandi in aduerſarium, quàm conditionis ingenuæ quæ ne-
ceſſario non repugnat [13]. & cùm hæc paria eſſe lex pontificia dicat, ſatis indicat haudqua-
III. quam adtendendum ad hanc originis neceſsitatem. Nam & alibi videmus, quantùm
ſit ad modum probandi libertatem, æquiparari filium, & ſeruum [14], & tamen filius legiti-
mus omnino in poteſtate naſci debuit [15], ſeruus potuit extra aduerſarij poteſtatem cùm
IIII. naſceretur eſſe. Sic & dicimus de filio, qui in quaſi poſſeſsione emancipationis ſit, præ-
ſumetur emancipatus, probationíſque contrariæ onus in negantem transfertur [16], ta-
metſi hæc allegatio origini repugnet: nec enim poteſt quis naſci emancipatus. Putarim
communem quidem ſententiam veram eſſe, ſed ſecundum ſupradicta diſtinguendum,
vt quaſi poſſeſsio (cùm non repugnet origini) omnino probationem in aduerſarium
transferat: quia facilius bona fides poſsidentis præſumitur, adeò vt alia tituli probatio ne-
31 ceſſaria nõ ſit. Si verò repugnat, tum demum transferat, ſi non vi, non clam † aut precario
acquiſitam adpareat, vel ſi titulus probetur, conſtérq; bona fide inductam poſſeſsionem [17],
vel aliàs longi temporis poſſeſsio ſit, quanti ſcilicet ciuilis à domino amittitur [18]. Hinc eſt
quòd qui per decennium in quaſi poſſeſsione emancipationis vixit, præſumitur emanci-
patus [19], quod Iaſ. hîc tradit. Sunt tamen & aliqui caſus, quibus hæc neceſſaria non ſunt.
32 Primus cùm fauor religionis, & mutatio voluntatis ad poenitentiam hoc † ſuadent, vt cùm
quis fugitiuus ingreſſus eſt monaſterium [20]: incumbet enim domino onus probandi. Idem
cùm fauor publicus id ſuadet & de valore actus reſpectu tertij agitur [21], nullúmq; priuile-
gium ſpeciale allegatur. Secundus cùm id agitur, vt quis excuſetur à poena, quod hîc Alex.
ſentit: vt ſi quis percutiat clericũ habitu ſeculari incedentem [22], vel cum beneficiarius cliẽs
dominium perſonarum iniuria afficit [23], vel cùm ciuis officialiter inſectatus eſt abſque fa-
ſcibus & magiſtratus inſignibus iter facientem [24]. quælibet enim cauſa excuſat à poena [25].
Quartus, cùm qualitas originis lapſu tẽporis mutabilis eſſet, vt in ætate [26], in moribus [27]:
ex lapſu enim temporis plerunque homines inclinant ad malum [28], quod Ang. & Alex. hîc
docent. Hinc eſt, quòd regula iuris cũ qui ſemel fuit malus, preſumitur ſemper malũ, quam-
uis à principio † nemo malus naſcatur. Quòd intelligendũ in codẽ genere mali [29]: in di-
33 I. uerſo enim nõ adeò eſt vrgens præſumptio: tametſi ſit aliqua cõiectura propter connexita
II. tem, qua cathenãtur ſimul apud ſceleſtos delicta [30]. Itẽ intelligẽdum, niſi cõſtaret de ma
nifeſta poenitẽtia [31], vel data occaſione ſimilis criminis eum ceſſaſſe, quod Iac. Bel. quadam
III. diſputatione tradidit [32]. Vel de crimine ageretur, quod ætate mutari ſolet. nec enim qui
IIII. iuuenis nequã, & libidinoſus fuit, idẽ & in ſenectute facturus præſumetur [33]. In criminibꝰ
quoq; occultis ſemper humanior fit interpretatio, vt nõ præſumatur ceu canis ad vomitũ
V. reuerti, ſed potius poenitere cõmiſsi facinoris [34]. quod idẽ Iac. tradit. Sed an hęc pſumptio
plenè probabit in delinquẽtis odiũ? & Bar. hîc ſentit probationi ſufficere, adeò vt qui ſemel
malus fuit, in futurũ quoq; malus pſumatur onúſq; probandi ei incũbat, q bonũ adfirmare
velit. Sed hęc ſentẽtia cõmuniter reiecta eſt: talis enim preſumptio reſpectu futuri non pro
bationem, ſed coniecturam indiciũq; quoddam duntaxat inducit, quod Iacob. ſupraſcripta
diſputatione cẽſuit [35], quẽ & alibi ſunt ſecuti: vnde ſi in rixa aliquis fuerit vulneratus, pote-
rit iudex, quæſtionẽ à ſuſpectiſsimo incipere, eúmq; torquere, qui alias ſimile delictũ cõmi
ſerit, cõdemnare verò ob tale indiciũ non poterit, quod Salic. Hippolitúſq; tradiderunt [36].
Cæterùm

1 l. ſi quis emptionis. §. pen. d. l. iij. §. fi. de acquir. poſſeſ. vbi not.
2 l. properandum. §. ſinautem reus. C. de iudic.
3 Bart. l. ſepulchri. j. de ſep. viol.
4 Bal. in ſpec. titu. depoſ. §. j. verſi. gl. dicit.
5 Bald. d. c. vaſallus. in fin.
6 d. §. qui tacuit. vbi Bart.
7 Alex. conſ. clxxxviij. in ij.
8 Bart. l. eius qui. de iur. fi. c. ij. de confeſſ. lib. vj.
9 l. liberis. in fi. de lib. cau. l. vis eius. C. de probat.
10 d. l. circa. de prob. §.
11 l. ſi ſeruitus. §. futuro. de ſer. vrb. præd. gl. c. ad diſſoluendum. de deſpon. impub.
12 cap. vel non eſt. de temp. ordin.
13 c. ſi iudex. circa med. de ſentent. excom. vj.
14 l. ſi filius. de probat.
15 l. iubemꝰ. de emã. lib. C.
16 l. ab ea parte. de prob.
17 l. eam quæ. vbi Bal. C. de lib. cau. d. l. vis eius.
18 glo. l. j. gl. magna. in fin. C. de ſer. fug.
19 l. j. C. de pat. pot. Bald. l. poſt mortem. de adopt.
20 §. hinc autem nobis. in auth. de mona. vbi Ang.
21 l. j. de teſta. l. ij. C. de ſen.
22 gl. l. ſi qua per calũniã. C. de epiſ. & cler.
23 Bal. c. j. quib. mod. feud. Alex. conſil. cxiiij. j.
24 Alberic. q. xliij. j. parte ſtat. Rom. conſil. ccccxxxiij.
25 gl. l. j. in fi. de abig. Alex. cxix. ij. opp. Bart.
26 l. cùm te. C. de probat.
27 c. ſemel malus. de reg. iur. vj.
28 xij. q. j. omnis ætas.
29 l. ſi cui. §. j. de accuſ. l. nõ omnes. §. à barbaris. de re mil.
30 c. ſi gens. lvj. diſtin.
31 d. §. hinc autem nobis.
32 Alber. l. omni modo. C. de inoff. teſta.
33 Bar. l. Caſsius. de Sena. Felin. c. cùm in iure. de off. deleg.
34 vj. q. j. ſi omnia. & de ſortileg. c. ex tuarum.
35 Alber. d. l. omni modo. Lucas. l. quemadmodum. C. de agr. & cenſ. Pet. de Anch. in reg. ſemel malus. Salic. l. fi. C. de prob.
36 Hippol. l. j. in princ. de quæſt.

Cæterùm & † illud non omittendum eſt, quod ſuprà concluſum eſt ex quaſi poſſeſ- IIII.
ſione alicuius iuris transferri onus probandi, intelligendum hoc eſſe, etiam ſi tali de iu- 34
re ageretur, quod abſque ſpeciali priuilegio obtineri non poſſet: adhuc enim transferre-
tur, cum de modico præiudicio ageretur, vt quia circa præparatoria iudicij litigaremus [1].
Quòd ſi magni referret, ſecùs eſſet. Vnde tali caſu exiſtens in quaſi poſſeſsione clericali
non præſumeretur clericus: imò poſſeſsio etiã longiſsima nihil conferret, cum neceſſarius
ſit titulus [2]: cuius rei exemplum & in iure decimandi accipi poteſt [3]. Itémque in iure exem-
ptionis, quo quis ſe ab ordinario ſubtrahit [4]. Sic ſpurius, qui ſe pro legitimato longo tem-
pore geſsit, non præſumetur natalibus reſtitutus, niſi principis indulgentia exhibeat [5].
Sic qui in quaſi poſſeſsione tabellionatus diu fuit, non transfert in aduerſarium probandi
onus, ſic & qui ſe comitem palatinum adfirmat, quod Alexander ex facto reſpondit [6]. nec
enim hæc abſque priuilegio inducuntur, illud ergo eſt exhibendum. Quid ergo ſi allega-
retur poſſeſsio * ante hominum memoriam? & conſtat eam vim priuilegij habere [7], quod 35
aliqui intelligunt etiam ſi de re ſpirituali agatur [8], puta de decimis, quas ſæculares poſsi-
dere non poſſunt [9]. quæ ſententia vera eſt licet aliqui contrá [10]. Sed quid, ſi allegaretur
amiſsio priuilegij? & adhuc putarim ex quaſi poſſeſsione, accedentibus aliquibus con-
iecturis onus probandi in negantem transferri, talíque caſu defendi Accurſij ſenten-
tiam [11]. vnde cum ius decimandi etiam per ſæcularem * longiſsimo tempore, & ſupra 36
omnem memoriam poſſeſſum, íſque allegaret titulum ante Lateranenſe concilium
acquiſitum [12], verum inſtrumenta propter bellicas calamitates amiſſa [13], vidi ab am-
pliſsimo ordine in Gallia iudicari defendendum eſſe ſæcularem [14]. quod apud nos ma-
ximè obſeruandum eſſet, qui continuis bellis conflictamur, ſæpiſsiméque rerum no-
ſtrarum documenta amittimus, ideóque valerent ſtatuta quæ tali caſu laicos adiu-
uarent [15].

PETITORIS PARTES SVSTINERE. Explicat hanc materiam Barto-
lus hîc duodecim quæſtionibus cuius veſtigiis & nos inſiſtentes in primis quæremus.

Quid, † ſi actor in quaſi poſſeſsione ſeruitutis quidem erat, verùm poterat aliquo inter- I. quæſt.
dicto à reo turbari, & à quaſi poſſeſsione ſua ſummoueri, an reus contumax, qui ſecun- 37
dum formam huius legis cauit reuerſus poſsit interdictum illud intentare? & concludit
Bartolus ſicut ſi reus poſsidet, nec ante annum reuerteretur, perderet poſſeſsionem, ita
& hoc caſu actionem ad poſſeſsionem perdit [16], ſicque contumacia in iudicio petitorio
nocet etiam poſſeſſorij reſpectu quamuis adhuc nondum in iudicium deducti. Sed in con-
trarium obſtat regula [17]. videtur enim vniuerſaliter totum iudicium reſpicere [18]: regula-
riter tamen contumacia in vno, non nocet in alio [19]. ſic nec mora, nec pactum ad aliam
rem trahitur. quod hîc Bartolus tradit, & Iaſon non ſat pertinenter ad quaſdam quæſtio-
nes infert. Quòd non procedit ſupraſcripto caſu. Rurſus non procedit reſpectu pœ- I.
næ temporalis [20]. Item non procedit in foro animæ: quia cùm contumacia ſit deli- II. III.
ctum [21], qui in vno delinquit, eſt omnium reus [22]. quod poteſt iure defendi, cùm quis fa-
ciendo delinquit. Rurſus non procedit in indiuiduis, in quibus delinquens in parte ca- IIII.
dit à toto [23]. Si verò omittendo peccatum ſit, aliud videtur. Vnde notarius, qui in falſi cri-
men omittendo aliquam ſolennitatem incidit non cenſetur in omnibus falſus eſſe, ſed re-
ſpectu aliorum capitulorum valebit inſtrumentum quod Baldus cenſuit [24]. quod intelli-
go etiam ſi in foro conſcientiæ agatur. Rurſus quæritur, quibus remediis vtatur iudex II. q.
aduerſus reum contumacem, qui negat cauere, & tria † remedia competere Bartolus ait. 38
Primum, vt pignoribus captis, vel mulcta indicta compellet [25]. Alterum, vt vice cautio-
nis actorem in poſſeſsionem mittat [26], vel decernat perinde haberi, ac ſi cautum eſſet [27].
Tertium verò eſt, vt actionem in factum ad id quod propter contumaciam rei intereſt,
ipſi actori det. Siue enim præceptum iudicis officio nobili emanauerit [28], ſiue mercenario
aduerſus contumacem actio in factum competit [29]. ſed an in litem iurabitur? & traditum
eſt in iis, quæ iudicis officio duntaxat præcipiuntur, in litem aduerſus contumacem non
iurari [30], ſecùs ſi via actionis perciperentur [31]. ſicque ſe habet communis ſententia &
ratio differentiæ ea eſt, quòd qui officio iudicis innititur, non adeò firmum ius habet,
vtpote quod omne implorandum à iudice ſit [32]. vnde cum ſecum à iudice humaniter aga-
tur, non poteſt ipſe reum inhumaniter tractare, & duro illo remedio compellere. Dixe-
rit aliquis, * ſi ita ſit, deberet ſaltem concedi id iuramentum: cum officio mercenario 39
actioni deſeruienti agitur [33]. Reſpondeo, vtique conceditur, ſi tale officium actioni pro-
poſitæ terminandæ deſeruiat [34], vt ſi iudex mandet rem reſtitui iure actionis debitam. at
in caſu noſtro cautio iure actionis non debetur, nec per eam lis terminatur, ſed inſtantia
duntaxat [35]. Sed quid, ſi de re agatur, in qua & actio in factũ, & officium iudicis proditũ ſit?
& tunc adtenditur quod eſt potentius, & iurabitur in litem, etiã ſi officio iudicis agatur [36].
Hinc contra Alexandrum eſt, quòd licet officio iudicis res vendicata reſtitui iuſſa ſit, iu-
ratur

1 d.c.ſi iudex. Bal.l.nõ ignorat. C. qui accuſ. Alex.conſ. viij.& lxxix.
2 c.cum adeò.de reſc.c.j.& ij.de cleric.peregri.
3 c. ad decimas. de reſt. ſpol.vj.
4 c.cum perſonæ.de priui. vj.
5 Barb.conſ.xxvij.j.
6 Alex.conſ.cxxxviij.videtur.in j.
7 l.iij. §. ductus.ĩ. de aqua quot.c.ſuper.§. prætereà.de uerb.ſign.
8 c.j.de præſc.in vj.
9 Alex.conſ.vj.j.Bar.conſi. xxxv.ij. Bal.tract.præſcr.v. par.
10 Abb.c. cum apoſtolica. de iis quæ fi.à prælat.
11 gl.l.ſi ſolennis.C.de fid. inſtru.vbi Iac.But.
12 l. prohibemus.extra de decim.
13 bar.l.ſi quis ex arg.§.fi. de eden.
14 doct.d. c. ad apoſtolicæ. vbi Bal.Imol.Butr.Io.Frãc. Balbus d.tract.præſc.
15 Bal.conſ.clxxx.j.
16 l. qui actionem. de reg. iur.
17 arg.l. ſi ſeruus. ĩ. vi bo. rapt.
18 glo. c. ij. verb.non teneris.de dolo,& contu. lib. vj.
19 ſtatuliberos. §. ſtichus. de ſtatulib.Bart. Iaſ.j. opp. partis ij.
20 gl.d.l.ſed & ſi per prætorem.Alex.l.j.§. in operis. ĩ.eo.
21 omne.de re mil. c.duo. xcvj.diſt.
22 c. defleat. de reg.iur.in antiq.
23 l. cum eiuſdem. de æd. edi.vbi Bal.l. quidam. in fi. vbi Raph.de don.
24 Bal. l. iubemus.in fi. C. de teſta.dixi.l.ſi ex falſis.C. de tranſ.
25 inſtit.§.pen.de ſat.tut.l. j.ſi quis ius di.
26 l.poſt quam.verſ.poſſeſſio.vt leg. no.ca.l.ſi finita.§. ſi quis damni.ĩ.tit.j.
27 l.ſi finita.§.elegãter.vbi no.ĩ.tit.j.
28 l.ſi quis ex.§. ex hoc edicto.de eden.
29 l.j.ne vis fiat ei. in prin. & §. hæc verba.
30 d.§.ex hoc edicto.
31 glo.l.harum.ſi ſer.vind. l.pen.§.j.ne quis eum, qui.
32 Bar.l.i.de iur om.iud.
33 d.l.j.§. hæc verba.cũ gl.
34 Bar.l.in actionibus. de in lit. iur.l. iiij. §. ſed & ſi quis.fi.reg.
35 §.vj. opp. partis iij. per Bar.
35 d.l.harum.in fi.



ratur tamen in litem [1]: quoniam ſicut executiones omnes officio iudicis nobili fiunt, mix-
tíque ſunt imperij [2]. quod Alexander tradit, & receptiſsimum, veriſsimúmque eſt, quic-
quid Aretinus [3] Iaſónque quandoque commenti ſint, ita etiam poſſunt per actionem in
III. q. factum explicari: cùm ex re iudicata etiam ſi actio in factum competat [4]. Item quæri-
tur, an cautio hæc cùm fideiuſſore præſtanda ſit? & cùm conſtet non eſſe prætoriam, ſed
iudicialem, conſequens eſt, vt minimè neceſſarius ſit fideiuſſor [5]: hoc enim diſtant iudi-
ciales à prætoriis [6]. Sed an debeat fieri cum hypotheca bonorum? & Bartolus hîc debere
40 cenſuit [7]. quem & Iaſon ſequitur, quæ ſententia † certior eſſet, quando loco fideiuſſoriæ
cautionis dandæ lex ſimpliciter cautionem requirit, tunc enim ſaltem hypotheca præ-
ſtanda eſt [8]. quod Imola & Alexander hîc tradunt. Ego in ſupraſcripta quæſtione haud
quaquam adiiciendam hypothecam arbitror, non enim hæc cautio ideo interponitur, vt
actor ſit magis ſecurus, ſed duntaxat loco patientiæ ſuccedit, per quam quaſi poſſeſsio in
ſeruitutibus acquiritur [9], habétque vim traditionis. Sicut ergo in traditione rerum cor-
poralium non tenetur quis, vt bona ſua obliget, ita nec in quaſi traditione incorpora-
IIII. q. lium, quicquid ſit aliis in caſibus, quos alibi doctores adtingunt [10]. Rurſus hæſitatur,
41 qualiter † in materia legis noſtræ ſecundum decretum interponatur? receptiſsima eſt
ſententia, in actionibus quibuſcunque ſiue in perſonam ſiue in rem perueniri ad ſecun-
dum decretum poſſe [11]. Bartolus cenſet lapſo anno ſtatuendum à iudice certum tempus,
I. intra quod de proprietate reus agat: aliàs ampliùs non audiatur. Sed hanc ſententiam
ego vix probare auſim. Cùm enim reus nihil habeat ædificatum in actoris damnum, nec
II. cum turbet, iniquum eſt excludi eum à iure ſuo vel ad agendum cogi [12]. Adde, quòd
ad ſecundum decretum nunquam peruenitur, niſi aduerſus eum, qui dolo malo latita-
III. uerit [13]. at in caſu legis noſtræ fatetur Bartolus latitationem rei nullam fuiſſe [14]. Nam &
quod ſubdit ante annum non poſſe tale decretum interponi [15], falſum videtur: non enim
compellitur iudex huiuſmodi tempus in ſecundo decreto expectare, ſed terminus ſibi
IIII. prorſus arbitrarius eſt, quod receptior habet ſententia [16]. Sed & quod ait, lapſo tempo-
re ampliùs non audiri, dubitabile admodum eſt: quia alibi lex ait comminationem hu-
iuſmodi à iudice factam non obeſſe, niſi iterata fuerit [17], niſi dicas hoc non procedere
cum hæc comminatio in vim ſecundi decreti fit. Adiicit Bartolus duos alios caſus, qui-
V. q. bus ſecundum decretum interponitur, quos ſupra adtigi. Subiicit idem, quid, ſi pro ſer-
42 uitute aliquo iudicio † poſſeſſorio agatur? & dicit cauendum eſſe, non prout hîc dicitur
non ædificaturum priuſquàm docuiſſet de iure ſuo, ſed non ædificaturum priuſquàm de
poſſeſsione ſua docuiſſet: vt quod dictum eſt de iudicio petitorio extendatur & ad poſ-
43 ſeſſorium, quoties eadem ratio ſubeſt [18]. Ego † non video, cur lex noſtra intelligi quoque
non poſsit, cùm interdicto agitur [19]. etenim, qui de poſſeſsione ſua docet, de iure ſuo do-
cet [20]. Secundum verò decretum interponetur ſtatuendo tempus, intra quod, niſi de pro-
VI. q. prietate docuerit, ampliùs non audiatur, de qua re ſuprá. Rurſus quæritur, quid, ſi
44 pro vſufructu agatur, qualiter huiuſmodi † decreta interponantur? & ſi auctor in quaſi
poſſeſsione vſusfructus eſt quo caſu naturaliter rem poſsidet [21], diſtinguendum eſt ſecun-
dum ſupradicta, vt ſi propter turbationem paſſus ſit damnum, vel potiùs (vt ego ſentio) ſi
reus latitauerat, fiat miſsio in omnibus bonis [22]. aliàs compelletur ad cautionem, &c. [23].
Si verò actor non poſsidet, mittetur in poſſeſsionem iuris petiti [24], & ſic conſequenter
naturalem poſſeſsionem, quam vſufructuarius habet: cogetúrque reus contumax ad ca-
uendum ſecundum legem noſtram, cùm quaſi poſſeſsio vſusfructus ex patientia oriatur,
quam cautio inducit [25]. at ſecundum decretum eodem modo induceretur, ſicut cùm de
dominio in rei vendicatione agitur etenim vſusfructus pars dominij eſt [26], in hócque à cæ
teris ſeruitutibus in rem differt, quòd de eo perinde ac rei portione iudicamus [27]. Sed &
VII. q. illud arduæ quæſtionis eſt, quia cùm de iure merè perſonalis agitur, vt quia aio te filium
ſeruum clientem meum eſſe, vel è conuerſo adfirmo me à tali iure liberum? & perpenden-
45 di videntur tres caſus. Primus, cùm tali † iure agitur, & reus latitat, ſeu citatus negligit
comparere, tunc iudex ſecundum auctorem decernet huiuſmodíque decretum quamuis
primum vim perfectæ tranſlationis habebit, nec aliud ſecundum expectabitur [28]; ideóq;
& à definitiua ſententia appellari poterit [29], quæ tali caſu etiam lite non conteſtata ferri
poteſt. nec dubitandum eſt, quin hoc in libertate hominum procedat, quod etiam ad eccle
ſiarum libertatem non incommodè trahetur. Quid ergo, ſi fauor libertatis ceſſet? &
Bart. generaliter idem cenſet. qua in re ego ſubſiſto: apparet enim ſpeciali fauore per ſena-
tuſconſulta libertatibus fuiſſe ſubuentũ, durúmq; eſt, & aduerſus omnes regulas, vt primo
decreto quiſquã à iure ſuo excludatur [30], ídq; lite non conteſtata [31]. ampliùs ergo cogitan
dum. Secundus caſus eſt, cùm actione in rem agitur, reúſq; ab initio contumax eſt, & tunc
46 ex primo decreto † transfertur onus probandi ſecundum legem noſtram. Si ergo dicam te
ſeruum meũ, & tu ſis contumax, onus libertatis probandę tibi incumbet: quod Bar. cenſuit.
Sed

1 l. qui reſtituere. de rei vend.l.licet.de pet.hæréd.
2 l.iubere.de iur. om. iud. l.non ſolùm.de rei vend.
3 Alex.§. nihil commune. vbi Aret.& Iaſ.
4 l.intra.de re iud.
5 l. ſancimus. C. de verb. ſign.& l.verum.§. videndũ. ĩ.pro ſocio.
6 l.non ſolùm.§. ij.ĩ. eo.l. j.§.ſtip.de præto.ſtip.
7 l.filio.vt leg.no.l.omnes. §.in hac.ij.de epiſ.& cler.
8 l. multis. ante fi. C. de prin.ag.in reb. lib.xij. §. ſi quis aũt pro pecuniaria. in auth.de ſanct.epiſ.
9 l.quoties.ij.de ſeruit.
10 Bal.cõſ.xxv.j. Rom.cõſ. cccc.xlj. Alex.x.ij.xxxv.iiij. & l.diuortio. §. interdũ.ſol. mat.
11 c. quoniam frequenter. §.in aliis.vbi glo.vt lit non conteſt.doct.l.ſi finita.§. Iulianus.ĩ.tit.j.
12 d. l. j. C. vt nem.inuit. aga.
13 d.l.Fulcinius.§.quid autem.
14 ĩ.x.opp.j.partis.
15 d.l.ſi quis emptionis. §. pen. glo. pe.l.cũ proponas. C.de bon.auth.iud.
16 Alex. d. §. Iulianus. Felin. c. conſultationibus. de off.deleg.
17 §.ſi quis autem.in auth. de eccle.tit. vbi Ang. & per Iaſ.l.fi.de feriis.
18 d. l. pen. de aqua quot. doct.l. naturaliter. §. nihil commune.j.not.de acq.poſ.
19 gl.l.iij.§.hoc interdicto. de itin.actuque priua.
20 Inn.c. epiſcopi.de reb. eccl. non ali. Iaſ. d. §. nihil commune.
21 d.l.naturaliter.
22 d.l.is, cuius.
23 d.l.à quo fundus.
24 l. cuiuſcunque.in fi.de vſufr.
25 d.l.quoties.ij.
26 l.iiij.de vſufr.
27 l.cum filij. §. cum dominus.de leg.ij.
28 l. cũ verò. §. ſubuentũ. cum l.ſeq.de lib.cauſa.
29 Felin.c. cum olim.de teſtib.
30 d.§.Iulianus.
31 rubr.vt lit. non conteſt.

Sed & hoc durũ eſt,cùm ſuprà legẽ noſtrã intellexerimus,vt non ideo amittatur poſſeſsio,
& etiam ſecundum cõmunem intellectum caſus legis noſtræ ab iſto differat in lege noſtra
per tranſlationem poſſeſsionis, non tamen grauatur reus,vt probet rem liberam:cùm lex
pro libertate præſumat[1],vt ſuprà vidimus.At in propoſito caſu reus grauaretur onere pro-
bandi ſe liberũ [2], ſicq; maius damnum ex tali decreto ſubiret. Tertius caſus† eſt,cùm reus 47
poſt præſtitam ſatiſdationẽ eſt contumax & ſi adhuc lapſus non ſit annus, poterit interim
iudex cognoſcere,& prout ſibi liquebit,iudicare [3].Si verò iam lapſus ſit annus,amittit reus
ius ſuum & in ſeruitutem trahitur, ídque ex lege Iuſtiniani [4], quam extendit Bar. vt in ca-
ſu quoque contrario locum habeat, vt dominus petens ſeruum,ſi ſit tanto tempore contu-
max, ius ſuum perdat, quod aduerſus Imol. receptiſsimum eſt [5]. ego haud facilè credide-
rim ius vetus à Iuſtiniano abſque vlla verborum effuſione aduerſus morem ſuum cor-
reptum fuiſſe conſtitutionémque tam iniquam eum edidiſſe, vt per contumaciã anni per
deretur libertas cùm aliàs in corporalibus, quibus non adeò fauemus ſolum ius poſſeſsio-
nis amittatur [6]. Et cùm in cæteris cauſis ſi liqueat iudici de bona abſentis cauſa, nihilomi-
nùs pro eo pronuntiet [7], in hac liberali contra libertatem pronuntiari debere credẽdum
non eſt. Et ſanè lex Iuſtiniani alio caſu loquitur, quàm doctores crediderint. Cùm enim
ſtatuiſſet,vt,pendente lite,bona,quæ per reum poſsiderentur, illi relinquerentur, dum ta-
men ſatiſdaret iudicio ſiſti, & ſi aliter non poſſet,iuratoriam cautionem præſtaret. ſubiicit
ſi poſt eiuſmodi expoſitionem id eſt iudicis cognitionem, qui eum ad iuramentum admi-
ſit,abfuerit per annum,priuetur iure ſuo,& hoc non in ſimplicis contumaciæ pœnam,ſed
periurij, & quia beneficium ſibi à legiſlatore conceſſum, ne res ſequeſtro deponerentur,
in occaſionem delinquendi vertit. Cæterùm & illud quæritur, quid iuris ſit cum quis VIII.
agit pro aliquo iure, vt reus caueat ſe daturum vel facturum aliquid? & traditum eſt, ſi ſit
contumax, & cauere * nolit,ídque dolo omne omnino quod intereſt actori reſarciendum 48
eſſe [8], ſi verò citra dolum, tunc differri executionem [9]. quod alibi Bartolus diſputat [10].
Sed quid in caſu contrario, ſi agatur pro libertate alicuius obligationis perſonalis, & IX.
ſi is qui conuenitur, ſit contumax? Natura rei repugnat, vt primum decretum interponi
poſsit [11]: qua † enim in re fiet miſsio: cùm nullam rem petat, ſed potiùs liberari ipſe ve- 49
lit, meritò tali caſu ſpeciale erit, vt lite non conteſtata aduerſus contumacem procedi ad
definitiuam poſsit [12], vt pro eo iudicet,quem cognouerit bonam cauſam fouere [13]. Sanè X.
& illa vtilis eſt quæſtio,cum quis ad officium aliquod temporarium electus eſt, petítque
admitti, & periculum eſt, ne interim tempus labatur, & diſtinguendi ſunt duo caſus. Pri-
mus cum quis ius ex ſimplici electione à ſyndicis facta habet, non cogitur reſpublica præ-
ciſè eum admittere, ſed id quod intereſt præſtando liberabitur [14]. in obligationibus enim
facti * in id,quod intereſt,fit condemnatio: licet ſecùs ſit, ſi ex diſpoſitione legis talis obli- 50
gatio inducta ſit. hócque differant conuentionales à legalibus obligationibus [15]. Item ſe-
cùs ſit in emptore, qui non ſimpliciter eſt obligatus ad factum, ſed ſi eſt dominus, tenetur
dare, id eſt dominium transferre [16]. Igitur tali caſu fit miſsio in bona vniuerſitatis [17], quæ
hac in re æquiparatur priuato. Alter eſt caſus, ſi legis municipalis iuſſu eligendus eſt ali-
quis ex certa domo, & tunc ne durante quæſtione, dies idonea prætereat, debet iudex
contrahere dilationes, & intra modicum tempus decretum interponere [18]. ídque expediri
hoc caſu poterit,quamuis nulla interueniat latitatio [19]. Quòd ſi de re agatur,quæ æſtima-
tionem non recipiat, non decretum, ſed diffinitiua ſententia feretur, tametſi non conte-
ſtata lite, quod ſuprà dixi [20]. Et hæc quidem vera ſunt, in iis quæ curſu temporis pereunt,
id eſt, quæ perſonæ præſtationem intra certum tempus coarctatam requirunt [21]. Quòd ſi
ad † certum tempus coarctata non ſit. Secùs eſt [22], transfertúrque dies lapſa in ſequen- 51
tem, quod aliqui veteres cenſuerunt [23]. Idem ſi legis interpretatione dies præfixa dila- I.
tionem habeat, ſatis eſt termino legali expediri munus poſſe [24]. Sed & ſi dolo vniuerſi- II. III.
tatis impediuit,videtur actorem eligere poſſe,vt tantundem temporis ſibi reſarciatur quo
magiſtratum ſuum obeat [25]. Sed & fauore libertatis à quibuſdam traditum eſt tempus IIII.
lapſum reſtitui, & pro eo haberi, ac ſi temporis curſus nihil mutaſſet [26]. quod ego alibi
tractaui. Sed & quoties non operæ,quæ curſu temporis mutantur,ſed factum ipſum ſim V.
pliciter conſideraretur,receptum eſt factum adhuc præſtandum, quamuis ſtatuto tempo-
re iam præſtari nequeat [27]. Cæterùm & illud quæſtionis eſt, cum monachi abbatem XI.q.
ſuum nolunt agnoſcere, contumacéſque ſunt, quid ei ſit agendum, & cum hîc de ſtatu
agatur, cuius nulla eſt æſtimatio, poterit, quamuis lite non conteſtata, ad difinitionem
procedi [28], quod ſuprà vidimus receptiſsimúmque eſt [29]. Poſtremò quærit Bartolus in XII.q.
interdicto, vti poſsidetis, quemadmodum ad primum, itémque ſecundum decretum pro-
cedatur. & † diſtinguenda eſt cauſa interdicti. Si enim ideo agitur, quia iam quis tur- 52
batus fuerit, petátque quod hoc nomine ſua intereſt [30], tunc eodem modo interponetur
decretum quo aliis in perſonalibus actionibus, quibus quantitas petitur. Si verò agatur,
quia

1 d.l. altius.
2 l. circa. de proba. §.
3 l. diui. in fi. de lib. cau.
4 l. pen. §. pen. C. de adſer. toll.
5 Alex. & Iaſ. hîc.
6 d.l. ſi quis emptionis. §. pen.
7 l. conſentaneum. C. quomo. & quando. iud.
8 l. ij. de euict. l. ex empto. §. etiam. de act. empt.
9 l. locum. §. cõdemnatio. de tab. exhib.
10 Bar. d.l. ſi finita. §. elegãter. in fi.
11 Bar. d.l. ſi finita. §. Iulianus. verſ. quæritur etiã glo.
12 l. ſi qs ſuper. vbi Bar. c. fi. auth. ſi omnes. C. ſi vt ſe ab hæred. abſt. c. cum olim. de teſtib. vbi Felin.
13 glo. ij. c. fi. de off. iud.
14 l. ſtipulationes. verſ. Celſus. de verb. obl.
15 l. ſi cũ exceptione. §. ſed & ſi quis. quod met. cauſa. Iaſ. hîc.
16 l. cum manu. §. fi. de contrah. empt.
17 d.l. is cuius. & l. fi. quod cuiuſque vniuerſ.
18 arg. l. j. de glan. leg. l. fi. de meis. §. fi. de arb. Iaſ. hîc.
19 Felin. c. conſultationib. de off. deleg.
20 d. auth. ſi omnes. d. c. cũ olim. de teſtib.
21 l. ſi vſusfructus mihi in biennium. de vſufr. leg. l. fi. §. quotiens. de publica. vbi Bar.
22 l. j. ſeruus. §. ſeruus. de ſtatulib.
23 Ioan. Andr. in ſpec. de pign. glo. durat.
24 l. iij. §. ſi quis hæredi. de ſtatulib.
25 arg. l. ſi plures. §. fin. de vi & vi arm.
26 l. Paulus. §. caius. de lib. cau. Felin. c. fi. de iudiciis.
27 & ideo vbi dixi. de verbor. oblig.
28 d. auth. ſi omnes. l. ſi quis ſuper. C. ſi. reg.
29 Alex. d. §. Iulianus.
30 l. ſi duo. §. pen. vti poſſ.



quia aduerſarius naturalem poſſeſsionem abſtulerit [1], fiet miſsio in eam poſſeſsionẽ,quod
& receptum eſt, cùm interdicto recuperandæ poſſeſsionis quis experitur. Sed ſi ſimplici-
ter agatur, ne reus actorem inquietet, petátque actor declarari ſe potiorem in poſſeſsione
eſſe,tunc cenſuit Barto. primum decretum interponi debere transferendo onus probatio-
nis in contumacem,ſecundum verò interponetur, prout ſuprà in confeſſoria dictum eſt [2].
Quæ ſententia dubia eſt:hoc enim modo primum decretum ſuperfluum eſſet: cùm enim
præſupponamus actorem poſsidere,omnino onus contrarium probandi ad reum pertine-
bat [3], niſi dixeris iam incipiet clarum eſſe hoc ipſum quod priùs propter rei inquietatio-
XIII. nem erat ambiguum. Supereſt admodum vtilis Alexandri quæſtio, an confeſſoria & ne-
quæſt. gatoria pro omni iure incorporali competant, † putà pro exigendis vectigalibus, capita-
53 tionibus,embateutico, quod pedagium vocant,iure eligendi & ſi qua ſimilia? & Doctores
communiter concludunt ſupraſcriptis caſibus vtiliter confeſſoria agi poſſe [4].quæ ſenten-
tia ſat probabilis eſt,tametſi nulla defendatur lege. Excipiuntur tamẽ tres caſus. Primus,
quando non ſolùm quis tenetur patientiam præſtare,ſed etiam ad aliquod factum: tunc il-
lius facti ratione non agetur confeſſoria. vnde ſi ſacerdos petat decimam,eámque in agro
velit accipere,aget confeſſoria, vt colonus ſinat auferri [5].quòd ſi vlteriùs petat eam ad do-
mum ſuam deferri,condictione ex canone agendum erit [6].idque Alber. & Puteus tradide-
runt [7].nec enim confeſſoria ad onera perſonalia competere poteſt. Alter eſt caſus,cùm ius,
ad quod agitur,publicæ facultatis eſſet. Si ergo quiſquam vetet me viâ publicâ ire, nõ con
feſſoria,ſed officio iudicis experiendum mihi erit [8]. quod eleganter à Bald. traditum eſt [9].
Poſtremus eſt caſus quando ad huiuſmodi iura ab eo ageretur, qui dominus non eſſet [10].
Confeſſoria enim non niſi domino competit, vt ſuprà vidimus:ideóque qui eam intentat,
tenetur in libello allegare ſe dominum [11]. Qua ratione & negatoria non competit,niſi ad-
uerſus eum qui de ſeruitute contendat, dominiúmque rei velit imminuere quod ſi ius ali-
XIIII. quod perſonale prætendat alia actione conuenietur [12]. Nouiſsima eſt Iaſon. † diſputa-
quæſt. tio,cùm ſuprà dixerimus quamlibet rem liberam à ſeruitute præſumi, an inde conſequens
54 ſit, vt & à feudo libera præſumatur? Eſt enim clientelare hoc ius quædam ſeruitutis ſpe-
cies [13]. Et ex ſupraſcriptis conſtituendum eſt præſumi rem liberam, & nemini ſeruitutem
debere,non fidelitatis,non cenſus,non canonis, non cuiuſlibet alterius oneris [14]. quod eo
vſque verum eſt, vt quamuis conſtet aliqua officia exhibita principi territorij fuiſſe, non
tamen præſumatur ei tanquam domino beneficij præſtita [15], ſed potiùs tanquam ſupe-
riori & ad maieſtatem eius communiter obſeruandam [16]. Non tamen hæc perpetua ſunt.
I. Quid enim, ſi huiuſmodi actus ſint, qui propriè ad naturam feudi pertineant? qua-
lis eſt petitio inueſtituræ [17]. præſumendum enim ea ex cauſa factam: quia cliens is eſ-
ſet, niſi tamen alia cauſa præceſsiſſet [18], vel modico tempore huiuſmodi officia præſti-
ta fuiſſent [19], vel is, qui præſtitiſſet rem ipſam non poſſediſſet, non oberit hoc poſſeſſo-
II. ri [20]. Sed an idem in iuriſdictionibus & dignitatibus ſit? & videretur præſumi eas be-
neficiarias eſſe. cùm reſpectu iuriſdictionum fundata ſit principis in omni ſuo territorio
intentio [21], ídque ſatis ſentit Butrigarius & Tudiſcus [22], niſi cum appareret præſcriptio-
ne tutos eſſe huiuſmodi clientes [23]. quo caſu non tamen præſcriptioni locus aduerſus ma-
III. ieſtatem, id eſt, ius ſuperioritatis eſſet [24]. Quæ ſententia & ad eccleſiarum iura produ-
55 cenda eſt, vt quælibet eccleſia ſubiecta * Epiſcopo ſuo cenſeatur, habeátque is fundatam
in vniuerſa diœceſi intentionem [25]. Addit Baldus præſumi eccleſiam, quod ad ius epiſco-
IIII. pale adtinet,neminem alium habere patronum,quàm epiſcopum [26]. Sanè,cum iure no-
ſtro omnia prædia prouincialia tributaria ſint [27], conſequens eſt, vt in eis quod ad tribu-
V. tum adtinet,pro principe præſumatur [28]. Enimuerò,quoties coniecturæ adſunt, quæ ve
riſimiliter indicent rem eſſe feudalem, credendum eſt libertatis præſumptionem illis eli-
di, vt ſi vetuſtiſsima ſit fama quæ hoc ſuadeat [29]. In antiquis enim quæ ſuprà commu-
56 nem hominum memoriam ſunt, fama * probationem facit [30], quod Alexander reſpon-
VI. dit, qui & idem eſſe ait, ſi verbis narratiuis principis hoc proberetur [31]. Addo ego idem
quoque eſſe, ſi conſtaret anteceſſorem ea bona titulo feudi poſſediſſe, præſumuntur enim
VII. eodem iure in ſucceſſorem perueniſſe [32]. Sed & ſi conſtaret me eſſe Principis clien-
tem, íſque me interpellaſſet, vti oſtenderem pro quibus bonis & in fide eſſem, niſi ſpe-
cialiter id à me factum ſit, præſumar [33] omnium, quæ habeo, ratione ei teneri, ſicque vni-
uerſa bona mea cenſebuntur feudalia, niſi tamen iuſtam cauſam ignorantiæ allegaue-
VIII. rim. qua de re alibi [34]. Subiicit hîc Iaſon,quoties iuriſdictiones,vel penſiones aliquæ ab
eccleſia impetratam proponuntur, præſumi in feudum conceſſas [35]: cùm enim res eccle-
57 ſiæ * alienari non poſsint, credibile eſt in clientelam conceſſas eſſe [36]. quod defendi poteſt,
ſi adpareat rem prima origine ab eccleſia perueniſſe: aliàs præſumetur in dubio cenſus à
domino illi rei impoſitus & eccleſiæ donatus [37].

1 l. clàm. §. qui ad nũdinas. de acquir. poſſeſſ.
2 §. quæſt. iiij.
3 l. fi. C. de rei vend.
4 Iaſ. Alex. hîc. & l. ſi publicanus. §. fi. de publica.
5 cap. tua nobis. vbi glo. de decimis.
6 c. reuertimini. xvi. q. j.
7 l. Caius. de ann. leg.
8 l. denuntiamus. C. de his, qui ad eccle.
9 Bal. l. quibus. in princ. de cond. & demonſtr.
10 l. ſi ego. §. j. de publicia. Abb. c. examinata. de iud. j. ſol.
11 l. ij. ſi ſer. vend. Bart. l. harum. eod. tit.
12 gloſ. l. apud Trebatium. verb. impediri. & verb. non eſt. ī. rit. ij. gl. l. ſi cum meus. in fi. ſi ſer. vend.
13 glo. l. ſi vſusfruct. j. de vſufruct.
14 c. nimis. de iureiur. vbi doct. c. fi. de iudic. verb. reſpondere. vbi doct. Iac. tract. feud.
15 d.l. Caius. vbi Din. & Alberic.
16 l. non dubito. verſi. hoc enim. de capt. c. le. paſtoralis. §. rurſus. de re iud.
17 ca. j. §. ſi verò. quid ſit inueſtir.
18 Bal. l. j. de rer. diui.
19 l. ſi certis. C. de pact.
20 l. Pomponius. quib. mo. vſusfruct. amit. præpo. rub. de feud. verſi. xv.
21 arg. c. ſi diligenti. de præſcrip. vbi Abb. in prin. Bald. c. cum venerabilis. eod. titu.
22 in d. c. nimis.
23 c. cùm ex officij. de præſcrip. vbi docto.
24 arg. l. competit. de præſcrip. xxx. vel xl. ann.
25 c. omnes baſilicæ. xvj. q. vij. l. j. §. cum vrbem. de offi. præfect. vrb.
26 Inno. & Bal. c. venerabilis. de except.
27 l. fin. C. ſine cen. vel rub.
28 l. forma. de cenſib. l. imperatores. de publican.
29 gl. l. at qui. §. ij. de nego. geſt. verb. committat.
30 ca. veniens. j. de teſtib. l. pe. §. de prob. Alex. cõſi. clv.
31 cle. j. de prob. l. cùm res. vbi Bal. C. de prob.
32 Barb. conſi. xvij. lib. ij.
33 l. Titius Sempronij. de act. emp. vbi Alb. & Fulgo. Iaſ. l. ij. q. xiij. de iu. emphy.
34 c. j. §. vaſallus. j. ſi de feu. fuer. controuer. vbi Præpoſ. & Bal. conſi. ccxxv. j.
35 c. ad audiẽtiam. vbi Bal. de præſcript.
36 c. j. qui feu. da. poſſ.
37 Albe. & Iaſ. d. l. ij. Inn. & Bal. c. fi. de cau. poſſ.

## DE DONATIONIBVS RVBRICA.

### SVMMAE.

1 ☞ *Donat rectè, delinquens. 4. 6.*
9 *Alienata à reo ex cauſis reuocari. 12. 28.*
13 *Donata vxori, niſi ex cauſis, irreuocabilia. 15. 17. 18.*
20 *Alienatorum pretium ex cauſis reddendum. 21. 36.*
24 *Fiſco onus non excludi: ne damnum det.*
26 *Generali damnoſa, aut iniqua non contineri.*
29 *Fraudis præſumendæ modi. 40. 42. 47. 49. 52. 54. 63.*
31 *Confeſſum tertio non obeſſe. 33.*
34 *Præſumptionis elidendæ cauſæ. 35. 46. 59. 62. 68. 72.*
27 *Ludo perdita reuocabilia.*
38 *Reuocatoriam ad futura bona non dari.*
39 *Reuocatoriam negari agnatis.*
41 *Fraudis præſumptio inter coniunctos ex cauſis ceſſat.*
42 *Coniunctos variè accipi.*
43 *Fraudem perſeuerantiâ argui: quandoque ceſſare.*
48 *Fraudem coniectare ſat non eſſe probanda eſt igitur.*
50 *Clam quid variè ſit. 51.*
53 *Incontinenti, arbitrarium eſſe. eiúſque vis. 56. 58.*
60 *Fraude caret iure ſuo vſus.*
65 *L. Sed ſi. de don. int. vir. ſenſus.*
69 *Paciſci in caſum proſcriptionis poſſe. 70.*
71 *Donari incapaci rectè in caſibus.*

POST CONTRACTVM. Donatio † igitur à reo 1
criminis capitalis, cuius pœna ſit bonorum confiſcatio valet, an-
te enim quàm condemnatus ſit, liberam bonorum ſuorum admi
niſtrationem habet [1]. Nec me mouet, quod is, qui delinquit, * ſe- 2
cundum tempus delicti obligare ſe pœnę videtur [2], vt meritò pœ
na donatione potior videri debeat. Reſpondeo enim hunc taci-
tum fictúmque conſenſum cõtra donationem nihil operari, quæ
ciuili, naturalíque obligatione munita eſt, verúmque cõſenſum
habet [3]. Fortiùs obſtat, quòd ſequuta ſententia condemnatoria
deberet retrò fingi donationem non valuiſſe [4]: ídque Odofred. de Plano fatetur [5]: ſed cæ-
teri vno ore negant: quia verba legis noſtræ violantur. nec enim valerent donationes, vt
lex ait, ſed in ſuſpenſo ſtarent [6], & participium, ſequuta, præteriti temporis non ſatis conue
niret. Nec verum eſt in præiudicium donatarij, cui ius interim quæſitum eſt, ſententiam re-
trò trahi [7]: quia quamuis delinquentis reſpectu ad tempus delicti reſpiciamus [8], quod ta-
men ad id, quod pecuniariter tertij intereſt adtinet, tempus ſententiæ ſolùm inſpicimus [9].
Et licet lex * dicat fiſcũ ſemper ius pignoris habere [10], tamen, cùm pignus obligationi ipſi 3
ſit acceſſorium, non priùs naſcitur, quàm ipſa obligatio. Conſtat autem à die ſententiæ dũ-
taxat incipere obligationem: quod alibi Bart. tradit [11]. Sunt autem verba legis noſtræ ge-
neralia, vt ante ſententiam facta donatio valeat. Vnde † cõſequens eſt, vt quamuis iam I.
accuſatus ſit reus, nihilominùs donare poſsit. non enim debet accuſatio impedimẽto cui- 4
quam eſſe: quin de rebus ſuis arbitratu ſuo diſponat [12], cùm ius accuſandi omnibus conceſ-
ſum ſit, ídque Bartol. infrà ſenſit, receptúmque videtur: nec enim fiſcus * ius aliquod in re- 5
bus accuſati prætendit ante ſentẽtiam, vt interim poſsit videri dolo facta alienatio [13], imò
potiùs pro accuſato præſumitur eum innocentem eſſe [14]. quod intelligendum niſi reus au-
fugerit [15]. Nam ſaluis caſibus exceptis de quibus infrá [16]. Itémque ceſſantibus coniecturis
doli quas mox explicabimus. Rurſus conſequens † eſt, vt idem ſit, etiam ſi nomen accu- II.
ſati inter reos ſit receptum. quod Bartol. infrà cenſuit. litis enim conteſtatio hac in cauſa 6
criminali non ſuper bonis fit, ſed ſuper ipſo crimine [17]: ideóque cùm res non efficiantur li-
tigioſæ, non debet alienatio impediri [18]. Videntur tamen doctores hoc caſu concedere a-
ctionem * reuocatoriam fiſco, tanquam prẹſumatur talis alienatio in eius fraudem facta [19]. 7
nam & aliàs videmus alienatione poſt litis conteſtationem facta faciliùs fraudem præſu-
mi [20]. Et alibi traditur, quibus caſibus criminis * executio in hæredem tranſit, iiſdẽ & alie- 8
nationem prohiberi [21]. Clarum autem eſt, lite cõteſtata, judicium in hæredem reddi [22]: niſi
dicas in criminibus exceptis hoc duntaxat procedere. Ego ſimpliciter Bar. ſequor, vt ſola
conteſtatione non præſumatur fraus, neque reuocatoria competat, niſi aliæ quoque con-
iecturæ fraudis accedant [23], quas infrà attingam. Excipiuntur à ſupràſcripta regula quin-
que caſus. Primus † hîc ponitur, cùm alienatio poſt ſententiam facta eſt. quod intelligen I.
dum de ſententia, quæ in rem iudicatam tranſierit. amiſit enim reus dominium: ideóque il- 9
lud in alium transferre non poteſt. Quid ergo erit, ſi à condemnatione pẽdeat appellatio?
& Imo. Pontanúſque valere donationem cenſuerunt: cùm enim ſuprà concluſerimus poſ-
ſe eam fieri, pendente iudicio principali, ſequitur, vt, & pendente appellatione, valeat [24].
Quæ ſententia defendi poteſt, ſi interim reus deceſſerit: morte enim extinguitur * iudi- 10
cium [25]. alioquin præſumptio quæ pro ſententia eſt, etiam videtur probabiliter metũ indu
xiſſe: ne fraudem ſuſpicaretur [26]. Sed quid, ſequuta ſentẽtia confirmatoria, & re iudicata,
quomodo retractabitur donatio? & reuocari officio iudicis per viam attẽtati Bar. & Picus
& non pauci alij tradiderunt [27]. Sed Imo. & Pont. adtentatũ id dici, quod fieri licitè interim
potuit:

1 l. aufertur. §. in reatu. de iure fiſ. l. reo. de ſolu.
2 l. Imperatores. de iure fiſ. vbi Bart.
3 arg. l. eius, qui. de iure fiſ. l. priuilegia. de priui. cred.
4 argu. l. ſi quis poſt. C. de bon. proſcr. vbi Ang.
5 l. qui pœnæ. verſi. ſed nec rei. de manumiſſ.
6 arg. l. fin. com. præd. l. res vxori. C. de don. inter vir. & vxorem.
7 Bar. §. & quid ſi tantum.
8 l. j. de pœnis.
9 l. pe. ſi ex nox. cau. ag.
10 d. l. aufertur. §. fiſcus.
11 l. in fraudem. in princ. de iur. fiſ. l. ſi. de iniur.
12 l. defenſionis facultas. C. de iur. fiſ. lib. x.
13 l. dolo. ad leg. Falci. l. diuus. de pet. hæred.
14 l. abſentem. de pœ. l. qui accuſare. C. de edendo.
15 l. ſi. in ſi. de req. reis.
16 l. ex iudiciorum. de accuſat. docto. c. cum ſecundum. de hæret. lib. vj. Ang. Sal. l. ſi quis poſt. C. de bo. proſcrip.
17 l. quãquam. §. Iulianus. in gloſ. iudicium. de aq. plu.
18 Guil. l. non ſolum. in fin. de reſt. in integ.
19 gloſ. d. l. & iudiciorum. verb. alienari. docto. dic. l. ſi quis poſt. & l. ſi aliquis. j. tit. j. Pau. hic.
20 l. alienationes. §. famil. erciſc. l. chirographis. in fi. de admi. tut.
21 l. donationes. §. fi. j. eod. d. l. ex iudi. verſi. adeò.
22 l. j. C. ex delict. defun.
23 l. ſi. de bon. eorum.
24 l. poſtquam. §. Imperator. vt leg. no. l. ſi quis filio. §. eius, qui. §. ſeq. de iniu. ru.
25 l. ſi. C. ſi reus vel accuſ. d. l. qui à latronibus. in ſi.
26 d. l. ſi. §. fraudis.
27 argu. d. l. chirographis. §. fina.



potuit: ideóque ipſi ſolùm remedia ordinaria cõcedunt. nempe actionem reuocatoriam
vel conditionem ex lege [1], quandoque & rei vendicationem: cùm dominium ipſo iure in
fiſcum tranſit [2]. Ego via executiua reuocari poſſe cum veteribus ſentio [3], quod & Caſtr.
hîc tradidit. vt ſicut in cauſis ciuilibus ſi actione perſonali res aliqua petatur, ſentẽtia con
11 tra ipſum auctorem lata aduerſus particularem ſucceſſorẽ executioni * mittitur [4], ita & in
hac criminali dicamus, ídq; ſiue in primo iudicio ſiue pendẽte appellatione donatio ſit fa-
cta [5]: licet ſi facta ſit pendente appellatione, faciliùs fraus præſumatur. Nec obſtat quòd
ſuprà diximus, bona non effici litigioſa [6]: quia verum eſt propriè loquendo: vnde & ſta-
tim reuocari alienatio non poteſt, ſed ex euentu litis iudicabitur, vt confirmata ſententia
executio ad eam porrigatur tametſi & aliter Iuliani reſponſum aliqui intellexerint. qua
II. de re alibi [7]. Alter caſus eſt, cùm † donatio eiuſmodi fuit, vt non niſi morte, confirme-
12 tur [8]: qualis eſt ea, quæ mortis cauſa facta ſit talis enim indiſtinctè, ſequuta condemnatio-
ne, infirmatur, etiam ſi ante crimen ſit facta. cùm enim in vim vltimæ voluntatis dunta-
xat valeat [9], conſtat ſuprema elogia capitali ſententia infirmari [10]. A qua tamen ſenten-
tia excipitur ille caſus, cùm maritus mortis cauſa vxori donauit [11]: condemnatione enim
tanquam morte ciuili confirmatur in vxoris vtilitatem; quam cenſuit legiſlator ante fiſ-
I. cum eſſe: ídque impudicitiæ præmium [12]. Quod ſi non ciuili, ſed naturali morte maritus
obiit, tunc nulla eſt confirmatio [13]: ídque Iacob. Oldr. Odofred. Cin. Alberic. hîc tradide-
II. runt, quæ ſententia nec bona ratione innititur, nec verbis his conſentanea [14]. Bar. Ang.
Sal. aliter, vt donatio inter coniuges ante fiſcũ ſit, & naturali quoque morte confirmetur,
niſi maritus ex crimine damnatus atrociore ſit, qualia ſunt, quæ etiam memoriam nomi-
nis poſt mortem obolent [15]. Sed cùm lex etiam de eo ſimpliciter loquatur, qui ſibi mortem
conſciuit, qui ſolùm præſumpti delicti reus eſt [16]. videretur haudquaquam hanc atrocita-
tem perpendi, ne rurſus plus pœnæ præſumptioni irrogẽtur, quàm veritati [17]. quod & ſenſit
III. Accur. [18] Imol. & Pont. diſtinguunt, an donatio vxori poſt contractum crimen facta ſit,
vt tunc non valeat [19], an verò ante patratum facinus, & valeat [20]. aítque Picus idem & om
nes recentiores ſentire. Sed hoc modo nulla eſſet differentia inter donationes coniugum,
& extraneorum: cùm poſt perpetratum delictum ex quo memoria poſsit damnari, perda-
tur adminiſtratio, & indiſtinctè donatio infirmetur [21], & tamen lex manifeſtã differentiam
conſtituit [22]. Prẹtereà haudquaquam probabilis eſt differentia, an ante patratum ſcelus, an
poſt donatum ſit, cùm regula legis noſtrę indiſtinctè procedat, léxque ſolùm conſideret, an
ante præſcriptionem, & ſic latam ſentẽtiam, ſit donatum [23]. alibíque ſimpliciter requiritur
14 ante reatum fieri [24]. Eſt autem reatus * non crimen, (vt vulgò putant) ſed habitus ipſe &
conditio eorum qui inter reos recepti ſunt, vel condemnatorum, vel in eo laborantium. ne
iamiam condemnentur [25]. quod Parergωn lib. I I. cap. x. docui. vnde & Martialis,

*Si det iniqua tibi triſtem fortuna reatum,*
*Squallidus hærebo pallidiórque reo.*

IIII. Ego propter præſumptum amorem coniugalem & præmiũ pudicitiæ mulierem † ante
15 fiſcum eſſe arbitror [26]: niſi cùm viri memoria damnata eſt: retrò enim hæc ſententia aduer-
ſus donationis confirmationem fingit: aut ſibi vir metu criminis manus intulit. æquipara-
tur enim hic caſus dãnationi memoriæ [27], quod aliàs ex Artemidoro docui Parergωn lib.
vj. c. xxvii. & cùm de eo poſt mortem quæri poſsit [28], ſequitur, vt interim facta donatio ſit
nulla [29]. & ideo videtur talis donatio in fraudẽ fiſci facta: nõ quod vxorẽ munerare volue
rit. vnde hi caſus æquiparãtur [30]. Sed quid in donatione, quæ à patrefa. filio facta ſit? & Imo.
16 nullam eſſe cenſuit ſi facta poſt crimen ſit. Ego talẽ donationem * ſola morte patris confir-
mari ſcio [31]: & ideo indiſtinctè nullã eſſe arbitror, etiam ſi ante crimẽn ſit facta [32]: niſi tamẽ
iuramento confirmata ſit, tunc enim idem iudicabimus. Quòd ſi extraneo facta propone-
retur, quod & de donationibus inter coniuges dicendum eſt, ſi acceſſerit iuramentum. con
III. firmantur enim non expectata morte, vt receptior eſt ſentẽtia [33]. Tertius caſus eſt in ma
17 numiſsione, † quæ nulla eſt, ſi à facinoroſo celebrata ſit, quãuis nondũ cõdemnato [34]. quod
Bart. cenſuit, vt quia difficiliùs data ſemel libertas reuocatur, difficilius quoque conceda-
tur [35]. Alij tamẽ magis frequenti calculo [36] hoc non probant [37] vt deterioris ſit cõditionis da
tio libertatis quàm aliarum rerum [38]. Ego tamen Bar. ſententiã defendi poſſe puto ſi reum
intelligamus, qui in reatu ſit & de deſperatione rerum: quia lex illa ſimpliciter vetat, ne rei
manumittere poſsint, nec diſtinguit, ſubſit fraus, nécne, & quia videmus libertatẽ in frau-
dem creditorũ datam ipſo iure nullã eſſe [39], cùm tamen aliud in alienatione cæterarũ rerũ
ſit: quę ſi in fraudem facta ſit, ſolùm reuocatoria actione creditori cõſulitur [40]. apparet igi-
tur dationẽ libertatis difficiliùs induci, quia & difficilius, vt dixi, reuocatur: quod & Caſtr.
IIII. hic ſentit [41]. Quartus caſus eſt in criminibus † exceptis propter atrocitatem, quæ Ac-
18 curſ. alibi enumerat [42]. in iis enim dominium ipſo iure à tempore cõmiſsi delicti in fiſcum
tranſit [43]. meritò non poterit reus donare, quod non habet [44]. vendicabit ergo fiſcus huiuſ-

1 d. l. defenſionis facultas. vbi Bart.
2 Salic. d. l. ſi quis poſt. l. imperator. vbi Bar. de iure fiſc.
3 Cin. d. l. ſi quis poſt. Iaco. Cin. Alberic. d. l. res vxoris. Iac. Din. Oldr. Alberic. hic.
4 l. fin. C. de litig. vbi Bart.
5 l. fi. C. ſi reus vel acc. mor.
6 argu. l. ſi inſtituta. §. pen. de inof. teſt. l. Imperatores. in fi. de app. c. l. j. de ſeq. poſſ.
7 l. j. §. de litig. vbi Bar. Fil. c. dilectæ. de except.
8 l. ſi aliquis. §. titu. j. l. cùm hic ſtatus. §. ſi maritus vxori. verſi. quamuis. de donat. inter vir.
9 l. Marcellus. §. tit.
10 d. l. eius qui. de teſtamẽ.
11 l. ſed ſi mors. de dona. inter vir.
12 d. l. res vxoris.
13 l. cùm hic ſtatus. §. ſi maritus vxori. de don. inter vi.
14 d. l. res vxori. verſic. tanquam.
15 d. §. ſi maritus.
16 l. j. §. j. de bo. eorum.
17 l. qui ad certum. loc. Iaſ. kij. in fi. C. qui teſt. fac.
18 l. quiſquis. §. vxores. cũ glo. C. ad leg. Iul. maieſt.
19 d. §. ſi maritus.
20 d. l. res vxoris. vbi gloſſ. & doctores.
21 l. quæſitum. ff. qui & à quib. d. l. donationes. in fin. j. eod. tit.
22 dict. §. ſi maritus. verſic. quamuis.
23 d. l. ſi quis poſt. verb. ante præſcriptionem. & in gl. legitime. & gl. vẽdicauerit.
24 d. l. res vxoris.
25 d. §. fraudis. vbi glo. & l. fi. ad leg. Iul. maieſt. verſicu. ita demum. l. ſi diutino. de pœnis.
26 d. l. res vxoris.
27 l. liberorũ. §. non ſolent. de his qui not. infa.
28 c. pe. C. ſi reus vel accu.
29 l. donationes. in fi. j. eod.
30 l. qui à latronibus. §. j. in glo. de teſta.
31 l. antepen. C. de do. inter vir. l. in donationibus. ad legem Falcid. C.
32 d. l. ſi aliqs. d. l. eius, qui.
33 doct. l. pacta, quæ contra. C. de pact.
34 l. qui pœnæ. de manum. verſic. ſed nec rei.
35 l. fi. C. de pet. hæredi.
36 l. ſi ex cauſa. § fi. de min. l. Papinianus. in fi. de inoffi. teſtamen.
37 Din. Iac. Alberic. Plum. Imo. Rom. Pic. hic.
38 l. j. C. de ſer. com. man. d. l. ex iudiciorum. verb. manumittere à ſpeciali.
39 inſt. ex quib. ca. man. nõ li. §. i. in princi.
40 §. item ſi quis. inſtit. de action.
41 l. generaliter. §. fi. qui & à quib. man.
42 d. l. ex iudiciorum.
43 c. cum ſecundum. de hæret. in vj. authẽt. inceſtas. C. de inceſt. nupt. l. commiſſa. de publica.
44 l. nemo plus. de reg. iur.

modi bona tanquam dominus à quocunque poſſeſſore. ídque etiam non reſtituto pretio[1].
Ad hanc ſpeciem etiam pertinet, quando dominium ipſo iure non perditur, ſed impe-
ditur duntaxat adminiſtratio[2]. quantum enim ad hoc adtinet, æquiparantur hi caſus[3].
Ecce in crimine læſæ maieſtatis* aut quis ex primo capite reus eſt, vt quia in perſonā prin 19
cipis proditorio modo conſpirauit, & incontinenti perdit dominium[4]. quod Dinus cen-
ſuit. aut contra ſtatum tanquam publicus hoſtis venit, & perditur dūtaxat adminiſtratio[5],
quo caſu Bartoli ſentētia Dino aduerſantis communiter recepta eſt[6]. Aut aduerſus alia I.
capita legis Iuliæ fecit & interim nihil perditur[7], ſed regulæ legis noſtræ locus eſt, exceptis
tamen libertatibus vt ſupra dixi. Sed quid, ſi alienatio fieret ex cauſa neceſſaria, putà II.
pro alimētis, & defenſione, patrocinióque? & quamuis interdicta ſit adminiſtratio, tamen
valebit alienatio, quod Barto. hîc tradit[8], licet aliàs excepto hoc caſu ſolui reo nō poſsit[9].
Addunt Salic. & Imol.[10] valere alienationem etiam quando dominium eſt ipſo iure amiſ-
ſum: ne diſpoſitio generalis bonorum publicatoria ad caſum iniquum trahatur, ne quis
poſsit ante ſententiam ali, vel aliàs defendi[11]: videmus enim idem eſſe etiam in cæteris
cauſis, cùm quis rem ſuam petit[12]. Vnde inferunt hîc Iacob. Puteus[13] alienationem valere,
quæ ob dotem filiæ ſit facta. quod intelligit Picus, caſu quo vel à fiſco dotanda fuit. Ego ta-
men iis caſibus alienationem non valere arbitror: quia non potuit reus dominium trāſfer-
re quod non habebat[14]. Puto † tamen fiſcum non audiendum: niſi reſtituat pretium, cùm 20
in eius vtilitatē verſum cenſeatur, debuit enim fiſcus interim eum alere & pecunias defen
ſionis ſubminiſtrare[15]. Sed quid, ſi alienatio † titulo oneroſo facta eſt, vt quia aliquis bo- III.
na fide emit ab eo, qui clàm deliquerat? & conſtat alienationem non valere[16]. videtur tamē 21
teneri fiſcus ad reſtitutionem pretij, quod aduerſus Bartol. non pauci tradiderunt[17]. Lex
enim etiam tali caſu ſolùm fraudulentas venditiones inhibet[18]: imputandúmque eſt Prin
cipi ad cuius curam pertinet delinquentes perquirere, & clàm commiſſa detegere[19]. non
autem debet lucrum facere aduerſus eum, qui in probabili eſt ignorantia[20]. quod multis
exemplis oſtendi poſſet[21]. nam & lex ſimpliciter ait in caſibus exceptis ſolui reo per debi-
tores non poſſe[22]. & tamen ſi ſoluant, propter probabilem ignorantiam liberantur. quod
Salice. ibi docet[23]. Sic & fiſcus habet hypothecam tacitam in delinquentis bonis[24]. & ta-
men reſpectu creditorum nullam cenſetur habere, ne eis fiat præiudicium[25]. Sic, qui con-
trahit cum exule, & hoſte publico, ſecundum regulas iuris nihil agit, & tamen ſi ſit tolera-
tus propter iuſtam ignorantiam, auxilium impetrat[26]. Sic & videmus, quotieſcunque prin
ceps* ex iuſta cauſa rem alicui abſque eius culpa aufert, teneri ad pretium[27]. Sic & qui pa- 22
ciſcitur, ne quicquam euictionis* nomine præſtet ad pretij tamē reſtitutionem tenetur[28]. 23
quod in ſciente certum eſt[29]. quæ omnia æquitate ſuggerente inducta ſunt. quæ in noſtro
caſu ſanè maxima eſt. Ceſſat autem hæc æquitas, (licet defendi Bartoli ſententia poſſet)
cùm emptor ſciens emiſſet[30]: vel cùm poſſet aduerſus alium habere recurſum[31]. Híncque
inferri poteſt. Finge, decreto principis cautum eſt, vt bona ſicariorum cenſeantur ipſo iu-
re fiſco incorporata, aliquis ex cauſa † oneroſa clandeſtini ſicarij creditor erat, an exclude 24
tur à fiſco, adeò, vt pretium non conſequatur? Et ſecundum ſupràſcripta reſpondendum
eſt, non excludi. Aliàs enim hæc lex iniqua eſſet, quæ meum mihi ſine iuſta cauſa aufer- I.
ret[32]. Et ratio legis pœnam delinquentis reſpicit, non creditoris, qui bona fide contra- II.
xit: meritò ergo ad tertium non perducetur[33]. Durúmq; eſt tali caſu ex* re creditoris fi- III.
ſcum locupletari[34]. Maximè, cùm de lucro captando tractet, creditor verò id agat, vt 25
damnum euitet[35]. Præſertim cùm maior ſit culpa fiſci, ad cuius dominum pertinuit, vt IIII.
noxium detegeret[36]. Vnde non poteſt creditori hoc opponere, quod ex ignorantia nō ad- V.
iuuetur[37]. Lex ergo generalis † reſtringetur, ne damnū alicui abſque ratione inferat[38]. VI.
Sicut & alias lex generalis etiam iteratis verbis concepta caſum non compræhendit, 26
qui iure naturali iniquus ſit[39]. Et cū lex fictioni inuitatur, quia fingit bona ab ipſo prin- VII.
cipio fiſco adærata eſſe, haudquaquam ferendum eſt ibi fictioni* eſſe locum, vbi æquitati VIII.
non ſit[40]. Poterit ergo ex appellatione princeps adiri, qui iniquam legis ſuæ interpretatio- 27
nē moderetur[41], aut corrigat. Nec me mouet, quòd cùm fiſcus ſit ipſo iure dominus, debet
rem ſuam aduerſus quemcunque obtinere[42]: quia id verum, cùm de damno vitando agit,
non cùm de lucro captando: vetuſtiſsima enim eſt lex naturæ neminem cum alteriùs ia-
ctura fieri locupletiorem[43]. Vnde putarem tali caſu etiam denuntiatione euangelica cre-
ditori ſuccurrendum eſſe[44]. Quintus, † & vltimus eſt caſus, quando alienatio in frau- V.
dem fiſci facta proponeretur[45]. Sed an tunc erit ipſo iure nulla, vt Din. cenſuit, an verò re- 28
uocatoria actione agendum erit, quod Bartolo placuit? & puto Bartoli ſententiam verio-
rem eſſe. eſt & receptior[46]: ne plus fiſco tribuamus cauſam lucratiuam prætendenti, quàm
cæteris creditoribus[47], cùm tamen videamus aliàs plus ſolere creditoribus indulgeri[38].
Nam & ſi reus fraudem committat, non tamen adminiſtrationem perdit[49]: ergo nihil ob-
ſtat, quin dominium trāſferatur, alienatióque ipſo iure valeat. Nec me mouet Pici diſſen-
tientis

1 l. In ciuilem. C. de furt.
2 d. l. quæſitum. d. l. ex iudiciorum.
3 l. Imperator. de iur. fiſc. vbi Din. & Bart.
4 l. quiſquis. C. ad l. Iuliam ma. verb. addictis. & §. emā cipationes. com. ſecundum Din. in d. l. Imperator.
5 d. l. quæſitum. d. l. donaturum. §. fin.
6 Iac. Cin. l. fin. C. ad l. Iul. mai. Bart. d. l. Imperator.
7 l. fi. j. ad l. Iul. mai. d. l. aufertur. §. in reatu.
8 l. reo. verſic. alioquin.
9 l. fin. C. ad l. Iul. mai.
10 Imol. hic Salici. d. l. ſi quis poſt.
11 arg. l. ij. C. de pat. qui fil. l. ij. C. ad carb.
12 l. fin. C. de ord. cog. ca. ex parte. de accuſ.
13 Ang. Salic. d. l. ſi qs poſt.
14 l. ſed Iulianus. §. j. ad Macedo. verſi. patris tamen.
15 l. ſi pretium. C. de proc.
16 d. l. quiſquis. §. emancipationes. verb. vel vir. Bart. l. ſi debitor. quæ in frau. cre.
17 Raph. Puteus. Imol. Roman. hic Cib. & Alberic. l. fi. C. ad l. Iul. maieſt. Alexand. And. Siculus. d. l. ſi debitor. in apoſt.
18 l. iiij. C. de apoſt.
19 l. congruit. de off. prçſid.
20 l. j. §. ſi quis. in fi. ſi quid in fraud. pat.
21 l. fi. §. ſi. de leg. ij. l. ſi non fortē. §. qui filio. de cōd. ind.
22 l. fin. C. ad l. Iul. mai.
23 arg. l. cum quis. §. j. de ſolutio.
24 d. l. aufertur. §. fiſcus. Alex. l. reſcriptum. de pact.
25 l. quod placuit. de iu. fiſ.
26 Sal. l. nullus. C. de Iudæ. Mod. l. omnes populi. de iuſti. & iur. d. l. mulier. in opp.
27 l. ſer. C. p qb. cau. ſer. li.
28 l. empt. §. fi. de act. emp. l. fi. §. emptor. C. cōm. deleg.
29 l. chirographis. in fin. vbi Bart.
30 d. l. chirographis.
31 l. ſenatuſconſulto. ad Sillan. §. vbi Iac. & Albe. l. qui à debitore. in fi. quæ in fraud. cred.
32 c. erit. iiij. diſt.
33 Dec. conſi. cccex. ver. iiij.
34 l. j. C. de ſec. nup.
35 l. aſsiduis. in fin. C. qui pot. in pig. Cin. d. l. fina.
36 dic. l. congruit.
37 l. quoniam. C. de hæreti.
38 l. fi. §. in computatione. C. de iu. delib. Sali. d. l. fi.
39 l. promittendo. de iu. do. l. j. §. ij. de oper. no. nunt. vbi Bartol.
40 l. denique. ex quib. cauſ. maio.
41 Bar. l. fi. de app. recip.
42 d. l. in ciuile. Can. d. ca. cū ſecundum.
43 ca. locupletari. de regul. iur. vj.
44 c. nouit. de iud. vbi doc. Bal. auth. ad hæc. C. de vſur.
45 d. l. ſi aliquis.
46 arg. l. in fraudem. de iu. fiſci.
47 l. ait prætor. j. quæ in fraud. cred.
48 l. j. C. de pœn. fiſ. lib. x.
49 d. l. aufertur. §. in reatu.



tientis ratio, qua perſuadere nititur, ſicut alienatio aduerſus legem ipſo iure eſt nulla[1], ita
etiam de ea dicendum, quæ aduerſus principem ſeu eius fiſcum ſit[2]. Reſpondeo id nul-
lum eſſe, quod aduerſus legis prouidentiam factum eſt: ideóque lex actum infirmet, non ſi
actionem reuocatoriam tantum concedat[3], nec princeps reſpectu fiſci legem repræſen-
tat, ſed priuatam potius perſonam[4]: non igitur à receptiore ſententia eſt recedendum.
I. Sed quomodo agnoſcemus in fraudem fiſci factam eſſe alienationem? Et † in primis
29 fraus præſumetur, ſi reus in ipſo crimine ſit depræhenſus[5]: veriſimile eſt enim eum immi-
II. nentem pœnam metuere, & in rerum deſperatione agere[6]. Et quod in depræhenſo re-
ceptum eſt, ad eum, qui manifeſtario deliquit, producitur & is enim æquiparatur depræ-
III. henſo[7]. quod Picus rectè docet. Cæterùm & qui contumax eſt, fugámque inſtruit, in
30 fraudem* alienaſſe præſumitur[8]. vnde cùm apud nos quotidie plerique ob contumaciam
exulent, per quam iuris interpretatione pro confeſsis habentur[9], alienatio ab eis facta per
I. fraudem facta cenſebitur. Sed quid ſi iam antequàm contumaces eſſent, alienauerint?
& videretur valere alienationem: quia lex hoc onus iudicibus imponit, vt ipſi curent, ne
31 fiat alienatio[10]: non autem † contractum ipſum reſcindi mandat. Suadétque id ratio con-
demnantur enim ij ex contumacia, quæ fictam quandam confeſsionem inducit[11]. at ficta
confeſsio in alterius damnum operari nil debet[12]: nam & ſententia contra contumacem
32 lata creditori tametſi ſcienti nihil præiudicat[13]: & præſumptio aduerſus* delinquentem
inducta, eius perſonam egredi non debet, neque ad eum trahi, qui nullius culpæ eſt con-
ſcius[14]. qua ratione, cùm decreto principis donationes infirmarentur, quæ intra biēnium
ante patratum crimen eſſent à reo factæ, dixi reſpectu donatarij non conſtare patratum
II. crimen, ſi donator ex contumacia damnatus eſſet[15]. Fortiùs putarem, † ſi aliquis ex con
33 feſsione ſua damnatus ſit, cùm aliter de delicto non appareret hoc emptori aut donatario
nocere non poſſe[16]. Sicut enim ipſe tales contractus reſcindere non poſſet[17], ita nec con-
feſsione ſua indirectè hoc poſſe debet? qua ratione nec confeſsio cedentis nocet ceſsiona-
rio[18]. & ſententia contra debitorem lata non præiudicat creditori poſt pignus contra-
ctum[19]. & ſi qua ſimilia, & Bartolus qui huic ſententiæ aduerſari videtur[20], eſt intelligen-
dus, cùm delictum præceſsit donationem, non cùm ſubſecutum eſt iure cuiuſdam ſeque-
læ ob fauorem publicum[21]. Item intelligi debet, cùm confeſsio veriſimilis eſt, vt quia alia
adeſſent indicia[22], nec donatarius contrarium probare vellet[23]. Socinus quandoque ta-
men reſpondit, ſemper neceſſariam eſſe citationem, vt cuiquam res iudicata noceat[24].
III. Quid ſi contraria aliqua præſumptio adſit? tunc ea quæ † fraudis eſt excludetur[25], vt ſi
34 filiam dotauiſſet. quod Angelus tradit, vel aliquid pro ſe redimendo dediſſet[26]. Idem ſi do-
tem corporaliter ab vxore recepiſſet, ídque conſtaret[27]: actus enim neceſſarij[28] fraudis
I. præſumptiones plerunque elidunt[29]. Addit Bartolus hunc caſum fraudis latiùs acci-
piendum eſſe, adeò, vt ſi alienatio ſit ab eo facta, qui propoſuerat delinquere reuocetur tā-
quam in fraudem fiſci & ſuſpicione pœnæ facta[30]. nam & videmus reuocari ea, quæ etiam
in futuri creditoris fraudem alienata ſunt[31]. Quæ ſententia quibuſdam caſibus certa eſt,
veluti cùm aliàs creditori præiudicaretur[32]: at cauſa fiſci non æquè fauorabilis eſt, ſicut
creditorum: vel cùm non de pœna ageretur, ſed potiùs de fauore reipub. tantum[33]. Sed & ſi
de pœna agatur, idem eſt, dum tamen dillucidis probationibus fuerit fraus approbata[34].
Salicet. tamen indiſtinctè aduerſus Bartol. concludit alienationem ante delictum factam
nunquam reuocari: quia lex noſtra & aliæ ſimiles generaliter dicunt ante facinus patra-
tum valere iuſtos contractus[35]: aliàs poſt contractū crimen nunquam deberet valere alie-
natio tanquam in fraudem facta. Adducit & alias rationes, quibus reſpondet hîc Ponta-
nus. Idem ſentit & Picus hîc: quia nulla lex eſt, quæ expreſsim Bartoli ſentētiam probet[36]:
35 & quia aliàs hîc contrahens reperiret ſe authoritate legis deceptum[37]. Poteſt † & illud ad-
di, fraudē non præſumi, niſi in ipſo reatu rerúmque deſperatione[38]. non in actu geſto priuſ-
quàm fiſci rationibus quis implicaretur[39]. Sed tamen à Barto. ſententia recedendum non
eſt, quam conſtat communi calculo eſſe approbatam, dum tamen dilucidè probetur de de-
licto committendo eum qui donat cogitaſſe[40]. Illud ſciamus, ſi alienatio titulo oneroſo fa
cta ſit, non poſſe à fiſco huius fraudis prætextu reuocari, niſi probetur emptorē ipſum frau
dis participem fuiſſe[41]: nam & plus fauemus filio in legitima, quàm fiſco[42]: & tamen is fi-
II. lij non reuocat alienata titulo oneroſo[43]. Fortiùs cenſuerunt hîc aliqui, etiam ſi emptor
36 particeps fraudis ſit, ideóque reuocari res à fiſco poſsit, † nihilominus pretium ei offeren-
dum eſſe[44]. cùm enim reſpectu pretij non fuerit vllus dolus: quia verè numeratum eſt[45],
non videtur æquum, vt cauſa fiſci, quæ eſt lucratiua, huic oneroſæ præferatur[46]. quæ ſen-
tentia certior eſſet, ſi pretium in bonis delinquentis reperiatur[47], alias verò eſt ſatis du-
bia[48] tum propter auctoritatem Bart.[49] qui tamen in caſibus exceptis loquitur: tum quia
eſt quid imputetur emptori[50]. nam & filius reuocat alienata in fraudem legitimæ ab eo
qui fraudis particeps ſit, nec pretium vllum offert[51]: merito ergo amplius hac in re delibe-
randum

1 l. ſi libertus minorem. de iur. pat. l. hac edictali. C. de ſec. nupt.
2 §. fin. in authē. de conſuli.
3 Bar. l. non dubium. C. de legi. Bald. d. l. hac edictali.
4 l. item veniunt. §. in priuatorum. de pet. hæred.
5 l. fin. §. papinianus. de bo. eorum qui ſibi.
6 d. l. fin. §. papini.
7 gloſ. l. emptorem. de act. empt. doct. c. cum non ab homine. de iudi.
8 l. fi. in fin. de req. reis.
9 Bar. l. omne. de re mil.
10 d. l. fin. in fin.
11 l. ij. §. j. de iur. fiſ. l. ſi filij. ij. de int. act.
12 l. eius qui. in fi. de iur. fiſ. vbi Bart. l. ſi ideo. de euict. Bart. l. cum filius. in princ. de verb. oblig.
13 l. præſes. C. de pig. l. pap. §. meminiſſe. ſ. de inoff. teſt.
14 Bar. l. ſi quando. C. vnde vi. Dec. d. cōſ. cccex. verſ. iiij.
15 d. l. cùm filiusff. dixi trac. præſumpt. reg. iij. nu. xxij.
16 l. j. §. item illud. ad Sila.
17 l. ſicut. de act. & obli. C.
18 l. facta. §. ſi hæres. ad Trebell.
19 l. ſi, ſuperatus. de pign. Com. conſil. xlij. j.
20 in d. l. cum filiusff.
21 l. j. C. vbi cauſ. fiſc.
22 l. quæro. in fi. de æd. edi.
23 l. ij. §. j. ſi ex nox. cau.
24 Soc. conſil. ccliij.
25 l. diuus. de in int. reſt.
26 arg. d. l. ſi quis poſt.
27 l. ſi quis. Raph. Iaco.
28 Put. Pic. hic.
29 l. fi. in fi. de litig. alienationes. fam. ercis.
30 d. l. ſi aliquis. l. in fraudem. de iur. fiſ. cap. fin. de renunt. in vj.
31 gl. auth. ſed iam neceſſe. C. de don. int.
32 Bart. l. in fraudem. vlt. §. qui & à quib. Bart. l. ait. §. ita demum. quç in frau. cre.
33 l. fi. §. ante pen. ad muni.
34 l. ſed & ſi maritus. in fin. princ. qui & à quib.
35 d. l. ſi quis poſt. §. fin. vbi Salic. d. l. res vxoris.
36 l. illam. C. de coll.
37 l. j. C. de iis qui vex.
38 d. l. ſi Papinianus.
39 l. j. C. de iu. fi. lib. x.
40 d. l. ſed ſi maritus.
41 d. l. ſi debitor. l. ſeq. de iis quæ in fraud.
42 l. cum ratio. de bo. dam.
43 l. hæreditariarum. vbi doct. de bon. aut. iud.
44 Imol. Raph. Rom. Put. hic Alexand. l. ſi debitor.
45 d. l. j. §. ſi quid in fraud. & §. ſeq. ſi quid in fraud. pa.
46 d. l. aſsiduis. in fin. Cin. d. l. fin.
47 l. ex iis. ff. quæ in fraud. cred.
48 d. l. chirographis. §. fin.
49 d. l. ſi debitor.
50 l. fin. §. emptor. C. com. de leg. vbi Bald.
51 l. fin. ſi quid in frau. patr. Bar. l. non vſque. ſi quis à parente. Alexand. conſil. lv. j.

randum eſt. Sed quid † ſi alienatio facta ſit per ludum, puta alea vel chartulis? & vide- III.
tur cenſeri non titulo lucratiuo factam, ſed oneroſo. ex quo potuit etiam vincere [1]. quod 37
Baldus tradidit. Putarim tamen humanitate ſuadente dandam filio reuocatoriam actio-
nem vſque ad legitimam [2], vt conſuetudo, quæ aduerſus legem nouellam ludum hunc
permittit [3], intelligatur citra liberorum præiudicium [4]. Sed & ſi quis cùm diſpenſato- IIII.
re meo luſerit, & pecunias meas, eo victo, ſit conſequutus, dabitur mihi repetitio, vt Bal-
dus ait [5], nec excuſabitur, (vt arbitror) ſi allegauerit neſciuiſſe ſe quod diſpenſator
meus eſſet, quódque de meo luderet: ſatis enim eſt quod veriſimiliter ex qualitate per-
ſonæ ſcire potuerit [6]. Cæterùm nec tunc videtur ſententiæ Barto. eſſe locus, cùm de de- V.
licto duntaxat in genere cogitatum fuit [7]. nec enim tunc aut deſperatio, aut metus immi-
nentis accuſationis ſubeſt [8]. nec præterea ſubeſt cauſa, per quam veriſimiliter committa-
tur delictum, vt requirit Bartolus [9]. vnde cùm iuuenis rixoſus & malè moratus dubitans
ne quandoque contingeret eum aliquod crimen committere, donaſſet amico reſpon-
ſum eſt firmam eſſe donationem, reuocatio enim hæc à fiſco fit in pœnam ſpecialis & di-
lucidè probati delicti [10]: non cum duntaxat in genere cogitatum eſt. Etenim tunc cau-
ſa proxima donationis delictum non eſt [11], ſed facilitas naturæ [12], aduerſus quam ta-
li prouiſione ille cenſuit vtendum: nam & idem eſſe reſpectu creditorum Baldus cen-
ſuit [13], niſi cum ſecreto quoque facta eſſet donatio, vt infrà videbimus. Stabimus er-
go hoc caſu regulæ legis noſtræ, poſtquam non reperitur exceptus [14]. Sed & ratio- VI.
ne † bonorum futurorum non videtur poſſe fiſco competere reuocatoriam. Vnde ſi fi- 38
liuſfamilias proſcriptus tanquam hoſtis publicus, mortuo patre, eius hæreditatem repu-
diet, ad agnatos proximiores pertinebit, nec poterit fiſcus id allegare in fraudem ſuam
factum eſſe. quia publicatio ad futura bona non trahitur [15]. Adde, quòd, qui repudiat, non
cenſetur fraudem facere [16]. qua de re Libro parergōn III. cap. XIX. diſputaui certior eſt.
Alexand. ratio: qui filio exuli nec quidem delatam hæreditatem eſſe exiſtimat [17]: Vnde ex
eius perſona nullum ius fiſco quæritur. Sed nunquid agnati, ad † quos bona damnato- VII.
rum ex lege nouella pertinent [18], poſsint alienationem reſcindere, ceu in fraudem factam? 39
& videretur poſſe ſicut fiſcus, poſsident enim bona non tanquam hæredes delinquentis,
ſed ex donatione legis, quæ tale ius Principi applicatum in eos quadam ex humanitate
transfert [19]. ergo cùm omnibus priuilegiis transfert, quæ fiſco competebant [20]. Sed ta-
men Doctores contrariam ſententiam ſequuntur, vt Bartolus hîc in fine oſtendit [21]. nec
enim veriſimile eſt quenquam in fraudem ſuorum alienare, aut id agere, vt bona ſua ad
proximiores non perueniant [22]. quicquid Pont. & Picus hic comminiſcantur. Colligit au-
tem Bartolus hîc ſex præſumptiones, vnde ſupraſcriptæ fraudis coniecturam facimus. Et
in primis, quoties † quis omnia bona alienat, fraus præſumitur [23]. Idem ſi non omnia, ſed 40
maiorem partem alienaret [24], quod Alexan. & Socinus reſponderunt [25], quòd non ſolùm
in alienatione titulo lucratiuo facta procedit, ſed etiam ſi titulo venditionis inita ſit. quod
Accurſius videtur ſenſiſſe [26], & Bartolus hîc probat. quam tamen ſententiam aliquate-
nus reſtringendam arbitror, vt, ſcilicet, vera ſit, ſi de pretij numeratione per confeſsio-
nem venditoris duntaxat conſtet. habet enim hæc confeſsio quandam donationis ſimili-
tudinem [27]. meritò tali caſu fraus præſumitur, ſicque loquitur Accurſius [28]. Quod ſi de I.
corporali pecuniæ repræſentatione adpareat, nulla eſt cauſa cur fraus præſumatur. cùm
enim venditor habeat pretium, quod rei æquipollet [29], non poteſt dici quicquam bono-
rum imminuiſſe. Quòd ſi viliore pretio res vendita proponeretur, reuocatio ad vſque II.
iuſtum duntaxat pretium erit indulgenda [30], ídque Imo. Pont. Put. hîc tradiderunt, aliíque
aliis in locis [31]. quod & Accurſius ſenſit, dum vult eum cui facta eſt alienatio non tene-
ri, niſi quatenus locupletior effectus eſt [32]. Hincque conſequens eſt, vt ſi alienatio plu- III.
ribus & quidem particulariter ſit facta, non facilè qui rem particularem acquiſiuit [33], præ-
ſumatur fraudis fuiſſe particeps [34]: cùm probabiliter crediderit donatorem plurima ad-
huc ſibi retinuiſſe: ſecùs ſi ſolus emiſſet [35], vel lex ad fraudem alienantis ſolum reſpice-
ret non etiam accipientis [36]. quòd ſi cauſa fraudis non ſubſit, tunc abſque dubio quiſquis
particulariter emiſſet non teneretur [37]. nec refert, an quis per nomen quotæ emerit, an res
ſingulares, ſemper enim ad effectum magis adtendimus [38]. Altera fraudis præſum- IIII.
ptio eſt, quoties coniunctæ perſonæ fit donatio, faciliùs enim præſumitur hoc caſu frau-
dulosè contractum fuiſſe [39]. veriſimilius eſt enim, quòd quis velit bona ſua ad coniun-
ctam perſonam tranſire, quàm ad fiſcum, vel extraneum: ideóque facilius tali caſu con-
iectura fraudis adſumitur ſicut & aliàs amore coniuncti præſumitur id aliquem egiſſe, vt
legem fraudet [40]. Quæ tamen concluſio declaratione indiget. Et in primis, vt ex ſo- I.
la † coniunctione fraus non præſumatur, niſi probetur præceſsiſſe cauſam fraudan- 41
di quod Bartolus hîc tradit [41]. nam & idem in præſumenda ſimulatione contractus à ple-
riſque reſponſum extat [42], vt ſemper oporteat præceſsiſſe cauſam, cur id veriſimiliter fie-
ri debuerit.

1 arg. l. ſi pater. ij. C. de inoffic. teſt. Bald. l. j. ad fin. C. ſi quid in frau. patr.
2 l. fin. ſi quid in frau. patr. c. Rainutius. de teſt.
3 auth. aliarũ. C. de relig.
4 arg. c. cùm contingat. de iureiur. vbi dixi in vlt. not.
5 l. ſeruus. de cond. ind. Bal. rubr. C. de cõd. ob turp. cau.
6 l. qui cũ alio. de regu. iur. d. l. ait prætor. §. quod ait.
7 arg. l. cogitationis. de pœnis. Salic. d. l. ſi quis poſt.
8 d. l. fin. §. Papinianus.
9 d. l. ſi quis poſt. §. fi. ibi ante initium actus.
10 d. l. ſed ſi maritus. §. fin.
11 glo. l. ſi mulier. ff. rerum amot.
12 l. ſi quis cum ſciret. j. pro empt.
13 Bal. rub. C. de reuoc. iis, quæ in frau. cred.
14 d. l. j. C. de iure fiſ. libr. x.
15 l. ſi mandauero. §. is, cuius. mand.
16 l. cum quidam. ff. de iur. fiſc. Bart. j. iij. q.
17 l. j. C. de hæred. inſtit. vbi doct. Alex. conſi. lxxxv. iiij.
18 authen. bona. C. de bon. proſcr.
19 Barr. conſil. clvij. verſic. nono ſequitur. Aret. rub. de acq. hæred.
20 Bar. l. in quartam. in fin. verſi. præterea. ad l. Falcid.
21 l. ſi. de bo. dam. l. non vſque adeò. ff. ſi quis à par. fue.
22 gloſſ. l. fin. §. quatuor. de leg. ij. Din. Alberic. l. patrẽ. de iis, quæ in frau. cred.
23 l. omnes. §. Lucius. de iis, quæ in frau. cred. l. ſi is qui bonis. de acq. hære. vbi Bar.
24 l. nomen. §. filio. de leg. iij. vbi Bartol.
25 Alexan. d. conſi. lv. Soc. conſil. cviij. in j.
26 glo. l. qui teſtamentum. de probat.
27 l. j. §. ſi mutuã. ff. ſi quid in frau. pat.
28 gl. d. l. qui teſtamentum. Fulg. l. patronus. eod. tit.
29 l. ſi ipſa. quod me. cau. l. fin. in fraudem. C. qui ma. non poſſ.
30 d. l. j. §. ſi quis in fraudẽ. l. ſi ſpon. §. circa. de don. inter virum
31 d. l. ſi is, quis bonis. vbi Aret. & per Alberic. d. l. fin. C. ad leg. Iul. mai.
32 gl. d. l. omnes. §. Lucius.
33 l. ij. C. de rep. hæred.
34 l. ſi peculiũ. ij. vbi Bart. de pec. leg. Roman. Singul. cccccclviij.
35 d. l. ſi is quis boni.
36 d. l. nomen. §. filio. vbi Bart. de leg. iij. Bart. d. l. qui teſtamentum. Alexã. conſil. xxviij. in ij.
37 d. l. ſi peculium.
38 Rip. l. ſi vnquam. q. viij. C. de reuoc. don.
39 l. pen. in prin. de bo. lib. l. data. C. de donat.
40 l. ſi quis donationis. ff. de contra empt. gl. c. j. verb. carnalitatem. vt ecc. benef.
41 d. l. ſi quis poſt hac. verſ. liij. in v. d. l. pen. ver. ſi tamẽ.
42 Barto. conſil. lxv. Com. conſil. clv. Aret. conſil. lxv.



ri debuerit [1]. Nec videtur ſufficere allegatio cauſæ generalis, quòd voluerit ditare con-
ſanguineos. non enim hoc ſufficit, vt præſumatur delictum, quod alibi tradidi [2]: ſicut nec
ſufficit illa allegatio, donauit, quia erat ſe fiſco obligaturus [3], niſi dilucidè, & manife-
ſtè fraus probetur [4]. Sed ſi quis ex pecunia mutuò accepta militiam coniunctæ perſonæ
emerit haudquaquam in fraudem facere videtur cum omnino ſalua ſit creditori in ea mi
II. litia hypotheca [5], ſicque vtilitas fraudationis nulla ſubſit. Rurſus in alienatione quæ ti-
tulo oneroſo etiam coniunctis fiat, non videtur præſumenda fraus [6]. non enim tunc ap-
paret habitam coniunctionis conſiderationem, ſed potiùs cùm eo tanquam extraneo con
tractum [7]. neque ideo poteſt videri fraudis particeps, quia coniunctus præſumatur ſci-
re facta coniuncti [8], procedit enim id duntaxat in iis, quæ veriſimiliter & communi v-
ſu ſoleant ad coniunctorum notitiam peruenire, non in iis quæ plurimum etiam coniun-
ctis celantur [9]. At vſu videmus delicturos conſilia ſua, nec quidem coniunctiſsimis com-
municare, cùm ſoleant facinora clam perpetrari [10]: & ſi coniunctus capitalium inimici-
tiarum notitiam habeat, probabiliter credere debuit eas via iuris vindicatum potius
iri quàm ſicariorum more [11]. Solùm ergo coniectura hæc aduerſus emptorem locum habe-
bit, cùm de iis tractabimus quæ veriſimiliter in eius cognitionem incidere potuerunt.
III. Sícque Bartolum hic ſenſiſſe credibile eſt [12]. Cæterùm ſupraſcripta reſpectu fiſci proce-
dunt, inter ipſos verò coniunctos minus fraudis quàm cum cæteris præſumitur. vn-
de donatio ab eis facta contemplatione cognationis facta cenſebitur [13]. hæcque cau-
ſa ſufficiens exiſtimabitur, nec delictum præſumetur, quod Imola hic tradit. Nam & ceſ-
ſio abſque cauſa fraudulenta, vel ſimulata præſumitur [14], cùm tamen ſecus ſit, ſi con-
iunctæ perſonæ ſit facta [15]. Qua ratione & ſi ſtatutum vetet mulierem abſque propin-
quorum conſenſu & authoritate contrahere, non obſeruabitur, ſi cum patre contra-
hat. arctiſsima enim neceſsitudo ſuſpicionem circunuentionis omnem abolet [16], quod
Baldus cenſuit, nec enim credibile eſt à coniunctis quenquam decipi [17], ſed potius quem-
42 libet alium, fauore coniunctorum [18]. Sed quas intelligemus † eſſe coniunctas perſo-
nas? & Imola videtur eas intelligere, quæ in poteſtate ipſius alienantis ſint [19]. ali-
bi tamen generaliter intelligit quaſcunque neceſsitudine coniunctus [20], ídque pro-
pter clandeſtinas domeſticáſque fraudes alibi inter virum & vxorem eandem ſuſpi-
cionem accipi dicitur [21]. ego de omnibus intelligendum cenſeo, quæ abſentis nego-
tium procurare poſſunt [22]. Sed & Pici ſententiam laudo, qui amicum quoque, & quem-
libet [23] familiarem coniunctam perſonam eſſe reſpondit [24]. Tertia fraudis præſum-
Præſumptio III. ptio eſt, cùm poſt alienationem factam perſeueraſſet nihilominùs venditor in poſſeſsio-
43 ne. Præſumitur † enim tunc reſpectu ipſarum partium alienatio ſimulata: reſpectu ve-
I. rò tertij ſeu fiſci fraudulenta [25]. Quod intelligendum in primis, dum tamen probe-
tur adfuiſſe cauſam fraudis, ſicut & ſuperiore coniectura diximus: aliàs enim ſim-
plex retentio poſſeſsionis non ſufficit, vt contractus infirmetur: imò poteſt emptor vel
donator vſque ad triginta annorum poſſeſsionem actione ex empto petere [26]: niſi aduer-
ſus eum aliæ quoque coniecturæ ſint, vt quia venditio abſque pretij ſolutione celebra-
ta ſit [27], vel lex tali actui expreſsè reſiſtat: vt cùm quis in filios illegitimos rem transfert [28].
II. Idem ſi ſuſpicio perſonæ interpoſitione ſit aucta [29]. Rurſus intelligendum niſi vendi-
tor, qui perſeueraſſet in poſſeſsione, fructus emptori ſoluiſſet [30]. quod Bartolus hîc tra
44 dit. Et haud mirum eſt, cùm poſsidere dicatur, qui * fructus percipit magis, quàm qui
corporaliter rem habet [31]: idque arbitror procedere, etiam ſi partem duntaxat fru-
III. ctuum ſoluerit. videtur enim id propter præcedentem titulum feciſſe [32]. Item non pro-
cedit, cùm venditor vſumfructum ſibi retinuiſſet: quia videtur fructus propter vſumfru-
ctum ſuum retinuiſſe non autem ius poſſeſsionis, quod emptori dedit interuertiſſe [33]. quod
rectè Picus declarat, quando ex pretij qualitate adpareret ſolum proprietatem vendi-
tam aliàs ſi pretium etiam vſufructui æquiualeret, adhuc præſumptioni locus eſſet, cùm
veriſimile non ſit eum, qui plenarij iuris pretium dederit, nuda proprietate contentum
IIII. eſſe [34]. Hinc conſequens eſt, vt idem dicamus, cùm venditor ſe nomine emptoris poſ-
45 ſidere conſtituit. clauſula enim conſtituti, & * precarij, retentioni vſuſfructus æquipara-
tur [35]. Sed tamen Bartol. hac in re contrarium cenſuit: quia quoties ſuſpicio fraudis ad-
eſt, lex huiuſmodi clauſulas ſuſpectas quoque habet, & corporalem traditionem requi-
rit [36]. Verùm Baldus [37] diſtinguit, vt ſuſpicio ſimulationis (quia contrahentes reſpi-
cit) talibus clauſulis tollatur, ſuſpicio verò fraudis, quæ reſpectu tertij inducitur, non tol-
latur. Vnde conſequens eſt, vt fiſcus, vel tertius huiuſmodi fraudem allegare poſsint,
pars verò ipſa ſimulationem aut fraudem allegare erga emptorem nequeat [38]. qua de re
V. nos alibi [39]. Enimuerò & illud conſtat † ex qualitate negotij ſupràſcriptam coniecturàm
46 ceſſare, cùm enim præſumptiones præſumptionibus cedant [40], arbitrabitur iudex quan-
doque nihil emptori obeſſe quod poſſeſsio venditori remanſerit. Quid enim, ſi modico

1 l. iij. §. ſi maritus. in fin. gl. d. l. ſi mulier. d. authen. ſed iam neceſſe.
2 j. parte. ver. xxix. præſum.
3 d. l. j.
4 d. l. ſed ſi maritus. in fine. d. l. patronus.
5 l. fin. C. de pig. vbi Bal. & per Aret. d. conſil. lxv.
6 arg. d. l. ſi in fraudem.
7 arg. l. ſi pater. §. qui duos. de adopt. l. non exiſtimo. de admi. tut.
8 l. octaui. §. vnde cogn.
9 l. tres fratres. vbi Angel. de pact. l. quoniam. vbi Bal. C. de iur. delib. l. titius. §. j. de lib. & poſth.
10 l. fin. de rit. nupt. ca. ſi. de teſt. cogẽ. Deci. conſil. lxiiij.
11 gloſſ. l. j. C. de iis qui. vt ind. vbi omnes. Iaſ. l. j. C. de ſer. fug.
12 arg. not. per Bart. in l. ſi tertius. in princip. de aqua plu. arc.
13 l. ſi ſeruus communis. de don. int. vir.
14 l. fin. C. man.
15 arg. l. Procula. de proba. Alberic. auth. quibuſcũque. de ſacroſ. eccleſ.
16 ar. gl. aurelius. §. Titius teſtamento. de lib. leg. Bald. l. pactum. C. de coll. qõ. xxj.
17 l. tranſactũ. C. de tranſa.
18 l. in tacitis. de leg. j. d. authen. quibuſcunque.
19 d. l. pen. de bon. lib.
20 d. l. data.
21 d. auth. ſed iam neceſſe. Salice. l. ſi mater. C. de contrah. emp.
22 l. ſed & hæ. de proc. Iaſ. l. cum alienam. C. de legat.
23 gloſſ. l. in teſtamento. de fid. libertatib.
24 c. requiſiſti. de teſta. Iaſ. l. exigendi. C. de procur.
25 l. & ſub imagine. C. de diſt. pig. l. quãuis. C. ſi qs al.
26 l. ſi quis emptionis. C. de præſcr. xxx. ann. Bald. l. emptore. C. plus val. quod agi.
27 l. ſicut. §. ſuperuacuum. verſic. veruntamen. quib. mod. pig.
28 l. ſi quis. in fin. C. de nat. liber.
29 l. ſi is, qui bonis. de acq. hæred.
30 l. litibus. C. de agr. & cenſi. lib. xj. leg. Iulianus. §. poſſeſsionem de act. empt.
31 l. arboribus. verſic. nam & ſi agrum de vſufruct. vbi Bald. & Angel.
32 l. quædam. de rei vend. Bart. l. gerit. de acq. hæred.
33 l. quiſquis. C. de don.
34 arg. l. cùm de indebito. de probat.
35 l. quod meo. de acq. poſſ. gl. l. ab emptione. ff. de pact.
36 l. j. C. de ſuffrag. dict. l. ſi quis poſt.
37 Bal. l. Illud. C. de ſacroſ. eccleſ.
38 l. cum profitearis. C. de reuoc. don. Aret. conſil. xcv. Alexand. xxviij. lvii. in v.
39 l. trãſactione finita. C. de tranſ.
40 l. diuus. de in int. reſt.

tempore remanſerit [1]? Quid, ſi emptor deceſsiſſet, relicto hærede minore, vel aliàs ali-
quo negligentiæ cognitæ, qui aduocare poſſeſsionem non curaſſet [2]? in ſtatu certe conie-
cturali plurimum circunſpectioni iudicis tribuendum eſt [3]. Quarta † eſt fraudandi con- IIII. præſumptio
iectura cùm contractus clam factus eſt [4]. nam (vt vulgò dicitur) qui malè agit odit lu-
cem, faciliúſque præſumitur dolus in re furtim facta [5]. & inſtrumentum diu in occulto ha- 47
bitum ſuſpicione non caret [6]. Sic nuptias clandeſtinas non adprobant Pontifices [7]: & ſa-
cerdotium occultè collatum haud bene collatum cenſetur, valet tamen collatio, licet [8] a-
lias occulta collatio ſit nulla [9]. qua tamen in re diſtinguendum, vt alibi, per recentio-
res fuit [10]. Sic & faciliùs in contractu occulto præſumitur ſimulatio, quàm in cæteris. quod
Bart. Veronen. tradidit, & Decius [11] ex facto reſpondit. Sed an hæc coniectura ſola ſuffi-
ciat, vt fraus præſumatur? & Imol. cenſuit ſufficere. Sed Bartol. [12] rectiùs † contra- I.
rium qui neceſſariam eſſe probationem ait, quod emptor fraudis fuerit particeps [13]. ſic 48
& Baldus [14], cùm quidam negotiaturus emancipaſſet filium, eíque maximam partem
bonorum clam donaſſet, cenſeri donationem fraudulentam ait [15]: quia & res clam fa-
cta erat. Præterea ſuberat coniunctio ſanguinis. Itémque quantitas bonorum hoc ar-
guebat: vnde indicat vnam coniecturam ſatis non eſſe, ſicut & cùm filius bonis pater-
nis abſtinet, & per interpoſitam perſonam omnia bona à curatore bonis dato emit [16].
ibi enim & interpoſitio perſonæ rem clàm factam oſtendit, præterea omnium bono-
rum fuit emptio, nullúmque damnum in pretio fuit, qui illud repetere à curatore po-
terit, cum hæres ſit: & ſi iam creditoribus ſolutum ſit, ſuæ vtilitati cedit. Vnde ſecùs eſ-
ſet, ſi non omnia bona emiſſet [17]: vel ſi ipſe apertè & palam emiſſet, vt ego ſentio [18]. &
verba Iuriſconſulti indicant quæ aliqui violant, niſi fortè non à curatore bonis da-
to emiſſet, ſed ab aliquo, quem ipſe tituli acquirendi cauſa interpoſuiſſet, quod Ange-
lus ibi ſentit. tunc enim maior dolus argueretur: quoniam talis titulus pro titulo non
eſt [19]. Hinc conſequens eſt, vt non ſufficiat rem eſſe clàm factam, ſed præterea de- II.
bet etiam ſubeſſe cauſa fraudandi: puta quia contraxerat, qui alienauit, capitales ini-
micitias cum eo, quem poſteà occidit, cùm aliàs potuerit alia ex cauſa clàm aliena-
re, quàm fiſci fraudandi gratia [20]: verſabitur ergo & hac in re plurimum iudicis arbi-
trium, qui tamen non facilè fraudem præſumet, niſi ſibi manifeſtè hoc liqueat [22]. lex
enim nunc dilucidas, nunc manifeſtas probationes requirit [23]. Illud ſciendum, quo- III.
ties † de actu indifferenti tractatur, tunc ex eo quod clam geſtum eſt, ſumi fraudis ſuſpi- 49
cionem [24], quòd ſi actus ille indiſtinctè ſit illicitus, tunc magis aggrauatur delictum, ſi
palam fiat. ídque mali exempli ratione & propter ſcandalum [25]. Sed quomodo intel-
ligemus rem clam factam eſſe? & videtur clàm † factum, cùm quis celauit actum, ne ad- 50
uerſario cuius controuerſiam timuit, innoteſceret [26]. alibi Bartolus id clàm factum in-
terpretatur, quod taliter eſt factum, vt ad eius, cuius intereſt, notitiam non perueni-
ret [27]. at hîc non ſolùm de eo ſentit, cuius nunc intereſt, ſed vt de eo, cuius in futu-
rum intereſſe poterit. quod & Baldus ſenſit & verum eſt [28]. Hinc inferri poteſt, vt cùm
Princeps decretum condidiſſet, vt ſi contingeret quicquam à ſe vendi, ſemper intelli-
geretur reſeruaſſe ius eodem pretio luendi, nec illud publicari feciſſet, ſed ſimplici-
ter ad procuratores fiſci ſui deſtinaſſet, reſponſum eſt in fraudem emptorum factum
cenſeri: quia publicatum non erat [29]. Et ideo fiſco agenti obſtare exceptionem do-
li, ſicque non ſemel conſultum ex facto vidi [30]. Sanè & clam † fieri dicitur, quod per 51
interpoſitam perſonam fit: dum de re prohibita agatur: vt ſi minor aduerſus legem ma-
numittere ſeruum velit [31]. & alij hac cauſa eum tradat [32], etiam collata in tempus le-
gitimum libertate, vel ſi de alienatione prædiorum decurionalium tractetur [33]. vel
quis ſpurio an peregrino velit aduerſus leges relinquere [34]. vel aduerſus recuſationem hæ-
reditatis paternæ eius facultates poſsidere [35], vel cùm magiſtratus rem ſibi prohibitam
per alium exercet [36]. Fit enim hoc caſu fraus legi de perſona ad perſonam quod prohibi-
tum eſt [37]. ſiue iure ciuili ſiue pontificum decretis [38]: vel eum ſecularis fratri ſacerdo-
ti prædium largitur, ne publicas functiones ſubeat. Addit Corneus, etiam ſi interpoſi-
ta perſona apertè contraxerit, reſpectu tamen ſubornantis perinde haberi ac ſi clàm
contraxiſſet [39], arbitrórque ad detegendum hanc fraudem poſſe iuramentum defer-
ri [40]. Huius rationem videtur ibidem adferre Baldus: quia huiuſmodi commenta pro-
batu difficilia ſunt. Hinc inferunt Romanus, & Ancharanus valere ſtatutum dans
faciliorem probandi modum. & hæc, (vt dixi) in vetitis locum habent. alias enim ſi
de re licita agatur, nihil refert aut clàm factum eſſe aut interpoſitam fuiſſe perſonam [41].
Vnde inferri poteſt, quoties lex alicui propter iuſtam ignorantiam ſuccurrit [42]. vide-
ri rem clam factum eſſe. Pontifex poſſeſſor fundi vectigalis cum in ſolutione ceſſaſ-
ſet, à domino eſt deiectus [43]. reſpondet Alexander creditores in integrum reſtituendos
eſſe, qui ſi ſciuiſſent emphyteutam ſuum ceſſare, ipſi potius ſoluiſſent, vt ius pignoris
conſerua

1 Barto. Fulg. d. §. ſuperuacuum.
2 l. qui cum vno. §. fin. de re milit.
3 l. nõ intelligitur. §. ſi quis palam. de iur. fiſci.
4 l. non exiſtimo. de admi. tut. l. pupillus. de aucto. tut. Barto. l. Barbarius. de offic. prætor.
5 l. inciuilem. C. de furtis. vbi Barto.
6 Bal. l. fraus. de legib. Iaſ. l. non dubium. C. eod.
7 c. j. de clandeſ. deſpon. vbi Abb.
8 c. quia propter. in titu. de elect. Inno.
9 c. j. verb. occulta. vt eccle. benefic. vbi glo.
10 Fel. c. conſuluit. de offic. deleg. Mod. tracta. de elect. iij. par. q. xxxvij.
11 Dec. conſi. cccxcix.
12 Bar. hic. & d. conſi. lxviij.
13 l. ait prætor. ff. quæ in frau. cred.
14 Bal. in rub. C. de reuoc. iis quæ in frau.
15 l. j. §. is quoque. vbi Bar. in fi. de collat. bonor. Iaſ. d. l. non dubium. vlt. char.
16 d. l. ſi is qui bonis. l. j. de cur. bon. dat.
17 l. ij. C. de repud. hæred. l. fi. ff. ſi quis om. cau. hær.
18 d. l. non exiſtimo. de adminiſt. tut. d. l. pupillus.
19 l. iij. C. de natu. lib. Bald. dicta l. ij.
20 l. j. C. de delat. lib. x.
21 l. dolum. C. de dolo.
22 dic. l. patronus.
23 d. l. ſed ſi maritus. d. §. ſi quis palam. in fi.
24 l. vxor quæ. C. de repu. l. ij qui. C. de reſcin. vend. l. fi. C. mand. l. iiij. C. de epiſc. & cleric.
25 l. ſi quis in ſeruitute. de furt. l. Gracchus. de adult. l. iij. C. de ſum. tri. vbi doctor.
26 l. iij. §. fi. quod vi aut clã.
27 Bart. l. ij. C. de iis qui ex pub. ra. Dec. d. conſi. cccxcix. Feli. d. c. conſuluit.
28 d. l. ſi maritus. in fi. glo. d. auth. ſed iam neceſſe.
29 l. iij. C. de legib. l. fin. ff. de decr. ab ord. fac. §. fi. in authen. de non elig. vbi Ange.
30 Alex. conſi. xxxix. in iij.
31 l. ſi quis integris. in fine. qui & à quib. l. ij. C. qui mã. non poſſ.
32 l. ſi minor. ſ. de ſerui. export.
33 l. j. in fi. C. de præd. decr. lib. x.
34 l. ſi is qui. ff. de vulg. Barto. cxciiij. l. j. C. de hær. inſt.
35 d. l. ſi is qui bonis. de acquir. hæred.
36 l. non licet. de contrahẽ. emp. l. ij. §. j. de admi. rer. ad ciuit. pert.
37 d. l. iij. verſic. ſine autem. C. de nat. lib.
38 c. fi. in fi. de renun. lib. vj. l. j. C. de collat.
39 Corn. l. ij. C. de repu. hæredit.
40 l. eos. in fi. C. de vſur.
41 l. j. C. de delat. lib. x.
42 l. j. in fin. quibus ex cau. maio.
43 l. ij. C. de iur. emphyt. l. lex vectigal. de pig.



conſeruarent [1]. Ego ſi patrem dominus deiecerit & filio, ſeu coniuncto ipſius dederit, præſu-
mi in fraudem creditorum factum arbitror [2], & ideo reuocari poſſe, idq; certius arbitror, ſi
non iure caduci, ſed ex refutatione patris dominus recuperaſſet, quod Baldus reſpondit [3].
Sed quid in caſu ambiguo inter vetitũ, & conceſſum? finge, ſtatutũ iubet, vt adſcendens
deſcẽdẽtes omnes æqualiter tractat, nec poſsit directè vel indirectè meliorẽ alterius ipſorũ
conditionem facere, pater omnes filios æqualiter inſtituit. Sed ſecundæ vxori reliquit qua-
drantem bonorum ſuorum, dicebant filij ex priore matrimonio id in fraudem ſuam & ad-
uerſus legem factum [4]. Succedent enim in eo tandem matri ſui filij. ſicq; plus cõſequuntur
quàm primi [5]. Suadet dolum, & coniunctio perſonarum, qua nulla maior quam inter ma-
trem & liberos [6]. & quia hæres hæredis dicitur primi teſtatoris hæres [7]. In contrarium vr-
get, quia prohibitus relinquere vxori vulgari vel eius liberis poteſt ſocerũ inſtituere: nec
ideo aduerſus legẽ facere dicitur [8], & vxor prohibita dare marito [9], poteſt filijs ex eo quam-
tum velit dare, nec fraus vlla præſumitur [10], quod in facti quæſtione reſpondit Bal. Caſtr.
Dec. probabiliſq; eſt ſententia [11], tametſi nõ careat ſcrupulo [12], cũ aliqua diſtinctione ſit in-
telligenda. Ego vltimam hanc ſententiam ſequerer, niſi lex municipalis etiam indirectè
meliorem filij conditionem fieri vetaret: & ideo putarim, viuente matre, plenum illi eſſe
arbitrium eo de quadrante in quemlibet alium diſponendi, quod ſi ſuis duntaxat filiis re-
linquat, debere eos cæteris fratribus communicare quatenus effecti ſint locupletiores [13],
V. Præſ. qua tamen in re etiam atq; etiam cogitandum eſt. Quinta eſt eſt fraudis † præſumptio,
52 quæ ex actu incontinenti geſto percipitur [14], quoties ergo delictum incontinenti poſt alie-
nationem ſubſequutum eſt, videtur alienatio in fraudem legis facta [15]. Dicitur autem in-
continenti † ſecundum iudicis arbitrium qui decernet an veriſimiliter tempore alienatio-
53 I. nis hic haberet animum delinquendi, & ita perſeuerauerit [16]. Hinc infertur ad eum,
54 qui † vendidit bona omnia, cùm futurum eſſet, vt mox à iudice citaretur, præſumitur enim
in fraudem alienaſſe [17]: ideóq; non poterit beneficio ceſsionis bonorum vti [18], niſi tamen
oſtendat, quid de pretio egerit [19], quam ſententiam & ego ſequor: ſicq; contrariam Specu-
II. latoris [20], temperandam, arbitror. Infert & Salic. ad eum, qui extra territorium iuit, &
contraxit, ſtatímque in patriam reuerſus eſt, vt videatur iuiſſe cauſa fraudandi ſtatuti cõ-
III. trahentibus certam legem ſeu ſolennitatem imponentis [21]. Infert † & And. Sicul. vt ad
conuincendum contractum eſſe fœneratitium, idem ſit ſiue pactum redimendi eodem in-
ſtrumento contineatur, ſiue alio [22], quod poſtea incontinenti ſit ſubſequutum [23]. Sic pro-
hibitus alienare certis perſonis, ſi permiſſæ perſonæ dederit, quæ incontinenti in prohibi-
tam transferat, cenſebitur in fraudem feciſſe, quod Dec. reſpondit [24], ego idem, etiam ſi ex
interuallo tranſtulerit, plerunque eſſe arbitror [25]. Vnde & videretur in materia peccati,
quæ ſecundum conſcientiam regitur, locum præſumptioni non eſſe: forum enim conſcien-
tiæ ſecundum veritatem iudicat, nec ad præſumptiones adtendit [26]. Qua ratione tra-
ditum eſt, ſi quis ſimpliciter bona ſua eccleſiæ offerat, & deinde in canonicum ſtatim
admittatur, eáque bona pro præbenda retineat ſi huius rei conuentio nulla præceſsit ſimo-
niam non committere, nec ex eo, quod incontinenti eſt ſequutum fraudem præſumi [27], an
quia non facilè aduerſus eum, qui talem liberalitatem exercet, quicquam mali eſt præ-
ſumendum [28]. quid ergo de iis dicemus, qui in Romana curia ſacerdotia cum officio ali-
quo permutant, deinde officium vendunt? & ſi id incontinenti faciunt, ſatis putarim ſimo-
nicam labem præſumi [29]: ſi verò poſt aliquot annos, vt de re occulta iudicium Deo re-
linquendum [30], niſi qualitas perſonæ ſuſpectum aggrauet [31]. Inferri quoq; ad alias deciſio-
nes poſſet, quas colligere non adtinet, cùm relatæ apud alios extent [32]. Qua ratione
cùm quis eccleſiæ fundum vendidiſſet, & incontinenti in emphyteuſin abſque vlla ſo-
lennitate recepiſſet, dixi, tametſi non ſeruatis ſolennibus [33], valere emphyteuticum
contractum, [34] tanquam à principio inter partes id actum fuerit [35]. Nam & ſi minor
fundum emerit cum pacto retrouenditionis exiſtimarunt [36], valere pactum, quamuis
iudicis decretum non interuenerit [37], quod intelligendum, niſi aliquanto poſt, poſt pu-
ram perfectamq; venditionem vbi pactum celebratum eſſet [38], quod Franciſcus Accur-
ſius diſputauit, & Ioannes Andreas retulit [39]. Illud tamẽ obſtat, quod Iuriſconſultus tra-
dit, minorem qui fundum emerit, etiam incontinenti conuenire non poſſe, vt donec pre-
tium ſoluatur, res ſit pignori [40] Curt. Iuni. reſpondit [41] id procedere, cùm ipſe minor
emit, non ſi eius tutor quæ diſtinctio & ratione caret, & verbis legis non conuenit.
Fanenſis diſtinguit [42], vt poſt rei traditionem pactum non valeat, ante verò va-
leat. Sed & hoc dictæ legi non conuenit, cui locus eſt, etiam ſi ab ipſo principo obligatio in-
hæſerit, fruſtráque in ea diceretur imperiali beneficio opus eſſe. Superfluũ enim eſſe, pre-
cibus poſtulare, qđ legibus permiſſum eſt, diuus Leo [44] reſcripſit: idq; videtur probare põti-
fex [45], extántq; in hãc rem permulta Iuriſcon. reſponſa. Ego diſtinguẽdũ arbitror, an vẽdi-
tor aliquas dñij reliquias cẽſeatur penes ſe retinuiſſe, & valet tale pactũ [46], vt cũ paciſcitur
D v redimen

1 Alex. conſil. xlv. v. viij. in iij. l. debitorum. C. de pact.
2 argu. d. l. j. §. is quoque. & d. l. pen. de bon. libe.
3 Bal. cccl xxj. in prin. arg. d. l. ſi is qui bonis.
4 arg. d. l. ſi is, qui. de vulg. Alberic. q. cxij. xij. part. ſtat.
5 l. lucius. in fin. de iur. fiſ. vbi Bar.
6 d. l. data. C. de don.
7 l. ſi quis filium. in fin. de acq. hæred.
8 l. fi. de iis quib. vt indig.
9 l. hac edictali. C. de ſecũ. nupt.
10 §. nec illud. in fi. & §. pe. in auth. de nupt.
11 Deci. conſ. ccxlvj.
12 Iaſ. auth. vnde parẽs. C. de inoff. teſta.
13 l. ſi prædia. in fi. de don. inter vir.
14 l. ſi ventri. §. fi. de priuil. cred. l. quæ tamen. de dona. int. vir.
15 l. j. §. & generaliter. l. fi. ſi quis teſta. lib.
16 arg. not. per Bart. l. iij. §. eũ igitur. de vi & vi arma. l. iij. C. de err. aduo. Feli. c. paſtoralis. de reſcrip.
17 Bal. l. quoties. C. de rei vẽ.
18 Barb. conſi. xj. j. Fel. c. cõſultationibus. de offi. deleg.
19 §. fi. inſt. de act. c. Odoardus. de ſolut.
20 Spec. ti. de act. ſeu petitione. §. in anterioris.
21 Sali. l. j. C. de ſum. trini. Aret. conſi. lxxiij.
22 c. ad noſtram. de emp. & ven. c. illo vos. de pigno.
23 Bar. conſi. lj.
24 conſi. clxij.
25 l. ſi ita quis. §. ea lege. de verb. obli. l. pe. §. matre. de lega. ij.
26 Bal. auth. ad hæc. C. de vſ.
27 c. tua nos. extra de ſimo.
28 Bar. l. qui ſic. in fi. de ſol.
29 d. ca. officium. de elect. & c. emẽdari. j. q. j. verb. ne videatur.
30 d. c. tua nos. ad fi. Anch. conſ. cclxxj. doct. d. l. cætera. §. fina.
31 d. l. qui cùm viro. §. fin.
32 Bal. l. per diuerſas. in fi. C. mand. Com. cõſi. clxxiij. Cepo. xxxj. Barb. cõſi. xxvij. j. 51. Curt. Sen. 55. Dec. 182.
33 cl. j. de reb. ec. l. Modeſtinus. de ſol. gl. l. in bonæ fid. C. de pac.
34 l. ſin autẽ. ff. de pact. vbi Soci. & Albe.
35 Fel. d. c. paſtoralis.
36 Soc. Alb. Caſt. & Iaſ.
37 Caſtr. Iaſ. l. contra. §. fin. de pact.
38 l. ſi ad reſoluendam. C. de præd. mi.
39 in add. ſpec. tit. de pact.
40 146. & 159. Goz. xv.
41 l. ij. ſ. de reb. eor.
42 tract. pig. par. iiij. ad fi.
43 l. voluntate. in fi. ſ. quib. mod. pig. ſol. l. ſi cũ vendederit. de pig. act. dixi. l. traditionibus. C. de pact.
44 l. j. C. de theſau.
45 c. pe. de deci.
46 l. volũtate. in fi. ſ. quib. mod. pig.

redimendi cauſa, vel vt dominium vtile ſibi remaneat, ſicque ſupràſcriptæ deciſiones de-
fendantur, aut nullas retinuit, vt cum de pignore paciſcitur, & tunc nihil refert, quod vel
ab ipſo principio vel incontinenti poſt ſit pactus: cùm enim pignus aduerſetur dominio[1]
non poteſt videri pignoris pactione aliquid vtiliter quiſque ex dominio ſibi reſeruaſſe[2].
Rurſus ſupràſcriptis obſtat ratio generalis, quòd ex præſenti * regulariter non præſu- II.
mimus retro[3]. Vnde animus, qui fuit tempore delicti, non debet præſumi etiam adfuiſſe 55
tempore alienationis. Sed reſponderi poteſt propter præſumptionem † rei incontinenti 56
geſtæ ceſſare ſupraſcriptam rationem. nam & cùm tempus præteritum præſens reſpicit,
ſicut finis principium, ex eo, quod ſequutum eſt, retrò præſumitur[4]. videtur autem propter
incontinenti ſubſequutum delictum, mutuo reſpectu vtrunque geſtum eſſe[5]. Fortiùs ob- III.
ſtat lex noſtra, in qua donatio poſt crimen facta valet, ergo multò fortiùs valere debet, ſi
ante facta quamuis incontinenti quod Puteus tradidit: videntúrque Oldra. & Odofred. in
ea fuiſſe ſententia, qui cenſuerunt legi noſtræ locum non eſſe, ſi poſt contractum crimen
ſtatim reus donaſſet[6]. Alij ſecundum communem interpretationem exiſtimant legi no-
ſtræ locum eſſe, cùm delictum occultum eſt adeò, vt donans veriſimiliter credat fore, vt
nunquam detegatur, neque ius in fiſcum tranſeat: at ante commiſſum facinus non poteſt
quis eſſe certus, quin de ipſo ſcelere depræhendatur[7]: ideóque facilius fraus præſumitur.
Et ex ſupràſcriptis ſatis poteſt colligi ex actu incontinenti geſto non * præſumi frau- I.
dem, quoties aliqua ratio repugnaret. Vnde & propter fauorem publicum excluſioném- 57 II.
que odij putarem à ſupràſcripta coniectura recedendum eſſe. Finge, lex iubet domum par
ricidæ æquari ſolo: aliquis alienata domo ſtatim parricidium fecit. cenſuerunt aliqui frau
dem præſumi[8]. Ego contrà ne fauorabilior interpretatio adſumatur, ne deſtruantur do-
mus[9], & ne ſtatutum odioſum in caſu verò loquens ad fictum ſeu prẹſumptum trahatur[10].
Qua ratione & videmus odio ſpoliatoris inductum, vt ea allegatione vti non poſsit, Dolo
facis, qui petis quod incontinenti reſtituturus es[11], cùm tamen alias ei exceptioni regula-
riter ſit locus. Nam † & receptum eſt, ſi quis poſtquam me ſecretò adloquutus eſſet, in- III.
continenti inimicum meum occiderit, præſumi mandato meo feciſſe[12], niſi tamen alia 58
coniectura accipi poſsit, vt quia percuſſor iam fuiſſet ab occiſo prouocatus[13]. Vnde adpa-
ret aduerſus ſupràſcriptam prẹſumptionem aliàs præſumptiones induci poſſe, vt delicti ſu
ſpicio euitetur. Sed & quotieſcunque lex limitate loquitur de actu poſt facto, non exten IIII.
detur ad eũ, qui incontinenti ante geſtus ſit[14], in limitatis enim ad momenta quoque tem-
porum adtendimus[15], ſicut in his, quæ formam, ſeu conditionem reſpiciunt[16], quod & ele
ganti quẹſtione Baldus docuit[17]. Qua ratione cum venditor in traditione rei ſpecialiter V.
pactus eſſet, vt res vendita nemini pignorari poſsit præterquam vxori emptori potiorem
eſſe vxorem creditorib. priorib. aliqui reſponderunt[18], dum tamen huiuſmodi pactio in
contractus ingreſſu ſit poſita non ſi incontinẽti poſt, quia ſtatim ius eſſet creditoribus quẹ-
ſitum, quod pacto tolli deinde non poteſt[19]. Ego non video quomodo venditor alteri pa-
ciſci potuerit, cum nihil ſua intereſſet[20]. Fortiùs ego generaliter conſtituendum arbitror,
vt quoties de iis tractamus † quæ meræ facultatis noſtræ ſunt, nullus ſit ſupraſcriptæ præ- 59
ſumptioni locus[21]: quoniam qui vtitur iure ſuo, nemini iniuriam facit[22]. Vnde † ſi quis I.
extremo halitu concubinam in vxorem acceperit, legitimos efficiet filios, & nullum agna 60
tis querelæ locum relinquet[23]. Sic is, qui pœnam ſoluit antequam condemnatio ſequa- II.
tur, ſtatuti vindictam euadet, nec quicquam in fraudem dicetur feciſſe, quod Bartolus tra-
didit[24]. Sic pater qui debito ſibi in bonis filij vſufructu incontinenti renuntiarit nihil di III.
citur in fraudem creditorum feciſſe[25]. Sic qui nouit ingredi religionem, tametſi incon- IIII.
tinenti exeat, votum ſeruaſſe videtur, quia ſatis dicitur ingreſſus: vnde poteſt iuris bene-
ficio vti, quo ante annum probationis permittitur pœnitentia[26]. Sic clericus homici- V.
da incontinenti propter delictum abiurans ſacerdotium, dicitur vti iure ſuo & valet re-
nuntiatio[27]. Putarim tamen delicti perpetrati mentionem in ſupplicatione faciendam, ne
aliàs vitiũ ſubreptionis obiiciatur[28]. Hinc infertur, ſi dominus iure prælationis ab em- VI.
phyteuta * rem conſequutus eſt, poſſe eum incontinenti alteri fortè amico vendere, nec 61
iuſtam eſſe emphyteutæ querelam tanquam in fraudem emerit, cùm iure ſuo dominus ſit
vſus[29]. lex enim ſolùm mandat, vt emphyteuta à domino pretium meliorationis reci-
piat[30]: nec vlterius dominum grauat, ne alienare poſsit, tametſi hac in re ſciam alios ali
ter reſpondiſſe[31]. Nec me mouent quædam exempla, quæ in contrarium adduci poſſunt:
videntur enim in iis duntaxat procedere, quæ lex meræ facultati noſtræ non relinquit: vt
quia ius alteri interim ſit quæſitũ[32]. Quale eſt, cùm quis moribundus in fraudem ſubſti- I.
tuti ingreditur religionem[33]. Nam cùm monaſterium ſit loco filij, præferetur ſubſtituto,
húncq; excludet, vt ait Bal. Ingrediẽs igitur cœnobium, licet re vtatur iure ſuo, alteri tamen
facit iniuriam: obídque cœnobium non excludet hoc caſu ſubſtitutum. Nec obſtat quòd
ſubſtitutus ſi hæres deceſſerit ſine liberis, ab eo ſummouetur qui legitimatus fuerit[34].
Reſpon

1 l.neque pignus. de regulis iuris.
2 Mod.tract.pign.iiij.parte.q.pe.Cur.Iun. cõſ.cxlvij.
3 l.j.§.magiſtratus.de magiſt.conuen.not.l.expreſſa. C.de prob.c.ſi eo tempore. de reſcri.vj.
4 l.ſed Iulianus.§.proinde. ad Macedo.
5 arg.l.Modeſtinus.de ſol. l.qui ſic.de ſolut. Bald.l.per diuerſas.in fi. Iaſ.l.fin.q.xx. C.de iur.emphy.
6 argu.l.ſi.quod vi, aut cld. l.qui tertiana. de ædili.edi.
7 arg.l.iij.de fur.c.ſi.de homicid.in vj.
8 Io.And.de don.c.fin.
9 l.cætera l. ſenatus.de legatis primo.
10 l.ſi. C.de interd.matr.c. ſuſceptum. de reſcr.in vj.§. fi.in auth.vt lic.mat.
11 l. dolo. de doli except.l. qui ſic.de ſolut.
12 Bar.d.§.ſi Feli.c.afferte. de præſumpt.
13 Bal.conſi.cl.j.ccclxxxij. v.Iaſ.l.j.C.de ſer.fug.
14 l.Seia.§.virgini.l.inter eos.de don.inter vir. d.l.ij. de reb.eor.l.actor.vbi gloſ. de re iud.
15 l.pe.C.de poſth.hær.inſt.
16 l.Thais.§.intra.de fid.liber.gloſ.d.l.actor. Doct.l.ſi iudex poſtea.de re iud.
17 Bal.c.cum dilectus.de fide inſtr. Ang.l.Pomp.§.ratihabitionis. de procurato.
18 Bar.l.ſi quis duos.de ſol.pen.§.ſi vir.ſol.mat.
19 l.null⁹ videtur.de re.iur.
20 Doct.l.ſed eſt quæſitum. de lib.& poſth. l.nuper. de nat.lib.vbi doct.
21 Socin.conſi. lxxv. & ſeq. in iiij.
22 d.l.j.in fi.de reb.eor. Fanenſ.vbi ſ.
23 l. iuſiurandum.& ad §. fi. de iureiurando.
24 l.pen.ff.de pact.
25 l.patrem. q̃ in frau. vbi Di.& Aberi.Iaſ. l.poſt mortem. C. de fideicommiſsis.
26 c.ex trãſmiſſa.de renũ. Archid. xij. q.ij. ſancimus. Iaſ.l. in ſubſtitutione.in fine.de vulg.
27 Fel.c. inquiſitionem.de accuſat.
28 c.dilectus.j.c.ſeq.de reſcript. Oldr.cccxiij.
29 in auth. vt de cætero cõmulationes.circa medi.per locum à ſpeciali.
30 l.ſi.C.de iur.emphyt.
31 Guid.Pap.q.ccccij.
32 Bald.c.j. §.porrò.qualiter olim feud.pot.alien.
33 Doct.auth.niſi.ad Treb. c.Barbat.conſ.xviij.in ij.
34 Docto.l. generaliter.§. cum autem.C.de inſtitu.& ſubſtitut.



Reſpondeo, id propter verba conditionis inducitur[1]. Et quia huiuſcemodi legitimato na-
turalia iura ſuffragãtur, cùm ſecùs ſit in monaſterio, quod quis ingrederetur. Solùm enim
commentitium Iuſtiniani ius, & quidem aduerſus teſtatoris mẽtem inductum ei prodeſt[1],
fauórque religionis propter fraudem ingredientis ceſſat, & habet aliquod ius ſubſtitutus[2].
Sicut & pater in dote filiæ, quam ſibi reſtitui ipſa in matrimonio decedẽte ſtipulatus eſt[3],
ius habet[4]. Vnde nõ debet in facultate mariti eſſe vt per repudij miſsionem illud auferat[5],
cum ſimulatum cenſeatur tale repudium[6] quicquid in non abſimili caſu Paul. Caſtren. An
charanúſque reſponderunt[7], quorum deciſio haudquaquam videtur vera, ſed ſecundum
ſupraſcripta ſemper diſtinguendum eſt. Cæterùm & idem eſt, quoties lex noſtræ facultati
62 diſpoſitionem non ſubiiceret aliqua alia ratione[8]. nunquam † enim legi faciẽda eſt fraus[9],
quod aduerſus Pont. reſpondi[10]. Qua ratione non dicitur veniſſe, qui incontinenti receſ-
ſit[11]: & lex requirens, vt quis veniat in iudicium, intelligitur & permaneat[12]. Vnde, propo
ſitis edictis pro valuis eccleſiæ[13], cùm ſtatim corrupta ablatáve fuiſſent, reſpondi legis ſo-
lennitatem obſeruatam non videri[14]. Sanè ad ſupraſcripta aliquatenus pertinet, quod ali-
bi traditur, ex iis quam prẹpropere, præcipitíque quadam feſtinatione geſta ſunt, fraudem
quoque præſumi[15]. quod in iudice nimis accelerante traditum eſt[16], & in eo, qui, & ex abru-
pto confiteatur[17], itémq; in eo, qui calore quodam animi ſe deuoueat[18], & ſi qui ſimiles ca-
VI. ſus. Sexta eſt præſumptio, cùm donatio † conditionaliter facta eſt, vt quia dictum, Do-
63 no, ſi contigerit bona mea publicari, cenſetur in fraudem fiſci facta: quod hîc Bartol. tra-
dit[19]: & receptiſsimum eſt: cùm enim hæc donatio collata ſit in tempus inhabile, ideſt quo
ius iam ad fiſcum pertinere cœperit, perinde eſt ac ſi tunc eſſet facta[20] nulliúſque effectus,
nec poteſt ex ea transferri dominium, quod eueniente conditione iam cœpit ad fiſcum de-
ferri[21]. Et licet in contractibus conditio exiſtens retrò ad tempus ſtipulationis celebratæ
trahatur, & ſecundum illud iuris acquiſitio fiat[22]. tamen hoc non procedit, cùm vel pro-
miſſor, vel res ipſa cœpit eſſe inhabilis[23] Sequuntúrque omnes hanc coniecturam, niſi alia
I. ſubeſſe proponeretur quæ efficacior eſſet[24]. Vt in caſu Vlpiani cùm maritus vxori do-
64 nat in caſum deportationis: valet enim donatio * & deportatione confirmatur[25], ſpeciali
II. fauore præmij pudicitiæ & coniugalis amoris[26]. Sunt tamen qui Vlpiani reſpõſum † in-
65 telligant, non cùm ſpecialiter deportationis facta eſt mentio, ſed cùm generaliter donauit
66 maritus cauſa mortis, ſimplex † enim mortis mentio arguit id actum, vt donans prius ipſe,
dum viuit habeat, deinde donatarius[27], nec videtur quicquam ad fiſcum conſiderationis
III. habuiſſe, qui intellectus regulis iuris, ſuperior verò verbis legis magis conuenit. Hinc
infertur ad quæſtionem, Dedi monachis certum fundum, ipſi vice mutua cõſtituerunt mi
hi reditum annuum ſuper vniuerſis bonis ſuis vbique gentium ſitis[28]: actúmque eſt, vt eos
Romæ, Venetiis vbique locorum poſsim conuenire: deinde perpetrato in patria delicto
67 fui proſcriptus. Quæritur, an fiſcus ipſe exigere penſionem poſsit? & cùm * publicatio
extra territorium non trahatur[29], videntur duo rei credendi eſſe fiſcus in patria[30], ego
extra patriam: & ideo ſi priùs mihi ſoluiſſent, liberati à fiſco cenſerẽtur. Hoc enim in duo-
bus reis credendi regulare eſt, vt ſolutione vni facta alter excludatur[31]. Quòd ſi ſpeciali-
ter actum eſſet, vt monachi in caſum quoque confiſcationis ſoluerent, tunc poſſet fiſcus
alienationem fundi ceu in fraudem factam (vt hîc dicitur) reuocare, quo caſu, re eui-
IIII. cta, monachi ampliùs non tenerentur[32]. Sanè huic quoque præſumptioni † haudqua-
68 quam locus eſt, quoties non de facultatibus delinquentis, ſed alterius tractatur: & ideo
69 valet † pactum alienationi adiectum, vt ſi contingat te delinquere, bona ad talem per-
tinere incipiant[33]. Potui enim ego, qui non deliqui, hanc legem rei meæ imponere[34].
Sed quid, ſi ſtatutum huiuſmodi prohibitiones etiam à tertio fieri vetet? & præſumat in
fraudem fiſci factas? & cùm præſumptio legis, ſeu fictio debeat inniti ſigno veriſimili[35],
putarem non procedere, niſi cùm conſtaret delinquentem ea fiducia deliquiſſe, quia
videret huiuſmodi prohibitione rem ſibi in tuto aduerſus fiſcum fere. aliàs enim conſti-
tutio iniqua eſſet, quæ ſub colore non veriſimili coërcendi facinoroſos fiſcum locuple-
taret[36], & quia abſque probabili cauſa facultatem libero homini auferret de re ſua diſ-
ponendi[37]. Putarem quoque rurſus non procedere, cum prohibitio ſpecialiter de fiſco
non loqueretur, ſed generaliter interdiceretur alienatio: tunc enim (vt ſuprà diximus) non
tam facilè coniectura fraudandi fiſci accipitur[38], vt tunc ſit locus iuris regulæ, expreſſa no
V. cent, non expreſſa non nocent. Quid rurſus, ſi donauerim † ſub ſupraſcripta condi-
70 tione, ſed adiecto pacto, quòd in caſum publicationis teneatur donatarius me alere?
& videretur non eſſe locum ſupraſcriptæ concluſioni: quia etiam publicato relinquenda
ſunt alimenta[39]: videtur autẽ donatio hæc propter mutuam alimentorum obligationẽ fa-
cta[40]. quam ſententiam ego probo, vt vſque ad alimenta donatio valeat, niſi huiuſmo-
di condemnatus ex lege municipali pro hoſte publico eſſet, vt impunè poſſet offendi[41].
VI. Vnde nec immeritò occidi eos poſſe conſtat. Sed finge, Promiſiſti Titio & hæredibus
mille

1 d.auth.niſi.
2 Bar.l. is poteſt.de acqui. hæred.
3 d.l.filiæ meæ. ſolu.matr.
4 l.ſi filia.C.de diuor.
5 §.ex conditionali.inſt.de verb.oblig.
6 l.dubium.C.de repudia.
7 Pau.conſ.cccxxxix.ij.Anchara.conſ.ccccxxx.
8 l.Iulianus. ſi quis omiſſa cauſ.teſtam.
9 l.ſi ab hoſtibus. §. ſi vir. ſol.mat.c.poſtulaſtis.de cõceſ.præbend.in fi.
10 Lud.Roma.conſ.lxviij.
11 Bart.l.conſentaneum.in fi.C.quomo.& quan.iudex.
12 l.ſcire.§.ſufficit.vbi.Ba.. de excuſ.tut. Mod.in c.j.de iudic.
13 d.authen.hoc ius porrectum.C.de ſacroſan.eccle.
14 arg.c.iij.de verb.ſignif. cum glo.
15 v.q. v. qui ambulat. vbi glo.& Archi.
16 l.iudices.C.de iudic.ca. tum ex literis.de reſt.in in.
17 cap.ex literis. de diuor. verb.admonita.
18 c.dudum.de cõuer.coniug.d.c.trãſmiſſa.Picus hic.
19 l.fi.de ſtip.ſer.vbi glo.& Bar.l.ſumma.in prin.de pe.
20 l.in tempus.de hæredi. inſtituen.
21 l.quoties.vlti.reſpon.de nouat.
22 l.ſi filiusfa. de ver.obli.
23 d.l.quoties. Bart.l.poſtquam.in prin.vt leg.no.ca.
24 l.diuus. de in inte.reſt.
25 d.l.ſed ſi mors.de dona. inter vir.
26 l.qui res vxoris.C.e.tit.
27 argu.l.Statius.§. fi. ibi, ſed ſi nõdum die.de iur.fiſ.
28 extrauag. regimini. de emp.& vendi.l.cum ſtipulamur.vbi dixi.de ver.obli.
29 Bar.l.j.C.de ſum.trini. Imol.l.ex facto. de hæredi. inſtit.
30 arg.l.ij.C.ad l.Iul.de vi.
31 §.pen.inſt.de duo.reis.
32 l.vendicantem.de euict. l. ius emphyteutici. C. de fun.pat.lib.xj.
33 l.Imperator Antoninus. de fid.lib. Alex.conſi.xxiij. in j.Iaſ.l.filiusfa. §. diui.vj. notab.de leg.j.
34 l.ea lege. C.de cond.ob cau.l.quoties. C.de do.quæ ſub mod.
35 Abb.ca.cum contingat. de iureiu.ca.erit lex.iiij.diſtinct.iiij.
36 arg.l.j.C.de ſec.nup.verſicu.ne in iis.
37 l.j.C.de ſacroſ. eccl.d.l. non vſque adeò. ſi à parẽte quis man.
38 ar.d.l.ſed ſi mors. j.l.iij. C.de ſer.pig. dat.l.ſi creditor.§.fi.de diſt.pign.
39 l.iij.§.de iis, quæ pro nõ ſcrip.
40 l.j.C.de donat.quæ ſub mod.
41 l.j.C.de bon.liber.Bar. quæſt.j.

mille aureos,ſi homicidium committeres,vel aliter eum offenderes : commiſiſti, & ſolum
vertiſti:fiſcus occupat bona tua:an conſequentur hæredes Titij à te mille?& videretur. ex
tali enim delicto bona non publicantur [1], & fiſco ius non ex eo delicto prout loquitur hîc
Bartolus, ſed ex poſteriore contumaciæ cauſa oritur [2]. debet ergo ante contumaciæ pœ-
nam eſſe ſtipulatio [3], maximè cùm ſtipulator fraudis particeps non ſit,qui quo faciliùs ab-
ſtineres à delicto,ſtipulatus eſt [4]: vt merito huic præſumptioni locus eſſe non poſsit. Sed VII.
quid in caſu † contrario, cùm quis donat incapaci ſub conditione cum capere poterit ? & 71
receptum eſt,valere huiuſmodi donationem [6]. Vnde ſi pater legat filio ſpurio,cùm capere
poterit,vel cùm legitimabitur,valet legatum [7]. Fortiùs receptum eſt,etiam inſtitutionem
ſuſtineri [8],licet enim in teſtamentis tria tempora ſoleant perpendi [9]: tamē cùm ſpurius cu-
iuſcūq; ſucceſsionis ſit capax præterquā paternæ,limitata hæc prohibitio negligitur,dum
vel tempore paternæ mortis vel ante euenientem conditionem ſit abolita [10]. Hinc infer-
tur,ſi mulier ſecundum maritum in ampliore parte inſtituerit, quam per legem diui Leo-
nis poſſet [11]. eíque communes filios vulgariter quatenus maritus capere non poſſet ſubſti-
tuerit,valere ſubſtitutionē [12],& † fraudem nullam videri legi factā.Poteſt enim mulier inæ 72
qualitate inter liberos vti [13],& plus ſecundi matrimonij filiis relinquere,quàm aliis.qua ta-
men in re videntur alij aliter ſenſiſſe [14], tanquam fraus hoc caſu præſumatur, cùm ex pri-
ma mariti inſtitutione ſatis adpareat,non tam filios quàm maritum prędiligi [15].Nos etiam
ſuprà adtigimus. Et hæc quidem quod ad hanc legem adtinet, ſufficiant. aliàs enim doli
præſumptiones nos alibi adtigimus.

1 authē. bona damnatorū. C.de bon.proſcr.
2 l.ſi ideo.ff.de euict.Bar.l. cum filius.de verb.obl.
3 l.non poſſunt.ī.de iur.fiſ.
4 l.ex ea parte. §.j. de ver. oblig.l.non impoſsibile.de pact.ſ.
5 d.l.fi.de ſtip.ſer.
6 d.l.in tempus.de hæred. inſtituen.
7 l.non intelligitur.§. quādo. auth.de iur.fiſ.Bar.l.j.in vj.membro.de reg.cal.
8 Iaſ.l. Gallus. §. inſtituēs. ſ.de lib.& poſthu.
9 l.ſi alienum. §. in extraneis.de hære.inſti.
10 glo.l.fin.de reg.cal.d.§. qudāo autem. Are.l.ſi filiuſ fam.de teſtamen.
11 l. hac edictali. C. de ſec. nupt.
12 Bal.conſ.ccccj.in fi.in ij.
13 §. illud quoque oportere.in auth.de nup.
14 Bald.conſil.cccxxxvj.in iij.Io.Garro in d.l.hac edictali.verſic.vlti. Ripa l.j.de vulg.l.ſi maior.j.C.de trāſ.
15 l.Iulianus.ſi quis omiſſa cauſa.

## *DE ACQ. VEL AMIT. POSSESS. RVBRICA.*

SVMMAE.

2 ☞ *Poſſeſsionis retentionem variè argui.*
7 *Vſucapio ſine bona fide corruit.*
9 *Contrariorū idē ius extenſione ex cauſis diuerſum.*
11 *Statuta inextendibilia.* (10.14.17.

DOMINIA * Iuregentium confeſtim acquirebantur,tradita 1
poſſeſsione [16], quod ſuprà tractatum eſt.at iure ciuili continuatio-
ne poſſeſsionis vſque ad tempus lege definitum opus eſt [17]:de ea er
go hîc videndū eſt [18]. Cognoſcetur † autem hæc retentio poſſeſsio- 2
nis ex eius acquiſitione. Itémq; amiſsione:quoniam( vt Accur.in-
quit)contrariorum eadem eſt diſciplina [19].Sed vnde hoc,vt vſuca
pio ſi interim poſſeſsio * deficiat,interrumpatur [20],& tamen ex bo 3
næ fidei defectu non interrumpatur [21],an quod Iaſ.ait,quia qui vſu
capiebat,amiſſa poſſeſsione conueniri amplius nō poteſt [22]. cùm
ergo agi cum eo non poſsit,nec præſcribere quidem is poſſe debet [23]. quod nō probo.quod
enim dicitur non valenti agere non currere * præſcriptionem,reſpectu ipſius domini indu 4
ctum eſt,cui negligentia adſcribi non poteſt,ſi agere non potuit [24]: at ſi de ipſo vſucapien-
te loquamur, aliud eſt, cuius vſucapio interrumpitur, ſiue ad dominum reuertatur poſſeſ-
ſio,ſiue ad alium erga quem pari negligentia vtatur dominus [25]. Verius ergo eſt poſſeſsio-
nem * vſucapionis cauſam eſſe,quæ nihil aliud eſt,quàm capio,ideſt,acquiſitio quæ fit per 5
vſum ideſt poſſeſsionem [26].Vnde niſi cauſa * integra accedat,effectus produci nō poteſt [27]: 6
ſed bona fides non cauſa vſucapionis eſt, verum quiddam extrinſecus requiſitum,quod ſa
tis eſt,ſi à principio adſit [28], licet hodie iure canonico quandocunque interueniat † bonæ fi 7
dei defectus,vſucapionem vitiet [29].imò etiam perfecta vſucapione fuêre, qui in foro con-
ſcientiæ tutum non eſſe poſſeſſorem crederent [30],quod alibi diſputaui [31]. Adnotant autem
Doct.(quod ſimpliciter Accur.ait)contrariorū * eandem eſſe diſciplinam.nec enim vnum 8
cognoſci poteſt,quin & aliud cognoſcatur [32],ſed an eadem † quoq; ſit iuris diſpoſitio,& tra 9
ditum eſt eſſe,ſi eadē contrarij caſus ſit ratio [33],quod lib.de ver.ſig.ſecūdò diffuſiùs tradidi,
ſecùs ſi contraria [34],vel diuerſa [35],quod Soc.hîc docet.Aduertendū tamen eſt,quomodo in
contrarijs ſubeſſe eadē ratio poſsit, cùm ſemper alterū videatur fauorabilius:ecce, abſol-
uere & condēnare contraria ſunt [36].at abſolutio fauorabilis,condēnatio odioſa eſt [37]:lega-
ti datio,& adēptio ſimul pugnant.& tamen adēptio fauorabilior cenſetur [38],lucrū & dānū
facere aduerſantur [39]: at alterū interpretatione adiuuandum videtur, alterum reſtringen-
dum [40],quomodo iiſce in caſibus dicemus ſubeſſe ſimilitudinem rationis?& puto de ratio-
ne intelligendum qua motus ſit legiſlator nec ad hunc fauorem adtendendum eſſe [41], ver-
bi gratia, lex Pontificia legatum ad pias cauſas probari poſſe cōſtituit etiam duobus dun-
taxat teſtibus [42]:an & reuocatio eodem teſtium numero probabitur?& non videretur:cùm
in reuocatione non fauor,ſed odium piæ cauſæ verſetur,& tamen Doctores receptiore cal
culo aliud ſentiunt [43], ratio enim legis eſt euangelicum dictum, *In ore duorum vel trium, &c.*

Cui ra

16 l.qua ratione.§.hęc quoque.cum ſeq.ſ.titu.j.
17 l.iij.ī.tit.j.
18 §.fi.inſt.de vſu,& habi.
19 l. j. ſ. de iis qui ſunt ſui vel alieni.Bar.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.de verbo. obligat.
20 l.ſine.ī.tit.j.& l.naturaliter.eod.titu.
21 l. iuſto.§. & ſi poſſeſsionis.ī.tit.j.
22 l.officium.de rei vendi.
23 l.j.in fi.C.de ann.excep.
24 d.l.j.in fi.
25 l.naturaliter.ī.tit.j.
26 l.denique.l. nec vtilem. ex quib.cauſ.maior.
27 l.j.§.j.ſi vſusfr.peta.
28 l. per ſeruum.in fine.de vſu,& habit.
29 c.fi.de præſcri.
30 canon.c.vigilanti.e.tit.
31 l.quinque pedum.C.fin. regundo.
32 d.l.j.de iis, qui ſunt ſui.
33 l. quemadmodum.ī.eo. l.ab emptione.de pact.
34 l.cùm prætor.de iudi.l. fi.§.fi.de leg.iij.
35 Bar.d.§.ſacram.
36 l.iij.ī. de re iud.vbi Iaſ.
37 l. Arrianus.de act.& ob.
38 l. ſi fuerit. de reb.dub.
39 l. manifeſtiſsimi. §. ſed cum in ſecundam.C.de fur.
40 l.fi.C.de codicil.
41 Bar.d.l.inter.§. ſacram. dum allegat §.ſtari.l.diem. de arbitr.
42 c.relatum. de teſta. vbi Abb.& cæteri.
43 l.in fraudem.§.j.de teſt. milit. Alex.conſ.xxix.in j.



Cui rationi vtroque caſu eſt par locus ſic proconſul mandat iuriſdictionem legatis, vt
cognoſcant de cuſtodiis,poterúntne innocentem abſoluere?& non poterunt:cùm nec no-
centem condemnare valeant:ſubeſt enim ratio prohibitiua,quod merum imperium dele-
gari nequit [1],cui vtroque caſu eſt locus ſiue condemnent,ſiue abſoluant.Non tamen perpe
tua ſunt ſupràſcripta. Quid enim, ſi conſtet hunc fauorem à legiſlatore perpenſum fuiſſe,
tunc non erit cōtrariorum eadem diſpoſitio [2]. Vnde quod relictum eſt filio coram duobus
teſtibus non reuocabitur : niſi ſolenni diſpoſitione, ne fauor filij ſubuertatur [3]: & facultas
quæſitoribus à fide delirantium relicta vt ſoli abſque ordinario abſoluere poſsint, nō pro-
trahetur,vt etiam condemnent [4]: quod frequentius receptum eſt : habet enim legiſlator ſu
ſpectam horum ſæuitiam imperitiámque [5]. Et ideo, quamuis condemnationem inhibeat
10 in abſoluendo,tamen ius olim collatum non aufert [6]. Ruſus † aduertendum regulam non
ex vi verborum procedere,ſed iure extenſionis, quæ propter ſimilitudinem rationis indu-
citur:quoties ergo extēſio locum habebit,procedet regula [7]. quòd ſi de materia tractemus,
quæ extenſionem non recipiat,tunc ei locus non erit: vnde cùm à verbis mādati receden-
dum non ſit [8], ſi Pontifex mandauit canonicorum numerum ſecundum facultates immi-
nui,ſeu moderari,ſi facultates augeantur nō ideo augeri poterit [9]. Sic,ſi facultas abſoluen-
di ex priuilegio alicui competat,non cenſebitur & ius condemnandi competere [10].Idem ſi
per nudum miniſterium facti competat [11]:in priuilegiis enim nō fit talis extenſio [12]. Sic ſta-
tutum,quòd quæſita à fratribus in communione viuentibus ſint communia, non trahetur
vt etiam debita ſint communia [13].quod intelligendum niſi æs illud alienum lucro facto co
11 hæreat [14].In ſtatutis enim prohibita quoque regulariter eſt extenſio : ídq; † maxime eſt ve
rum, ſi cautum ſit, vt ſtatuta ad literam duntaxat intelligantur. de qua re alibi [15]. Hinc in-
fertur,non tamen ſatis pertinenter,an ſtatutum ſororem ab hæreditate fratris excludens,
intelligatur,& vice contraria fratrem ab hæreditate ſororis reiicere : & Bald.negat,cuius
12 ſententia receptior eſt [16] ne producatur ſtatutum ad caſum * non expreſſum. Vnde conſe-
quens eſt vt idem ſit in caſu contrario,ſi ſtatuti verba fratrem ab hæreditate ſororis exclu
derent,vt non ideo prohibeatur ſoror quin ipſa fratri ſuccedat [17] ne,ſcilicet, à verbis ſtatu
ti correctorij recedamus, nam & ſtatuto excluſa ſoror ab hæreditate fratris, non cenſebi-
tur excluſa ab hæreditate ſororis,vt Caſtr.reſpondit [18]. Nec puto ego eſſe diſtinguendum,
ſtatutum negatiuè an adfirmatiuè conceptum ſit,quod Caſtr. credidit [19]. Nec me mouent
Soci.aliorúmq; quorundam rationes,qui reciprocas ſucceſsiones eſſe debere adfirmāt [20].
Reſpondeo æquitatem quidem hoc ſuadere, ſed eam non ſufficere, vt ideo ſtatuta ſupra
vim verborum extendamus [21]: cuius rei plura ſunt iure veteri exēpla ſecundum quod ma-
ter ex Tertylliano Senatuſc.ſuccedebat filio,nō filius matri:neceſſariúmq; fuit longo poſt
tempore id Orfitiano prouideri [22]: & filius emancipatus bonorum poſſeſsionem contrata
bulas patris edicto prętoris obtinebat:cùm tamē eo edicto non ſuccurreretur patri,ſed ne-
ceſſe haberet tanquam patronus ius ſuū petere [23].Sic media iuris prudentia vterinam ſoro
rem à fratris ſucceſsione reiiciebat: cùm tamen idem ille frater ei ſuccederet, durarétque
etiámnum id vitium,niſi Iuſtiniani conſtitutione emendatum eſſet [24].Sic & olim pater,qui
contracta fiducia emancipaſſet,filio ſuccedebat [25],& tamen non è contrario filius patri [26]:
cuius rei & hodie quædam exēpla ſuperſunt. Succedit patronus liberto vel ſtirpe,vel gen-
te,& tamen non libertus illi [27]. Filius fratris vtrinque coniunctus eum excludit in patrui
ſucceſsione, qui altero latere duntaxat iungatur [28], & tamen è contrario aliud eſt in filio
fratris decedēte:æqualiter enim is,qui altero,cum eo qui vtrinque iungitur,vocatur,vt re-
ceptior eſt ſententia [29].Sic & filius patri ipſo iure eſt hæres, non autem pater filio [30]: ſic fi-
13 lio legitima iure naturæ * in parentum bonis debita cenſetur [31], at parentibus in bonis fi-
liorum iure duntaxat commentitio ſeu( vt vocant)poſitiuo [32], adparet ergo rationē hanc
vicisſitudinis in materia ſucceſsionum concludentem non eſſe: cùm ſucceſsiones ex qua-
dam legis diſpenſatione proueniant, limitatámque habeant naturam [33]. Nec me mouet,
quòd ſtatutum probationem relicti legati ad duos teſtes reducens, etiam in ademptione
locum habet, quod Baldus cenſuit [34]. & receptius videtur [35]. nam in materia probatio-
num hoc tolerabilius eſt, quæ limitata non eſt, ſed fauorabiliter accipitur [36]. Vnde & ſta
tutum prohibens exceptionem probari per teſtes, ad actionem quoque extendetur, quod
idem Baldus cenſuit [37], vt in probationibus par ſit rei, & actoris cauſa [38]. Nec rurſus mo-
uet, quod in correlatiuis diſpoſitum in vno cenſetur & in alio diſpoſitum [39]: quia ( vt ſu-
prà vidimus ) pater & filius,frater & ſoror,maritus & vxor, ſunt quidem correlatiua ſan-
14 guinis ratione, vel fœderis connubialis. Quod verò † ad ſucceſsionem adtinet, diuer-
15 ſo iure cenſentur. Vnde quamuis maritus dotem recipiat, hodie tamen donatio * propter
nuptias in vſu eſſe deſiit [40], multáque parentibus conceduntur, multa maritis, quæ non
filiis, nec vxoribus permittuntur [41]: quod ex lectione ſtatutorum municipalium vbique
16 adparet. Sanè cùm quandoque plus neget * negatiua, quàm ponat adfirmatiua [42], con-
ſequens

1 l.ſolent.de of.procon.
2 l.fina.§.a lec.C.vbi ſena. vel clariſſ.
3 auth. hoc inter. C.de teſtamen.
4 gloſ.clem.j. verb.contra eos.de hæreti.
5 d.clem.j.in prin.
6 arg.§.illud.in authen.vt cler.apud propr.epiſ.
7 gloſ.l. proponebatur.de leg.ij. Alexan.hic.
8 c.ſuſceptum.de reſcript. in ſexto.
9 c.fi.de verb.ſig.
10 c.pe.de offi.delega.Fel. c.non poteſt.de re iudi.
11 glo.c.cum inferior.
12 Abb.c.cum ex iniuncto. de hæretic.
13 Caſtr.conſ.lxviij.in primo.Alex. conſ.cxxxix.in v.
14 l.contra.in fi.ſ.de pact.
15 in l.omnes populi.de iuſtitia & iure dixi libro j. de ver.ſig.
16 Bal.l.lege xij. tab.ad fi. C.de leg.hæredi.vbi Raph. Caſtr.Cor.alij.hic.
17 arg.l.j.C.de adul.Bal.l. teſtamentum.in fi.C.de teſtament.
18 conſi.cxix. hæreditas.in primo.
19 Caſtr.d.l.lege xij.
20 §.filium.in auth. quib. mod.nat.ef.ſui.l.ſi ab eo.C. de leg.hæred.gloſ.§.fi.inſt. ad Tertyllia.
21 Soc.cōſ.lxxv. in iij.Cur. Iun.conſ.vj.
22 Inſti.ad Tertyl.& Orf.
23 l.j.ſ.ſi quis à par.man.
24 d.l.lege xij.tabul.
25 §.fi.inſtit.de leg.ag.ſuc.
26 §.emācipati.inſt. de hæred.quæ ab inteſt.
27 inſt.de ſuc.lib.& de bo. poſ.verſ.quinto,& ſexto.
28 auth. ceſſante.C.de leg. hæred.
29 auth.poſt fratres. ij. C. eod.tit.vbi Cor.
30 §.ſui autem.inſti.de hęred.qual.
31 c.Raynutius.de teſtam.
32 Bal.l.j.§.ij.de iuſt.&.iu.
33 gloſſ.l.illa inſtitutio. de hæred.inſtit.
34 Bal.l.fi.C.de fideicom.
35 gloſ.l.proponebatur.de legat.ij.
36 l.curent.de teſtib.
37 ca.cùm veniſſent. extra de iudic.
38 l.non debet actori.de regul.iur.l.fina.C.de fruct.& lit. expen.
39 l.fin.vbi Iaſ. C. de indi. vid.tollen.
40 c.fi. extra de don. inter vir.& vxo.
41 Ang.l.j.C.de adulter.l. conſenſu.C.de repud.
42 glo.l.hoc genus. de cōditio.& demonſtr.c.j.in gl. j.de regu.iur.in vj.

ſequens eſt, vt † tunc contrariorum non ſit eadem diſciplina[1], quod aliquibus exemplis 17
oſtendi poteſt[2]. Idémque dicendum, quoties ſignificatio ex vniuerſo ſumitur in quo quid
ſit falſum[3]. Hinc eſt, quòd ſi iudex appellationis pronuntiauit bene iudicatum, cenſetur re
ctè, & ritè iudicatum pronuntiaſſe: quòd ſi dixerit male iudicatum, verba ſignificabũt aut
rectè aut ritè non eſſe iudicatum. Sed quia iudex appellationis defectus ſolennitatem pri-
mæ ſentẽtię ſupplet[4], intelligitur de iuſtitia cauſæ ſenſiſſe, quod Bal. tradidit & refert Iaſ.[5]

1 l.eum qui.§.ſi libertus.j.
2 l.Titia.§.fi.de manu.teſt. Bar.l.actione.C.de tranſac.
3 l.ſi is qui ducenta.§.vtrũ. ff.de reb.dub.
4 l.j.C.quando prouo. vbi Doctores.
5 Bal.l.eos.C.de appell.Iaſ. l.fi.ff.quod cum eo.

## S V M M AE.

1 ☞ *Dominij origo.*
2 *Poſſeſſionis etymon varium.*
3 *Poſſeſſionis à corpore ductæ cauſa.*
10 *Præda in publicum referenda, militibus remuneratis: quandoque contra.*
13 *Occupantium pleraque non fieri.* 19.
15 *Silytri modus.*
22 *Rerum diuiſio.*
25 *Poſſeſſio definitur.*
29 *Poſſeſſionis origo.*
31 *Poſſeſſionum partitio & differentiæ.*
34 *Poſſeſſionem variè dici atque intelligi.*
35 *Poſſeſſio ciuilis: eiúſque effectus.* 36. 38. 39. 40.
37 *Conſtituti effectus.*
41 *Poſſeſſio naturalis eiúſque effectus.*
45 *Seruitutes prædiales variè poſſideri.*
50 *Detentationis genus vnum, effectus multiplex.*
52 *Poſſeſſionis quærendæ modi.* 57. 58. 59.
53 *Appræhenſio certis rebus neceſſaria.* 56.
55 *Inuentionem adpræhenſionem referri.*
62 *Poſſeſſionis amittendæ modi.*
63 *Naturalem deſinentia ex cauſis non amitti.*

## L E X  P R I M A.

POSSESSIO. A poſſeſsione † olim cœpit dominium: & hodie inci- 1
pit iis in rebus, quæ in nullius bonis ſunt. nam & bello capta in nullius bo
nis fuiſſe videntur, vtpote à dominis pro derelictis habita, dum pila, id
eſt, milites fugiunt. Vnde & expilare verbum, cùm quid furto ſubtrahi-
tur, cuius adhuc nullus ſit dominus[6], vel ſi ſit, cùm dominus fugit, & pro
derelicto habet, vt in iis cõtingit, qui græcè λωποδύται vocantur, ideſt no
ctu vi adhibita fugientes viatores palliis ſpoliant[7]. Vario autem modo à pleriſque ety-
mologia † poſſeſsionis deducitur in vulgatis codicibus à pedum poſitione legitur: quæ ſen 2
tentia cum vetuſtiſsimo Hębreorum iure conuenit quo traditum erat, vt quicquid calca-
uerit pes tuus, tuum ſit[8]. at in emendatioribus legitur à ſedibus. Poſsidere enim, reſidere,
deſidere, & ſimilia à verbo ſedeo, deducuntur: hinc ſeruare ſedem, Vergilio: habere ſedes,
Alfeno[9], occupare ſedes, Iſidoro[10], capere, præbere, collocare, Ciceroni poſsidet, ergo
qui ſedem poſuit, quod Iuriſcõſultus hîc ait. Grãmatici tamen à dictione, pos. & ſedeo exi-
ſtimant poſsidere, qui poteſt ſedere[11], quod alibi docui. ſicut polluere, qui poteſt lauare, pol
liceri, qui poteſt liceri. Sed † cur poſſeſsio magis à corpore denominatur, quam ab animo, 3
cùm tamẽ animus nõ minus neceſſarius acquirendę poſſeſsioni ſit quàm pedes, vel manus
vel ſedes[12] an quia denominatio ab eo * fieri debet, quod rei ipſius propriũ ſit[13], id eſt, quod 4
illi ſoli ſpecialiter conuenit[14]. Corporis autem factum ſpecialiter poſſeſsioni acquirendæ
neceſſariũ eſt[15]: at animus nõ huic tantùm, ſed cuicunq; acquiſitioni generaliter adeſſe de-
bet[16]. Sic ſtipulatio * non à cõſenſu, qui generaliter accedit, ſed à verbis, quæ propriè requi- 5
runtur, appellationẽ habet[17]. Sanè nõ pedibus tantùm, ſed manibus quoq; poſſeſsio quæri-
tur. Vnde mancipare * eſt manu capere, & res mãcipi, quas in manu, ideſt, dominio poſſeſ- 6
ſionéque noſtra habemus[18]: & manumittere de poteſtate noſtra dimittere[19]. Qua ratione
fit, vt etiã propriè loquẽdo poſsidere * dicamur res mobiles, vt Bar. hîc docet, cùm per ma- 7
num earum poſſeſsionem acquiramus quę ſententia aduerſus Acc. receptior eſt. Quod au-
tem hîc græcè dicitur * κατοχήν. fit à verbo græco κατέχω. quod ſignificat detineo incideo. 8
ITEM BELLO CAPTA. Quę ergo in bello * capiuntur capientiũ efficiũtur[21], 9
idq; vetuſtiſsimũ eſt gentium ius, quod tamẽ aliquatenus iure ciuili temperatũ eſt, nempe
vt quamuis res captę efficiantur capientiũ, cùm tamen milites de publico ſalaria habeant,
teneãtur † hęc ſpolia ad Ducẽ ſuum referre[22], qui prædã hanc in publicum, ſeu ærariũ redi 10
gat. id eñ militaris diſciplina poſtulat, ne iniquiſsima forte præda eorũ ſit, qui omiſsis ho-
ſtibus, eã duntaxat ſectãtur: in publicũ ergo redigunt quæſtores nõ ſolùm immobilia[23], ſed
etiã mouentia, itémq; captiuorũ, & obſidũ bona[24]. habent tamẽ prętores facultatẽ aliquid
militib⁹ donationis cauſa relinquẽdi, & eorũ fortẽ operã remunerandi[25], quandoq; etiã ad
acuẽdos militũ animos pronũtiabat prędã ipſorũ fore: cuius rei exẽpla apud hiſtoricos plu
rima ſunt[26]. Sanè & res hoſtiũ non quidẽ bello captę, ſed quæ penes nos reperiũtur, noſtræ
efficiuntur, non publicę[27]. cùm enim hoſti lex actionẽ ad eam conſequendã non det[28]. Se-
quitur, vt in eius bonis ampliùs nõ ſit[29]: meritò ergo tanquam in nullius bonis ſit, occupan
ti concedetur quod & Bartol. hîc ſentit[30]. Habétque hæc ſententia æquitatem. Si enim ho
ſtes quicquã ex bonis meis diriperent, ſuũ facerent, & quamuis minimè militantẽ, ſed vm-
braticũ caperent: ergo, viceverſa, idẽ cõcedendũ eſt mihi, vt quod ex ſuo capiã, meũ fiat[31].
Vnde ſequitur, vt ſi princeps edixerit, vt quiſquis habeat bona hoſtiũ teneat ad ſe deferre,
tali edi

6 ĩ.de cri.expi.hæredi.l.ij. & l.fina.
7 l.j.§.j.de effracto. dix.libro j.c.xj. παρίρ.
8 Deute.c. xj.Ioſue.c.xiiij. vel c.j.
9 l.in lege cenſoria.de ver borum ſignif.
10 c.ius gentium.j.diſt.
11 arg.l.iij.§. ex contrario. in fi.ĩ.eod.
12 l.iij.in prin. l. quemadmodum.ĩ.eod.
13 §.eſt & aliud. inſtitu.de donatio.
14 l.mortis.pe.ĩ. de donat. cau.mor.l.non facilè.§.j.de gradib.
15 d.l.iii.§.Nerua.
16 l.pro hærede.de acq.hæred.l.iij.§.pe.ſ. de condict. cau.da.
17 Caſtr.rub.ĩ.de ver.obli.
18 l.j.C.de vſucap.transfor. in fi.vbi Cin.
19 l.ii.de off.procon.l.manumiſsio.de iuſt.& iure.
20 l.j.in fi.ĩ.de fur. §.retinendo.inſti.de interd.
21 l.naturalem.in fi.ſ.tit.j.
22 l.is, qui prædam. ad l. Iul.pecu. xxiij.q. v.c. dicat aliquis.
23 l.ſi captiuus.§.ex pulſis. de capt.
24 l. diuus Cõmodus.ĩ.de iure fiſci.
25 c.ius militare.ad fi.j.diſtinct.l. ſi quis pro redemptione.§.ſimili.C.de donat.
26 arg.c.ꝓ humani.de homicid.lib.vi.ad fi.
27 l.transfugam. ſ.titul.j. Barto.in extrauag.qui ſunt rebell.
28 Epiſtola inter claras. verb.extores.de ſum.tri.C. Caſtr.l.omnes populi.in fi. de iuſtit.& iu.
29 l.rem in bonis.ſ.tit.j.
30 Bar.in ſumma.
31 l.pen.C.de ſolut.



tali edicto ciuis non comprǽhendatur qui huiuſmodi occupauerit: quia non hoſtium, ſed
ſua ſunt[1]. Quid ergo, ſi iure amicitiæ acceperit clam in depoſitum ab eo, qui dein factus eſt
hoſtis? & videtur alia quoque ratione tutus eſſe. Cùm enim fidem ei dederit, & ſecreto ha-
bere promiſerit debet eam ſeruare: cum probo viro conueniat, etiam hoſti fidem ſerua-
re[2]: ne videatur edictum id inducere, quod aduerſus ius naturale eſt[3], vt, ſcilicet, eum qui fi
dem noſtram ſecutus eſt, prodamus[4]. Quod non abſimili caſu Thomas Aquinas tradidit,
11 & ex facto Socinus reſpondit[5]. Sanè quod hîc dicitur * bello capta effici capientium, pro-
cedit, ſi bellum iuſtum ſit: ſi verò ſit iniuſtum, ſecùs eſt[6]. Dicetur autem iniuſtum, quod ab
eo indictum ſit, qui ius indicendi non habet[7]: vel ſi habeat, notoriè, & euidenter conſtet eũ
iuſtam cauſam non habere[8], in dubio tamen propter auctoritatem principis credendum
eſt iuſtum eſſe bellum: quia debent milites pro cauſa Ducis ſui bene præſumere[9], nec iura
partium ipſi cognoſcere, cùm ad eos id non pertineat, vt receptior eſt ſententia[10]. Et licet
hoc modo per indirectum princeps dominium alterius auferret, quod Aretino abſurdum
videtur[11]: tamen propter probabilem vtrinque dubitationem hoc inductum eſt, ſicut &
pleraque alia hoc caſu tolerantur. Dubietas enim in eo vertitur, quòd quis non debet inni
ti opinioni ſuæ[13], vt quamuis credat principem ſuum fouere bonam cauſam, non tamen io
co credat hoſtem fouere malam: cùm & ipſe ſuos habeat ſectatores: alioquin capta à Sara
cenis, & Schiſmaticis non efficerentur capientium[14]: cùm illi iniuſtam cauſam noſtro iu-
dicio habeant[15]. Atqui ſuo ipſorum habent iuſtam, ídque ſatis in bello eſt quod ſecundum
iuriſgentium regulas definitur. Quod ſi inter chriſtianos agatur, qui omnes eodem iure vi
uunt aliud eſſet[16]. Addunt alij ſupraſcriptæ concluſioni locum non eſſe, cùm quod de no-
bis vi hoſtili raptum eſt, contraria vi à militibus noſtris recuperatur: duntamen inconti-
nenti recuperetur: ſunt enim ciuibus eas agnoſcentibus huiuſmodi res reſtituendæ[17]: & ex
12 Philippi Vicecomitis conſtitutione. Et cenſetur incontinenti * recuperatum, quod adhuc
apud hoſtem non pernoctauit, ſicque vulgò obſeruant militares prętecti. In iure tamen in-
continenti dicitur antè quàm intra præſidia hoſtium dicatur[18]. Veteres[19] etiam ſi ex inter-
uallo recuperatæ res à militibus noſtris ſint, putant prioribus dominis reſtituendas: quod
intellige, dummodò res ſit in qua ius poſtliminij ſit, vt ſeruus[20]: & res in vſum belli, quę ſine
dedecore amitti potuerunt[21], aliàs in præda computabuntur, ſiéntque vel publicæ vel ca-
pientium[22]. videtúrque hæc receptior opinio iure noſtro, quo ſola auctoritas principum
non iuſtitia cauſæ adtẽditur. at inter chriſtianos potiſsimè ad cauſæ iuſtitiã reſpiciendum
eſt[23]: vnde ſatius eſt hodie veteres indiſtinctè ſequi[24], vt nunquã in pręda hæ res computẽ-
tur, ſed ſemper domino reſtituantur, ne audiatur miles noſter allegans iuſtè hoſtes feciſſe,
qui rem noſtrã rapuerint[25]. neq; enim aliter à nobis dominium receſsiſſet[26]: aliàs, qui no-
13 ſtra defendere deberent, ipſi maximè rebus noſtris fruerentur[27]. Illud quoq; conſtat † res
immobiles non fieri occupantiũ, ſed potiùs publicas, vt videantur à militibus appręhenſæ
nomine reipubli. cui militant[28]. Sed cur non idem in mobilibus? an quia bella inducuntur
principaliter adipiſcendi territorij, latioréſque fines acquirendi cauſa: mobilia verò arri-
piuntur in pœnã reſiſtentium ſimpliciter: vnde in quandam conſequentiam tãtùm & iuſſu
prætoris militum à republi. recipiuntur[29]. T. Liuius lib. XXXVIII. Conſul prædam conferre
omnes iuſsit, & aut vendidit, quod eius in publicum redigendum erat, aut cum cura vt
quàm æquiſsima eſſet, per milites diuiſit. Vnde adparet prædam militibus (vt hîc) dicitur
acquiri: poteſt tamen prætor conferri eam iubere[30]. Sanè fuére etiam, qui exiſtimarint ca
pta in alieno territorio capientium non effici, tanquam territorium alienum ſecuritatem
præſtet[31]. quod Angel. tradidit & reſpondit Socin.[32] Qua ratione nec transfuga, nec exul
& ſi hoſtes publici ſint, alieno in territorio capi poſſunt[33]. quę ſententia probabilis eſt, cùm
prorſus alienum eſt territorium. Vnde ſcribit Tit. Liuius libro XXVIII. in partu regio Sy-
phacis non auſum eſſe Haſdrubalem vim Scipioni facere: quòd ſi is, cuius eſt territo-
rium, fœderatus alteri ſit, perinde iudicabimus, ac ſi alienus non eſſet[34], ideóque res vtrin
que captæ efficientur capientium[35]: niſi tamen ipſe dominus fœderatus pugnam in ſuo
prohibuerit, vt quia ſe vtrique medium prę̨ſtet[36]. Cæterùm illud conſtat, ſi bella inter chri
ſtianos ſunt, vltro citroq; captos non effici capientium ſeruos: quod conſuetudo obſeruat:
14 quia hæc bella * ciuilia videntur: omnes enim in Chriſto fratres ſumus[37]: in ciuilibus autẽ
15 bellis nõ eſt locus regulæ[38]. Sufficit ergo Silytron, † id eſt, redemptionis præmiũ cogantur
perſoluere[39]: atq; ita ſe habet vulgaris conſuetudo. Qua in re debẽt aduertere pręfecti mi-
litũ, ne cuiuſq; auaritię indulgeãt, nec ſupra modum exigi captiuum permittant[40]. Vnde
aliàs reſponſum vidi[41], vt cùm libertas captiuo ſalua ſit, non poſsit victor ampliùs ab eo
extorquere, quàm quod tertia bonorum parte confici poſsit, ídque legis Papiæ exem-
plo, quæ Patrono in bonis liberti ius tertiæ duntaxat partis auocandæ permittit[42]. Rur-
ſus aduertere debent, ne ei qui, à commilitone emerit, vt carius liberationis ius vendat,
actionem ſuprà, quam impenderit, det[43]. Huiuſmodi enim emptio duriorem libertatis
cauſam

1 d.l.transfugam.
2 l.j. ad l.Iul. maieſtat.vbi Bartol.
3 l. non omnes. in fi.de re milita.
4 gloſ.xiij.diſt.c.nerui.ſecunda ſecundæ.q.xxij.
5 Soc.conſ.cij.in iiij.
6 c.ſicut.iij. extra. de iureiurando.
7 l.hoſtes.vbi Bar.ĩ.de cap. Sicu.conſ.xxviij.in j.
8 xj.q.iij.Iulianus.
9 ca.quid culpatur.in fine. xxiij.q.j.
10 Doct.d.c.ſicut.iii.
11 l.venditor.§.ſi cõſtat.cõmun.præd.Doc.c.quæ in eccleſiarum.de conſtitu.
12 l.fi.C.de tranſac.vbi dixi.& lib.ij.c.vlti.Paradox.
13 c.ne innitaris.de conſt.
14 c.ſi epiſcopus. de ſuppl. negl.prælat.lib.vj.
15 l.poſtliminium.in prin. de capt.verb.per iniuriam.
16 d.c.ſicut.
17 arg.l.iij.§. eum igitur. de vi,& vi ar.l.qui poſſeſsionem.ĩ. de vi & vi armata.l. Pomponius.ſ.tit.j.
18 l.poſtliminij.in prin.de cap.arg.l.iiij.de furt.
19 Guid. Suz.Ioan. And.in Spec.de rap.Alex.hic.
20 l.ab hoſtib.ij.C.de poſt limi.reuer.
21 l.ij.ĩ.de capt.
22 l.ſi quod bello.in princ. de cap.vbi Bar. Ang.Sali.d. l.ab hoſtib. Iaſ.hic And.Sicul.d.conſ.xxviij.in j.
23 d.c.ſicut.iij.
24 d.rub.de raptor.
25 arg.l.ſi ſeruus plurium. verſ.nec enim.de leg.j.
26 d.c.ſicut.
27 d.l.ab hoſtibus.ij.
28 d.l.ſi captiuus.§.j.
29 arg.l.ſeruum filij.§.fin. de legat.j.
30 d.l.ſi is, qui prædam.
31 l.præſenti. C. de his, qui ad eccle.confug.
32 Angel. in diſputatione ſua.Socin.hic.
33 l.ſi quis fugitiuus. §. itẽ Cælius.ij.de ædili. edic.vbi glo.verb.adduci.& Oldr.
34 l.non dubito. in fi.ff.de capti.
35 arg.l.pe.§.j. C.de dona. verb.quibuſcunque.
36 arg.l.diuus.cum glo.de ſer.ruſti.præd.
37 xj.q.iij.ad menſam.
38 l.ſi quis ingenuam. §.fi. de capt.
39 Bart.d.l.hoſtes.Sal. d. l. ab hoſtibus.
40 l.j.C.de epiſ.aud.Sal.d. l.ab hoſtibus.
41 Parthen.c.viij.
42 §.cum verò.inſt.de ſucceſ.lib.
43 argu.l. per diuerſas. C. mand.Rip.l.obligatione.ff. de pigno.

cauſam reddit[1], nec conuenit militi tale mangoniũ[2], quod quandam plagij ſimilitudinem
habet[3]. Illud admittendum videtur, non poſſe vlterius captiuum * iſtum adigi, quàm vt vi- 16
ctori per quinquennium ſeruiat[4]. Sed an is, cui pecunia in redemptionis pręmium promiſ
ſa eſt, ius tacitæ hypothecæ poſsit prætendere in bonis victi? & non puto: nec enim tacita
hypotheca inducitur, niſi in caſibus iure expreſsis[5]: at de eo tantùm expreſſum eſt, qui ipſe
captiuum redemit[6]. Sed quid in foro conſcientiæ, an ſuprâſcripta regula procedat? & talia
bella inter Chriſtianos non videntur iuſta, quod tradit Origenes, idque auctoritate Apo-
ſtoli. non * voſmetipſos vindicantes, ſed magis iniuriam accipite, & magis fraudem pati- 17
mini[7]. Bald. tamen ſimpliciter in foro conſcientiæ capta retineri poſſe cenſuit[8]. cuius ſen-
tentia defendi poteſt in bello aduerſus infideles, & impios, tunc, cùm contra eos iuſtè pu-
gnamus[9]. Idémque generaliter, cùm ei aufertur, qui iniuſtè nos oppugnat[10] ſiue in procin
ctu, ſiue extra aciem, vel cùm de bonis eius quicquam capimus, qui cauſam bello iniuſtè
dedit tanquam id in damnorum compẽſationem cedat[11]. Alioquin ſi duo principes de im-
perio litigent, nulla eſt ratio, cur ille, qui bellum infert, res ſubditorum depopulans eas de-
beat acquirere, cùm ſubditus ipſe in culpa non ſit, qui paratus eſt alterutri obſequi. Senſit
hoc Horatius, Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui. nam nec ipſi excuſari poſſunt:
cùm controuerſias * ſuas iure, non armis finire debeant[12], nec deſit Rom. Pontif. ad quem 18
cognitio tali caſu pertinet[13].

EIVS FIVNT, QVI PRIMVS. Cùm lex exemplum iiſce in rebus
ponat, dicátque adhuc ita eſſe, ſequitur in aliis rebus non ita eſſe, nec veſtigium eius rei re-
manſiſſe. Quid ergo, ſi aliqui ſint agri inculti, & à nemine poſſeſsi, an fient occupantis, an
potius reipubli. cenſebuntur? an verò eius principis, qui ciuitati dominatur? Et † non puta- 19
uerim principis eſſe: quia eius intentio reſpectu iuriſdictionis duntaxat, non autem domi-
nij in territorio fundata eſt[14]: niſi is princeps totum territorium haberet ſibi vectigale[15],
vel illam ſaltem partem, quæ deſerta, incultáque eſt[16]: vel niſi mortuo abſque hærede ali-
quo ad bona vacantia fiſcus admitteretur[17]. Rurſus non putauerim occupantis eſſe: quia
hodie omnia immobilium dominia alicuius ſunt, quod lex noſtra ſatis indicat: nec enim
vllus eſt ager, quem veriſimile ſit aliquando diuiſum cultúmque non fuiſſe[18]: ideóque lex
cùm rei exemplum ponit, quæ in nullius bonis ſit, ad hæreditatem iacẽtem ſe reſtringit[19]:
alibíque generaliter tradit, quod tuum non eſt, debere te exiſtimare alienum eſſe[20]: quod
tamen perpetuum non eſt. Quid enim ſi inſula ſit, quam conſtet in flumine publico inter
limitatos agros labente nuper natam[21]? Quid, ſi adpareat rem, de qua agitur, pro dereli-
cta habitam eſſe? tunc enim occupantis * fiet[22]. Quid, ſi factis proclamationibus, vt ſi quiſ- 20
quam ius in ea re prætenderet, intra ſex menſes compareret[23], nemo comparuerit[24].
Quid, ſi reſpubl. nullum in ea re poſſeſsionis actum exercuerit, adeò vt longiſsimo tempo
re res inculta remanſerit, nónne videbitur pro derelicta habuiſſe[25]? quod Aret. hîc ſentit.
licet hac in re ego cenſeam ampliùs deliberãdum. Quid, ſi res ipſa per aliquem iam ſit oc-
cupata, eíque non dominus, ſed tertius controuerſiam moueat? videtur certè potior con-
ditio * occupantis in re præſertim, in qua quæſtionem dominij refricare non liceat[26]: ſal- 21
uis igitur ſuprâſcriptis caſibus exiſtimarim huiuſmodi agros ad rempubl. pertinere, idque
argumento legis noſtræ, quæ occupanti non concedit, niſi quæ in nullius bonis ſunt, vt ſu-
prà dixi[27]. & quia omnes res, aut † in priuatorum ſunt dominio, aut reipubli. Si igitur non 22
conſtat eſſe priuatorum, ſequitur, vt reipubl. ſit[28], vt fundata reipubl. ſit intentio: niſi quate
nus reperiatur à priuatis acquiſitum eſſe. nam & alibi dicitur aſsignatis agris ſciri quid cui
que datum, quidque in publico relictum ſit[29], tanquam quod non probetur alteri datum,
cenſeatur publico relictum, atque ita Paul. Caſtr. Socinúſque hîc cenſuerunt, quos & ego
ſum ſecutus[30]. Si tamen princeps iura reipubl. ſibi retineret, tunc huiuſmodi res principis
eſſe præſumerentur, niſi quatenus probaret fuiſſe communi relictas[31].

EORVM. Loquitur lex de mobilibus: & tamen appellat * poſſeſsionem, quoniam 23
& in eis eſt proprie poſſeſsio, quod hîc diſputat Bartol. quem cæteri ſequuntur. Sed quid,
ſi quis leges poſſeſsiones ſuas Titio, quid cenſebimus eſſe legatum? & videtur communi-
ter receptum eſſe, vt proprietas ipſa relicta cenſeatur[32]: niſi adpareat teſtatorem poſſeſ-
ſionem à proprietate diſtinxiſſe, vt quia ſic conceperit verba, Lego Titio poſſeſsionem
rerum mearum vel talis fundi[33]: quod Claudius, aliique recentiores hîc probant, tanquam
genitiui caſus natura id ſuadeat[34]: quæ ſententia non ſat certa eſt: quia ita interpretando
dominium remaneret inutile[35], & quia quandoque videmus legiſlatorẽ poſſeſsionem * prę 24
dij appellare ipſam proprietatem[36] quæſtio ergo facti eſt, quid ſenſerit teſtator. Sed nun-
quid etiam res mobiles tali legato compræhendentur? & aliqui cenſebant compræhẽdi[37],
cùm ſuprà dixerimus eas res etiam proprie poſsideri: ſed tamen contrarium verius vide-
tur: quoniam communis vſus loquendi eſt, cùm poſſeſsionem ſimpliciter dicimus, vt de re-
bus immobilibus intelligamus[38]. nec nemini vſquam in iure legiſſe poſſeſsionem pro rei
mobilis

1 l. inuitus. §. de fidei liber. vbi glo.
2 l. ſi plagij. de verb. oblig. Pariſ. lib. ix. verſ. aliquis in duello.
3 arg. l. milites. C. de re milit. lib. xij.
4 ar. l. fi. C. de poſtli. reuerſ.
5 Alex. l. ſi cum dotem. §. ſin autem. ſolu. matr.
6 l. ij. C. de capt. Rip. d. l. ob ligatione.
7 Orige. hom. xv. ſuper Ieſum Naue.
8 Bal. c. j. de mili. vaſal. qui contum.
9 Abb. d. c. ſicut. Anchar. c. peccatum. de reg. iu. in vj.
10 xxiij. q. viij. c. ſi nulla.
11 glo. d. c. ius gentium. diſtinctio. j.
12 glo. d. c. ius gentium. j. diſtinctio.
13 c. nouit. extra de iud.
14 c. ſi diligenti. vbi Abb. ij. not. de præſcri. Bart. l. j. in fi. de iur. om. iudi.
15 l. j. ff. ſi ager vectig.
16 Rubri. C. de omni agro deſer. & de fun. pat. lib. xj.
17 l. j. cum ſeq. C. de bon. vac. lib. x. c. j. quæ ſint reg.
18 l. ex hoc iure. de iuſtitia & iure.
19 l. j. §. de rer. diuiſ.
20 l. fi. C. vnde vi.
21 l. j. §. ſi inſula. de flumi.
22 l. j. ſ. pro derelict.
23 l. locorum. C. de omni agro deſerto. lib. xj.
24 Bar. l. rem quæ nobis. ſ. eo. l. iij. ſ. tit. j. l. rem alienã. ſ. de pig. actio.
25 arg. d. l. fi. in fi.
26 Bar. l. nam & ſi fur. ff. ſi cert. petat.
27 l. quod in littore. ſ. ti. j.
28 d. §. fi. c. j. quemad. feud. amitt. c. cum Bertoldus. de re iud. ver. vniuerſitate. Aretin. conſ. xv.
29 l. in agris. ſ. titu. j.
30 l. ſylua. §. noualis. de verbor. ſign.
31 l. pe. verſi. quæ huius iuris. C. de diuer. præd. lib. xj.
32 l. interdum. de verb. ſig. l. rura. C. de om. agr. deſer.
33 arg. l. ſi duo. in fi. vti poſſidet.
34 arg. no. in rub. ſ. de ope. noui.
35 arg. l. ſi vſufr. municipi. de vſufr. lega.
36 l. initio. C. de pact. inter empto.
37 l. ij. C. com. vtri. iudi.
38 l. ij. C. de fid. minor. l. ab executione. C. quo. appel. d. l. rur. l. j. l. locorum. c. tit.



mobilis proprietate[1]: vnde & Feſtus Pompe. ſimpliciter poſſeſsiones appellari ait agros,
qui non per dominij traditionem, ſed per vſucapionem ſint acquiſiti[2], meritò ergo creden
dum eſt res mobiles non contineri. Nec quicquam refert, quòd mobiles res propriè poſsi-
deantur: quia quæſtio noſtra eſt, quid appellatione poſſeſsionis veniat, quando ad proprie-
tatem refertur. Procederet ergo duntaxat ſuprâſcriptum argumentum, quando ſeparaſſet
teſtator poſſeſsionem à proprietate, vt quia dixiſſet, lego poſſeſsionẽ rerum mearum, tunc
probabilis eſſet Tranſalpinorum ſententia, vt etiam res mobiles cõtinerentur, quia & illæ
propriæ poſsidẽtur[3]. & poſitio ſediũ nihil aliud eſt quàm detentio rei quæ etiã in rebus mo-
uentibus propriè locum habet. vnde & ſi dixiſſet, lego quicquid in patria poſsideo, mobilia
quoque debebuntur, niſi ſi qua ad tempus ibi eſſent[4].

Queſt. I. POSSESSIONEM. Quæro hîc in primis, quid ſit poſſeſsio? Et multæ reperiun
25 tur definitiones à Doctoribus traditæ, quę omnes mutuis telis corruũt, adeò vt Accur. etiã
peritiſsimos non auſos definire teſtatus ſit[5]. Receptior videtur à Ioãne inuenta, à Bartolo,
expolita, vt poſſeſsio ſit ius inſiſtendi rei, adiicit Bart. non prohibitæ poſsideri, quę adiectio
ſuperflua eſt, ſatis enim eſt ſi rei ſubſtantia definiatur cùm ſemper verba ad habilitatem re
ferantur[6], quod & in diffinitione teſtamenti[7], itémque ſtipulationis obſeruaſſe iuriſconſul
tos videmus[8], quod Iaſ. hîc docet. Sed aduerſus hanc definitionẽ illud obſtat, quòd verum
non videtur poſſeſsionẽ ius eſſe, imò vbique lex dicit eſſe facti: ideóq; pupillũ poſſe incipe-
re poſsidere & etiã amittere[9], & poſſeſsionẽ ex cõtractu à lege reprobato transferri: quia
res facti infirmari iure ciuili nequit[10]. Et alibi poſſeſsionẽ hæreditas non habet: quia facti
26 eſt, & animi[11]. & rurſus poſſeſsio * plurimũ facti habet, cauſa verò facti nõ cõtinetur poſt-
liminio[12] ſenſerúntq; hoc aliqui veteres[13], tũ Pont. Beſut. Put. quãdoque & Iaſ.[14] nouiſſ. &
Rai. contrariã tamen ſententiã, quæ & receptior videtur, Alex. Socinúſq; ſequantur, diſtin
guúntque, vt poſſeſsio, dum acquiritur ſit, facti acquiſita verò ſit iuris. nam & nõ paucis lo-
cis probatur poſſeſsionem iuris eſſe, vt cùm dicitur, ius poſſeſsionis nõ videri perẽptum[15],
vel qui de poſſeſsione controuerſiam facit, ius poſsidẽtis minuere[16]. & alibi in poſſeſsione
eum tuendũ, qui prior ius eius appręhenderit[17], & alibi inconcuſſum poſſeſsionis ius obti-
nebis[18]. Sed hæc iura me haud multũ mouent: quamuis enim poſſeſsio ſit facti tamen du-
bium non eſt ex facto ius oriri vt putà vſucapionis acquiſitionis fructuum dominij per tra
ditionẽ ius retinendi, & ſi qua ſimilia, de quibus ſuprà ſcriptæ leges loquũtur vt caſus geni-
tiuus ex ſui natura ad cauſam efficientẽ referatur[19]: Vnde & de legata cauſa, vt iudex da-
tus cognoſcat de iuribus eccleſiæ, etiam de poſſeſsione cognoſcendum erit, quod Innocen.
cenſuit[20]: & ad ſimiles caſus produci poteſt[21]. nos enim diſputamus nũquid poſſeſsio ipſa
ſit iuris, non autẽ de effectibus ex ea ſecundum legũ diſpoſitionem prouenientibus. melius
ergo probatur ea ratione quòd ſeruus poſsidere non poteſt[22]: quòd ſi poſſeſsio facti eſſet,
aliud ſecundum regulas iuris ſtatuendum fuerat[23]. Sed nõ negauerim ego naturalem poſ-
ſeſsionem ſeruo concedi[24]: licet ciuilis denegetur: quia iure ciuili tantũ ſerui pro nihilo ha
bentur[25]. Addunt aliqui & illam rationẽ nam de poſſeſsione ad contractus argumentum
27 valet[26], contractus * autẽ, licet dum celebrantur ſint facti[27]: tamen perfecti iam, & abſolu-
ti ſunt iuris[28]: ergo & de poſſeſsione idẽ dicendum eſt, ſed certè manifeſtam differentiam
lex inter poſſeſsionem & contractus conſtituit, cùm ait cauſam poſſeſsionis: quia facti eſt,
non contineri poſtliminio[29]: & tamen cauſa cõtractuum continetur: nam & aperta eſt ca-
lumnia interpretantiũ poſſeſsionẽ, id eſt, poſſeſsionis acquiſitionem: atqui iſta plurimùm
inter ſe diſtant ſicut natiuitas hominis ab homine differt. Exiſtimo itaque poſſeſsionem
28 quidem * facti eſſe ideóque & naturalem dici: quia quæ iure naturali inducta ſunt lex fa-
cti eſſe interpretatur[30]. verùm quoties lex ciuilis ei aliquam qualitatem addit, incipit eſſe
iuris[31], appellatúrque tunc poſſeſsio ciuilis: hinc eſt, quòd poſſeſsio, quã quis non per ſe, ſed
per alium, putà filium, vel ſeruum, habet non ſolùm corporis, ſed & iuris eſſe dicitur[32].
Qua de re diffuſiùs libro de quinque pedum præſcriptione à me diſputatum eſt, vbi aliam
definitionem ex verbis Iuriſconſulti contexui, poſſeſsio eſt vſus rei appræhenſæ à iure ſe-
II. queſt. paratus[33]. Rurſus † quæritur, quo iure inuenta ſit poſſeſsio. & Accurſius, videtur dice-
29 re iure naturali primæuo inuentam: quod tamen ipſe tandem non probat. hoc modo enim
animantibus quoque cæteris communis eſſet poſſeſsio[34]. cum tamen ea animum poſsiden
di habere non poſsint: ideóque nec poſſeſsionem[35]. Alij ergo iure gentium inuentam cen
ſent: duplexque iuſgentium conſtituunt, antiquiſsimum quoddam, & aliud poſterius[36],
exiſtimántque hoc poſteriore inuentam poſſeſsionem. Si enim ex antiquiſsimo illo iure
inuenta eſſet, ſeruis quoque poſſeſsio ipſa competeret, cùm eo iure à liberis non diſtin-
guerentur[37], poſteriore verò diſtinguantur, & tamen contra ſeruos poſsidere nõ poſſe[38].
Rui. tamen priore illo inuentam mauult, ſed ideo ſeruis non communicatam, quia cùm
ipſi ab alio poſsideantur non poſſunt vllam rem ſibi poſsidere[39], quæ ratio iuris ciuilis
30 eſt, non autem antiquiſsimi illius. Ego vnum eſſe iuſgentium * arbitror[40]: nec enim vlla

1 l. filij. §. fi. ad municipa. l. cùm ſatis. C. de agr. & cenſit. libro xj.
2 l. quæſtio. de verb. ſignifi. vbi dixi.
3 l. j. in fi. de furt. §. retinendæ. inſtit. de interd. l. j. C. de vſucap. transf. Bar. hic.
4 l. vxorem. §. legauerat. de leg. iij. vbi Doct. gl. & Rap.
5 glo. l. ſtipulatio iſta. habere. §. hæc quoque. de verbo. oblig.
6 glo. l. fin. C. fine cenſ. vel relig.
7 l. j. de teſtam.
8 l. v. §. ſtipulatio. de verb. oblig.
9 §. ſeq. & l. poſſeſsionẽ pupillum. ſ. eod.
10 §. ſi vir vxori. ſ. ea. le.
11 l. j. §. Scæuola. ſi quis teſt. lib. l. cùm hæredes. ſ. eod.
12 l. denique. ex quib. cauſ. maior.
13 glo. in iij. defin.
14 Iaſ. in lect. j.
15 l. peregre. ſ. eod.
16 l. ſtipulatio. §. ſi quis forte. de verb. oblig.
17 l. ſi ea res. in fi. de actio. empt.
18 l. v. C. de libe. cauſ. l. nemo. C. eod.
19 l. qui pignoris. ſ. eod. l. in conuentionalibus. in fin. de verb. obli. l. ſi finita. §. ſi quis metu. de damn. infect.
20 Inno. c. epiſcopi. de reb. eccl. Iaſ. hic.
21 Rota deciſ. lxiiij. in nouis. Alex. conſi. xv. in ij.
22 l. poſſeſsio. ſ. j. l. quod ſeruus. ſ. eod.
23 §. ſed cum factum. inſti. de ſtip. ſer.
24 d. l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoque.
25 l. quod adtinet. de regu. iur.
26 l. quamuis ſaltus. ſ. eod.
27 l. conſilio. in fin. de cur. fur.
28 glo. l. j. in princ. de verb. oblig.
29 d. l. denique. l. in bello. §. factæ. de capt.
30 l. nec ſeruus. de pecul. l. ſi vnus. §. pactus. ne de pact.
31 l. ius ciuile. ff. de legib.
32 l. poſſeſsio. ſ. eod.
33 l. quæſtio. de verb. ſignifi.
34 Inſtit. de iure natura. in princ.
35 l. iij. in prin. ſ. eod.
36 Barto. hic. & l. ſi id. quod. de condi. indeb.
37 d. l. ſi id quod.
38 d. l. quod ſeruus. ſ. eod.
39 l. ſic euenit. de adul.
40 c. ius naturale. j. diſtin.

eſt lex in duas ſpecies illud diſtinguens, videtúrque imminutus fuiſſe Iuriſconſultus, qui
vnum feciſſet, quod in duo ſecandum erat[1]: ſenſítque hoc & Aretinus hîc[2]. Tametſi ſicut
in iure ciuili aliquæ ſunt leges priores, aliquæ poſteriores, non ſit abſurdum & iuriſgen-
tium aliquas diſpoſitiones aliis antiquiores fuiſſe, ideóque & facti dicuntur quia & tempo-
ribus, & locis variantur[3]. Nec me mouet, quòd ſeruus poſsidere nõ poſsit, quia hoc verum
iure ciuili[4], ſed iure gentium ſeu priore, ſeu poſteriore non videntur ſerui pro nihilo habi-
ti[5]: vnde eo iure ſerui in iudicio contra dominos ſtabant[6], & domino ſine filiis decedenti
ſuccedebant[7]. Item ad militiam adſumebantur[8], & bona poſsidebant[9]: & ſi paulò hone-
ſtiores erant, ad munera publica aſſumebãtur, quod Ariſtoteles libro quarto capite quinto
decimo Politices adteſtatur. Sed & apud veteres Germanos qui iure gentiũ viuebant, non
multùm à liberis diſtabant, quod Cornelius Tacitus tradit[10]. Rurſus etiã quęritur † quo- III.q.
tuplex ſit poſſeſsio: & Ioannes duas eſſe poſſeſsionis ſpecies tradidit naturalẽ, quæ corpore 31
& animo acquiritur: ciuilem, quę animo retinetur[11]. cùm enim duo eandem rem inſolidum
poſsidere nequeant[12], & lex eum, qui clam ingreſſus eſt, & eum, qui reuerſus eſt, poſsidere
dicat[13], ſequitur vt de diuerſa poſſeſsionis ſpecie accipiatur: ſecutúſq; hanc ſententiam di-
ſputando eſt Din.[14] quæ & cõmuniter per cæteros eſt recepta. At Placentinus, itemq́; Azo.
vnam eſſe dũtaxat poſſeſsionem exiſtimarunt, ſcilicet naturalem, quæ ſi à lege fomentum
accipiat, eadem & ciuilis dicetur[15]: lex enim ſimpliciter ait vnũ eſſe poſſeſsionis * genus[16], 32
quo loco, more loquendi veterum, genus pro ſpecie accipitur[17]: & alibi duplex, inquit, poſ-
ſeſsionis eſt ratio, vt vnam eſſe poſſeſsionem appareat, quæ tamen duplici ratione conſide
retur, non autem in duas ſpecies diuiſa ſit[18]: nam & iuſta poſſeſsio pro ciuili accipitur, iniu-
ſta pro naturali[19]: & tamen lex ait iuſtam ab iniuſta nihil in ſumma poſſeſsionis differre[20].
Et quod dicitur eandẽ poſſeſsionẽ apud duos * eſſe non poſſe, non procedit reſpectu diuerſę
qualitatis, quæ diuerſas perſonas reſpiciat[21]: ſenſitq; hoc Trebatius cuius exẽplũ non ideo 33
improbabat Labeo[22], quod verum non eſſet, ſed quia exiſtimabat poſſeſsionem iuſtam ab
iniuſta ſpecie differre, quod falſum eſt[23], fuítq; hæc antiqua Martini opinio, licet eum Doc.
malè interpretentur, vt repræhendant: ſecutúſq; eſt & quandoq; Accur.[24] ego non arbitror
operæpretium eſſe hac in re plurimùm inſiſtere: quandoquidem contentio hæc magis in
verbis, quàm in re ipſa ſit: nam nec Azo negat eſſe ciuilem poſſeſsionem, ſed ait ſpeciem à
naturali ſeparatam non eſſe, ſed potiùs qualitatem: & Bar. differentiam inter ciuilem &
naturalem non reſpectu ſubſtantiæ, ſed ratione effectuum duntaxat definitionibus ſuis cõ
ſtituit, non videtur autem diuerſitate alicuius effectus diuerſitatem ſpeciei argui. Qua ra-
tione mulier fœcunda, itémq; ſterilis eiuſdem tamen ſpeciei ſunt. Sed & animus non magis
ad ciuilem poſſeſsionem pertinere debet, quàm corpus: vtrunq; enim facti eſt[25]. Cõſtituen
dum itaq; eſt, poſſeſsionem † ſimpliciter pro naturali accipi, quæ ſi à lege ciuili ſit approba- 34
ta, ciuilis quoq; dici poteſt[26]: dicetur & iuſta[27]: quandoq; etiam dicitur poſſeſsio, quæ pluri-
mum iuris habet[28], quo nomine ſpecialiter vocabitur illa poſſeſsio, quam non nos ipſi oc-
cupamus, ſed per alium nomine noſtro tenentem poſsidemus. Vnde depoſitarius, colo-
nus, inquilinus, quiq́; precario habet, craſsiore Minerua dicuntur quidem naturaliter
poſsidere[29], dominus verò ipſe verus eſt poſſeſſor[30], quod & in fructuario dicendum eſt:
tametſi enim lex quandoq; dicat eũ videri naturaliter poſsidere vel tenere[31], ſeu in poſſeſ-
ſione eſſe[32]: tamen propriè loquẽdo ipſe proprietarius eſt, qui poſsidet[33], cùm nomine domi
ni fructuarius in fundo ſit, procuratórque in rem ſuam cenſeatur[34], fructúſque ſuos faciat,
non ex eo, quòd poſsideat ſed propter ius percipiendi, quod habet: aliàs ſi propriè natura-
liter poſsideret vt emphyteuta, iure poſſeſsionis fructus acquireret[35]. Híncque apparet poſ
ſeſsionem naturalem ciuili coniungi, niſi cum talem poſſeſsionẽ lex improbat: tunc enim
naturalis ſola remanet, vt cùm cauſa poſſeſsionis à lege improbatur[36], vel cùm perſona
inhabilis exiſtimatur[37]. idem, ſi ex re ipſa vitiũ oriatur[38]. quę tamen naturalis iuris effectum
non habet: cùm ei lex reſiſtat[39]: qua ratione qui vi, clã, precario ab aliquo poſsidet reſpectu
eius à quo poſsidet iniuſtã poſſeſsionẽ habere cẽſetur[40], reſpectu verò aliorũ verè dicitur
poſsidere[41]. Quid ergo in dubio reſpondendum erit, cùm lex poſſeſſoris mentionem facit?
& ſatis putarim de iuſto poſſeſſore intelligi, id eſt qui naturaliter ciuiliterqúe poſsideat[42],
quod Baldus rectè cenſuit[43], alibiqúe Bartolus poſſeſsio, (inquit) ſimpliciter prolata de
ciuili naturaliqúe intelligitur[44]: nihil tamen refert malæfidei ſit vel non: quia bona, vel
mala fides naturam poſſeſsionis non mutant, ſed effectus duntaxat iuris reſpicit[45]. ex
ſubiecta tamen materia ſi appareat ad effectus iuris reſpectum fuiſſe alia fiet interprętatio,
túncque poſſeſſor intelligitur, qui facit fructus ſuos[46]. qua ratione & quandoque poſſeſſo-
ris appellatione intelligemus pacificum duntaxat[47]. in materia quoque latiore poſſeſſo-
rem intelligemus etiam fructuarium[48], quod ſuprà Aretinus tradidit[49]. qui quamuis alie-
no nomine poſsideat, ſuo tamen fructus percipit, ídque dum ratio legis id patiatur[50]. Sed
& vt libellus ſuſtineatur, vt ſtipulatio valeat, vt ſupplicatio Principi porrecta non videa-
tur

1 l.j.in fi.l.omnes.in fin.de iuſti.& iure.
2 Archidiac.d.c. ius natura e.j.diſtin.
3 arg.c.j.de conſtitut.in vj.
4 l.quod adtinet de reg.iu.
5 d.l.nec ſeruus. & argu.l. iiij. ſ.de manu.
6 Iob.c.xxxj.
7 Geneſ.c.xv.
8 Geneſ.c.xiiij.
9 Reg.ij.c.ix.c.xvj.
10 Tac.in libell.Germ.
11 l.j.§.deiicitur. de vi & vi armat.l.ij.§.quod vulg. pro hærede.l.iij.in fi.ad exhib.
12 l.iij.§.ex contrario.ſ.eo.
13 l.clam.§.fi.ſ.eod.
14 Din.c. ſine poſſeſsione. de reg.iur.in vj.
15 l.licet.vbi gl. C.eo.l.ſi vt certo.§.fi.in gl.ſ.commod.
16 l.iij.§.genera.ſ.eod.
17 l.ſi.peculium.ſ.de man. teſt.
18 l.nemo.C.eod.
19 l.ſi duo.ſ.vti poſsidet. l. quod ſeruus.ſ.eod.
20 l.iij.§.ex contrario.
21 l.ſi duo.& l.fi.ſ.vti poſsi.
22 d.§.ex contrario.
23 Socin hîc.
24 gloſſ.d.l.licet.& d.l.ſi vt certo.§.fi.Beſ.Put.ſoci. Rip. hic. Mar.c.j.de cauſ. poſſeſſ.
25 l.pro hærede. de acquir. hæred. l.j.§. ſiue autem. de vi,& vi arma.
26 l.legitima.ſ.de pact.
27 d. l. quod ſeruus. d. l. ſi duo.& l.duo.de precar.
28 l.poſſeſsio.ſ.eod.
29 l.cõmuni.§.neque.com-muni.diuid.l. iiij.ad exhib.
30 l.certè.§. is, qui.de pre-car.l.licet.depoſit.
31 l.naturaliter.ſ.eod.
32 l. cuicunque. in fine. de vſufr.l.fi.ſ.vti poſſ.
33 ſ.hac l.§.per eum.l.v.§. Iulianus. ad exhiben.
34 l.j.in fin.ſ.de op.nou.l.j. vſufr.quem.caue.
35 Bar.l.iij.§.è contrario.ſ. eod.
36 vt ſ.hac l.§.ſi vir.& d.l.j. §.deiicitur.
37 l.quod ſeruus.ſ.eod.
38 l. quamuis ſaltus.l. cum hæredes.§.item quęrit.ſ.eo.
39 l.ſi eum, qui.ff.de dona. inter vir.
40 d.l.clam.§.fi.
41 d.l.ſi duo.d.§. deiicitur. verſi.denique.
42 d. §. quod vulgò. d. §. deiicitur.
43 Bal.l.j.C.communia de vſucap.
44 Bar.§. nihil commune. vbi lect.v.
45 d.§.ex cõtrario. Aret.ſ. in Rubr.
46 c.ſi tibi.de prębẽd.in vj.
47 gl. clem.j. verb.neutro. vt lit.pend.
48 l.iij.§. vnde vi.de vi,& vi arm.d.l.iiij.
49 Aret.ſ.in Rubr.
50 l.ſciendum. §.j. qui ſa-tiſda.cogan.



q. IIII. tur ſubreptitia, poſſeſſorem pro eo qui corporaliter ſolùm detinet intelligemus. Dein-
35 de quærit Bartolus quæ ſit ciuilis † poſſeſsio. & reſpondet ius eſſe inſiſtendi rei aptum pro-
ducere ciuiles effectus &c. Sed obſtat lex noſtra, quæ de naturali loquitur, & tamen parit
effectum dominij. Verùm cùm hîc tractetur de naturali, quam quis in iis rebus aquiſiuit,
quæ in nullius bonis erant, ſequitur, vt à ciuili quoque iure ſit adprobata, meritóque & ci-
uilis dici poſsit. Fortiùs obſtat, quòd proprietarius dicitur ciuiliter poſsidere[1], & tamen
ius inſiſtendi non habet. Sed reſponde etiam ius inſiſtendi illi eſſe, non per ſe, ſed per fru-
ctuarium, qui eius procurator in rem ſuam cenſetur[2]. Sed quínam ſunt ciuiles effectus,
I. quos hæc poſſeſsio producit? & plures commemorari poſſunt[3]. In primis ex conſtituto
36 ſeu, quod idem eſt, ex retentione vſusfructus[4] conſtat † propriè ciuilem duntaxat poſſeſ-
ſionem transferri, & tamen illud ſufficit acquiſitioni dominij, quod non, niſi traditione
37 transfertur[5]. habet enim effectum quoque † translationis naturalis. Procedítque hoc,
I. amplia tio. etiamſi à procuratore adiectum ſit conſtitutũ[6]. Itémque ſi conſtitutum cõditionale ſit:
II. dum tamen re integra euenerit conditio, quod Decius reſpondit[7]. Addunt aliqui proce
III. dere, etiam ſi agatur, vt quis incidat in pœnã & ideo emphyteuta, in conſulto domino, per
limita. I. conſtitutum transferens poſſeſsionem efficit, vt res cõmittatur domino[8]. Quæ tamen
ſententia apud me dubia eſt: quia lex irrogans pœnam quia quis actu naturali peccauerit,
II. non videtur ad ciuilem extendenda[9]. quod non pauci tradiderunt[10]. Nam & non vide-
tur id conſtitutum in contractu à lege reprobato vllam transferre poſſeſsionem quod Ar-
II. gentinus cenſuit[11]. Alter eſt † effectus præſcriptionis, cùm enim abſque poſſeſsione vſu-
38 capio non procedat. ſufficit, ſi ea poſſeſsio ciuilis ſit[12]. quod Bartolus hîc docet, ſubiicítque
dominium inde tranſlatum poſſe verum dominiũ appellari: cùm directò ipſi aduerſetur.
Vnde infert Aretinus eum, qui in libello dixit ſe dominum, obtinere poſſe, ſi de vtili dun-
taxat docuerit[13]. Quòd ſi dixerit ſe verum dominum, non poterit[14]. quæ ſententia proba-
bilis eſt, quoties pars petiiſſet ſe certiorari, libellíque ambiguitatem confutaſſet[15]: aliàs pu-
to vtroque caſu intentionem adiuuandam, vt verba fauore actus ſuſtinendi impropriè
accipiantur[16]. Sane veteres eum, qui vſucepiſſet, non iure veri dominij, ſed auctoritate le-
gis tutum eſſe dicebãt: ideóq; vſucapio, adiectio dominij definitur[17]: quod alibi diffuſiùs ex-
III. plicui. Alius † effectus eſt, qui ad acquiſitionem fructuum pertinet, quem vel ſola ciuilis
39 parit[18]. quod intelligendũ, ſi poſsidens ſit bonę fidei, vt hęc acquiſitio potiùs reſpectu bonæ
IIII. fidei fiat, quàm ſimplicis poſſeſsionis[19], qua de re alibi[20]. Eſt & alius † effectus, quòd ei,
40 qui ciuiliter poſsideat naturalem vi, vel clam ſibi occupatam, propria auctoritate ingredi
permiſſum eſt[21]: ille enim qui occupauit cùm iniuſtè poſsideat, poteſt à verò poſſeſſore in-
V. continenti expelli, quod quomodo ſit accipiendũ, alibi traditũ eſt[22]. Huc pertinet, quod
alibi Bart. tradidit etiã ſi iuſtè naturaliter poſsideat, ſed eam mihi rem obligaueris conſti-
tueríſque meo nomine poſsidere, licitũ eſſe mihi propter ciuilem quæ ex cõſtituto tranſla-
VI. ta eſt eam rem apprehendere[23]. Addit idem non videri clam ab eo factum, qui ciuiliter
poſsidebat[24]: & ideo, ſi mihi rem obligaueris, manúſque iniectionem conceſſeris, licet, te
reſiſtente, eam occupare non poſsim inſciente tamen potero. nec clam feciſſe exiſtima-
bor[25]. Addit hîc Bart. quandoque aliquẽ videre, vt tamen alterum vſucap. vt creditor, qui
re apprehenſa ciuiliter, & naturaliter poſsidet[26]. atque debitori ſuo vſucapiendo acquirit.
Ego (quod ad vſucapionem adtinet) debitorem ipſum poſsidere videri arbitror: ideóque
VII. ipſe acquirit quod & alij ſentiunt[27]. Quod ſi propria auctoritate facere atque ideo de-
bitorem capere, & vſucapere poſſum multomagis cum auctoritate mihi iudicis erit ce-
dendum. cõſtat enim ei qui ciuiliter poſsidet, interdictum, Vnde vi competere[28]. quod qui-
dam ad eum extendunt, qui naturalem poſſeſsionem clàm amiſit[29], vt ex capite violentiæ
illa pars interdicti quod vi intentetur, ex capite alio, agatur quod clàm quæ ſentẽtia proba-
bilis videtur, eſt enim eadem actio quæ has qualitates adſumit[30]. tametſi verba legis aliud
VIII. ſentiant nempe qualitatẽ clam mutari in violentã. Sane quoties lex abſque aliquo corpo
rali inſtrumento poſſeſsionem transfert, ciuiliſsimã eam doctores vocant[31]. quod hîc Iaſ.
docet: vt cùm lex municipij ſtatuit poſſeſsionem defuncti in hæredem continua tam cenſe-
ri. Baldus fictam poſſeſsionem appellat cuius is ſit effectus, vt remediũ iuris communis non
V. Queſ. Bart. auferat[32], interdictum recuperandæ non pariat, qua de re alibi[33]. Conſequenter etiam
41 quærit Bart. quomodo definiatur † naturalis poſſeſsio? & ait eſſe ius inſiſtendi aptum pro-
ducere effectus diuerſos à dominio. vnde infertur, quòd ex naturali producuntur varij effe
ctus ciuiliter, vt præſcriptionis[34]: ſubiicítq; fructuariũ ius illud vſucapere poſſe, idémque
in cliente beneficiario[35]. producuntur & effectus ad acquiſitionem naturalium acceſsio-
num pertinentes[36]. datur & naturaliter poſsidenti interdictũ, ſeu nomine ſuo poſsideat[37],
ſine alieno: dum tamen in rem ſuam procurator ſit, vt fructuarius[38]. colono enim inquili-
nóque non datur niſi iam interuerterit poſſeſsionem[39]. Sed aduertẽdum eſt haudquaquã
vera eſſe, quæ Bartol. hîc docet. & enim receptior eſt ſententia ex ſola naturali poſſeſsione

1 l.ſciendum.§.j.ſ.allega.
2 l.qđ meo.§.procurator.ſ. eod.l.j.in fin.vbi no.de ope. no.nunt.
3 Guid.Pap.q.ccclvj.
4 l.quiſquis.C.de dona.l.ſi quis argentum.§.ſed ſi qui-dem.de dona.C.eod.
5 l.quod meo.ſ.eo.
6 Socin.cõſ. cxxxj.in fi.iiij.
7 Deci.conſi.ccxxvj.
8 l.fin.vbi Iaſ.C.de iur.em-phy. Butr.conſi.xxxiiij.
9 arg.glo.l.Iul.§.ex vendi-to.de act.empt.
10 Guid.Pap.q.cj.
11 §.ij.ſ.ea.l.vbi doct.
12 l.qui fundum.in prin.ſ. pro emp.
13 Bar.l.j.C.de vſufru.
14 arg.l.ij.C.de bo.ſec.tab. vbi Aret.
15 l.j.de eden.
16 l.ſed & ſi poſſeſſori.§.itẽ ſi iurauero.de iureiuran.
17 l.iij.de vſucap.d.l.quin-que pedum.
18 l.iij.§.ex contrario.ſ.eo. vbi glo.Bart.
19 l.ſi fur.vbi Bar.de vſufr.
20 Petr. Cin.l.certum.ij.q. C.de rei vend.
21 l.iij.§. eum igitur.de vi, & vi arma.
22 l.j.§.nuntiatio.ſ.de ope. noui nunt.l.j. §. j.de verbo. obli.
23 Bart.l. creditores. C. de pigno.
24 l.cùm creditor.ſ.de fur.
25 Bart.d.l.creditores.
26 l.qui pignoris.ſ.eod.
27 glo.l.cùm notiſsimi.§.j. de præſcrip. xxx.
28 l.j.§. deiicitur. de vi & vi arma.
29 d.l.clam.§.fi.vbi glo.
30 l.prohibere.in princi.ſ. quod vi.
31 l.raptores. C.do epiſco. & cler.
32 Bald. rub. extra.de con-ſuet.
33 Alex.l.in ſuis.de libe.& poſth.vbi dixi.
34 l.fi.in fi.C.de præſcript. xxx.vel xl.ann.
35 l.comperit.de præſcrip. xxx.vel xl.ann.
36 auth niſi.C. de bo.mat. l.indebiti.in prin.de condi. indeb.
37 d.l.j.§. deiicitur.
38 l.iij.§.vnde vi.eo.tit.
39 l.colonus.eod.tit.

non produci vſucapionem[1].Vnde,qui naturaliter poſsidet,nõ priùs incipit præſcribere,
quàm ciuilis poſſeſſor ſuam amiſerit,quòd obliuione fit,idque lõgo tempore, id eſt decen-
nali[2],tunc enim ea ciuilis amiſſa iungitur naturaliter & effectũ vſucapionis tum demũ pa
rit,quod doct.cõmuniter tradiderunt[3].ego alibi ſum tractaturus. Nam & quod ſubdit fru-
ctuario ius præſcriptionis * ex naturali poſſeſsione oriri,falſum eſt vſusfructus enim ex 42
quaſi poſſeſsione iuris quod fructuarius habet tam ciuili,quàm naturali acquiritur[4], non
autem ex naturali quam videtur ipſa in re habere[5].Nec me mouet,quod lex præſcribi iuri
vſusfructus etiam aduerſus dominum ignorantem ait[6]:quia nõ ideo conſequens eſt,vt ex
poſſeſsione rei præſcribatur quid potiùs ex illius iuris quaſi poſſeſsione id fieri debet, quę li
cet à principio ſcientiã domini requirat,qui patientiã colligendis fructibus pręſtet[7]:tamen
cœpta durat,tametſi ignorantia deinde ſuperueniat,vt ſi dominus moriatur hærededẽq; hu-
ius rei inſcium relinquat,vel obliuiſcatur,vel alteri vendat[8].Idémque ſi à principio verus
dominus ignorauerit,dum fructuarius titulũ & bonam fidem habeat[9].quod Alex.hîc tra-
dit,& receptiſsimũ eſt[10].Nec eſt verum etiam fructuariũ naturaliter poſsidere[11].lex enim
vtitur verbo improprietatis,vel quod ad detentionẽ refertur,vt ſuprà dixi detentio autem
craſsiore minerua pro poſſeſsione eſt[12].Puto itaque veterum opiniones,quæ in ſpeciẽ dif-
ferre videntur,coniungendas eſſe,vt * vſufructuarius ius ipſum vtendi fruendi ciuiliter, 43
naturalitérque poſsideat,ideóque & vſucapiat[13]:fundum verò ipſum nõ poſsideat,ſed deti
neat tantùm,poſsit tamen latiore ſenſu dici poſsidere[14].vt ſuprà dixi.Addit Bart.& natu-
ralem poſſeſsionẽ eſſe quæ * magis propriè & ἐμφατικοτέρως corporalis dicitur[15],quæ reten- 44
tionis recuperationíſque effectum producit:vt cũ quis,eo qui ad nundinas iuerat abſente,
fundum occupauit[16].ſed doctores negant ſeparatam à naturali ſpeciem hanc eſſe.lex enim
indifferenter hanc naturalem appellat etiã corporalem[17]:quia corpore acquiritur & tene-
tur[18].qua de re hic latius apud alios. Sed num eadẽ diſtinctio naturalis ciuilíſque poſſeſ- VI.q.
ſionis etiam in iuribus fiat[19]?& ſi de ſeruitutibus perſonalibus loquamur conſtat eſſe vt ſu
prà de vſufructu diximus[20].maior eſt in prædialibus difficultas:quia poſſeſsio nõ facto ſo-
lùm,ſed & animo quæritur[21].at fundus, vtpote res inanimata,non poteſt videri animum
habere & tamen lex ei deberi ſeruitutem ait[22].ſed tamen Bart.poſſe hoc caſu vtranq; poſ-
ſeſsionis ſpeciem conſiderari tradit:cuius ſententiam aliqui male declarant[23], vt impro-
bent.Sciendum itaque eum,qui fundum † dominantẽ poſsidet,cenſeri & huiuſmodi iura 45
poſsidere,naturaliter per fundum,cuius acceſsiones ſunt hæ ſeruitutes[24],ciuiliter per ani-
mum ipſius poſſeſſoris,qui animus,ſi à principio interuenit ſatis eſt[25]: quia durare intelli-
gitur,ſicut & ſcientia,quæ à principio neceſſaria eſt[26], demum perſeueraſſe cenſetur[27],&
ad eum tranſire,ad quẽ fundus dominans tranſit:quia qui eum poſsidet,&eius accenſiones
poſsidere velle intelligitur. Quod ergo Bart.ait naturali poſſeſsioni * animũ non eſſe ne- 46
ceſſariũ,intelligitur ex poſt facto à principio tamen opus fuit animo,vt acquireretur,aliàs
fruſtrà retineremus,quod adhuc acquiſitum non eſſet. Quod rurſus ſubiicit, quòd fundus
ipſe præſcribit,intelligendũ eſt continentur abſque medio,quæritur enim acceſsio illa fun-
do dominanti,& conſequẽter ipſi domino.nec enim fundus ipſe poſsidet,ſed poſsidetur[28]:
dominus verò poſsidet & præſcribit[29].nam proditum eſt per rem inanimatam nihil nobis
acquiri poſſe[30].at in caſu noſtro vltra rem ipſam,ſeu prædiũ dominans eſt etiã animus,qui
acquiſitioni ſufficit.Requiritur ergo vtrunque,& animus poſsidentis,& ſeruitutis vſus fun
do dominanti accedens.Quid ergo,ſi alterũ non adſit, putà animus.& clarum eſt nullam
videri adeſſe poſſeſsionẽ:ideóque nec vllam eſſe vſucapionem[31].Hinc eſt,quod vulgò di-
cimus naturales ad inferiorẽ partem aquarũ * defluxus ( ſcolatitià vulgò vocant ) nunquã 47
præſcribi:niſi quatenus probaretur animus:vt quia ſuperiorem alueũ inferior longo tem-
pore purgaſſet,vt ad ſe aqua delaberetur[32].Quid itẽ,ſi illud alterũ deſit,nempe vſus con-
tinuus fundi dominantis?& tunc idem eſt, vt non ſubſit vlla ciuilis poſſeſsio ideóque nec
vlla præſcriptio[33].Vnde[34],traditum eſt ſeruitutem quidem * aquęductus cæteráſque vrba 48
nas longo tempore, vſucapi,quæ continuæ ſunt[35]: at ſeruitutẽ itineris viæ actus:quia con-
tinua non eſt,eo tempore nõ vſucapi,ſed requiri ſuprà,hominum memoriã dominum iuiſ-
ſe[36].egiſſe id enim tẽpus vim priuilegij habet[37]. Quãuis ergo animus in aliis iuribus per-
ſonæ cohærentibus cauſam poſſeſsionis continuet[38],in iis tamẽ ruſticis ſeruitutibus,quę in
conſequentiam quandam à fundo dominante trahuntur,ſecùs eſt qua ratione & illud effi-
cit,vt quãuis cæteræ ſeruitutes nuntiationi noui operis ſufficiant[39],hæ diſcontinuæ inter-
pellatæque non ſufficiant[40].tanquã plenarium poſſeſsionis ius illis non adſit, quod nũtia-
tioni neceſſarium eſſe alibi docuimus[41].ceſſante enim vſu,ceſſat naturalis * poſſeſsio, quæ 49
hoc caſu ciuilem quoque animo domini prouenientem impedit:ſicut aliàs videmus amiſ-
ſa naturali ciuilẽ quoque amitti,vt in rebus mobilibus[42],& interrupta naturali,ciuilem in-
terrumpi: vt quãdo quis per colonum poſsidet,íſq; eiicitur[43].idem ergo ſit,& in eo,qui per VII.q.
fundum poſsidet. Sed quid † in detentatione,ſitne eadem diſtinctio,vt alia ſit iuris,alia 50
facti

1 docto. hic. & l.iij. §. ex contrario.ĩ.eo.
2 l.furtum. in fi.ĩ.tit.j. glo. l.j.C.de ſer.fugi.
3 l. ſi de eo. §. ſi forte. vbi Alex.ĩ.eo.Felin.c.vigilanti. c.ſi.de præſcrip.
4 glo.l.ait prætor. §. item. ex quibus cau.ma.
5 Bart.d.l.naturaliter.ĩ.eo.
6 d.l.fi.
7 l.quoties.de ſer.
8 d.l.furtum.in fine.
9 l.ſi ego.§.j.de public.
10 Ci.l.ij.q.vij.C.de ſerui. Bar.l.iij.§.ex cõtrario.ĩ.eo. l.iuſto.§.non muta.ĩ.tit.j.
11 d.l.acquiritur.§.fi.& ĩ.e. l.§.per eum.& §.in bon.fid. inſtit.per quas perſ.
12 l.ſtip.iſta.§.hęc quoque. de verb.obli.l.communi.§. neque.communi diuid.
13 d.l.fi.l.iij.§.vnde vi.verſ. q vſuſf.ĩ.vnde vi.l.vti frui. ſi vſ.pet.
14 l.fi.C.vti poſ.
15 c.quod autem.de iu.pat. c.cum aliquibus.de re iudi. vtrobique Butr.
16 d.l.clàm.§.fi.
17 l.fin.C.de fund.pat. lib. xj.d.c.quod not.
18 l.nemo.C.eo.l.quod ſeruus.ĩ.eo.l.& hic.§.eum qui. de precar.
19 gl.l.regulariter.de peti. hæred.
20 l.fi.C.de pręſcr.lon.tem. l.ſi ego.§.j.de publici.Bar.l. iuſto.§.non mutat.ĩ.tit.j.
21 l.quemadmodum.ĩ.eod.
22 l.qui aliena.in fi.de neg. geſt.
23 Aret.& Iaſ.
24 l.ſeruitutes.iiij.de ſer.l. via.§.ſi fundus.de ſer.ruſti. prædior.
25 l.j.§.quæſitum.de aqua quoti.l. qui fundum.quẽad. ſer.amit.
26 l.ij.C.de ſeruit.
27 l.iij.§.fi.de adi.leg.
28 l.homo liber.ſ.tit.j.
29 l.ſi ſic conſtituta.quẽad. ſer.ami.Abb.c.de quarta.de præſcrip.
30 gl.§.pen.verb.per hãc. inſtit.per quas perſ.
31 Bal.c.cũ omnes.de cõſti. c.j.§.ſi quis de manſo.ſi de inueſtit.fue.contro.
32 Cep.tit.de aq.duct.
33 l.foramen.de ſer.vrb.
34 Bar.l.j.§.denique.đaqua plu.arc.
35 l.fi.in fi.C.de præſc.long. tem.l.ſi quis diuturno.ſi ſer. vend.
36 d.l. ſeruitutes.vbi doct. Alex.conſi.xvj.
37 l.hoc iure. §. ductus. de aq.quot.
38 Bar.l.iuſto.§.non mutat. ĩ.tit.j.Baldus de pręſcri.ij. princ.q.
39 l.j.§.Iulianus.de remiſ.
40 l.qui viã.ſ.de op.no.nũ.
41 l.j.eo.tit.
42 l.iij.§.Nerua.ĩ.eo.
43 glo.l.j.§.non autẽ.de vi & vi ar.& d.l.j.in fi. vſuſfr. quemad.caue.



facti?& videretur fieri : quia alibi probatur eam facti eſſe[1].quod Barto.ait,quem recentio-
res[2] ſequuntur:ideóque per clauſulam cõſtituti nõ tranſſertur[3],alibi videtur probari eſſe
iuris[4].quod aduerſus Bart.aliqui maluerunt,vt Ang.Imol.Caſtr.& Alex.verum exiſtima-
rim ego propriè loquendo eſſe facti,verámque Bar.ſententiam:vt ſicut poſſeſsio naturalis
eſt facti,quod ſuprà tradidimus,ita & hæc quoque:verùm quia quandoque lex eam adpro-
bat,& adiuuat,vt quando pignus prætoriũ ex ea inducitur[5],vel ius inſiſtendi cuſtodiæ cau
ſa[6],hactenus poteſt etiam iuris eſſe exiſtimari,ſatíſque arbitror hanc fuiſſe omnium men-
tem vnde detentator quamuis abſens,tamen detinere dicitur, dum cuſtodiam rei habeat,
vt quia clauſo hoſtio receſſerit[7]:quòd infrà Bart.tradit, & Angelus hîc de eo prodidit,qui
ex primo decreto in poſſeſsionem miſſus eſt,vt eam videatur ſeruare,niſi decem annis ſit
moratus,quibus in rem pręſentem non acceſſerit:tanto enim tempore dicitur eam animo
35 perdidiſſe vt quod de poſſeſsione * dicimus,ad detentationem producatur[8].Quæ autem
actio detentatori cõpetat an rei vendicatio[9],an interdictum[10],an officium iudicis[11],& an
ius propriæ auctoritatis[12],alibi Doctores adtingunt,ego hîc diſputanda nõ cenſui, ſicut &
VIII. q. quomodo definiatur detentatio,quod hîc aduerſus Imol.Alexander diſputat. Proſequi-
52 tur Bart.† diſputátque,quemadmodum acquiritur poſſeſsio? In qua re receptiſsima eſt
I. concluſio,acquiri per appręhenſionẽ,vt † in lege noſtra dicitur,quæ in rebus loquitur iam
53 vacãtibus,ſeu quæ in nullius bonis ſunt. Idémque in feris beſtiíſque dicendum eſt, quæ
II. in noſtro dominio eſſe non intelliguntur:niſi poſtquã captæ ſunt[13]: quia ( inquit lex ) mul-
ta accidere poſſunt,vt eas non capiamus.Vnde adparet,ſi certum ſit ferã euadere non poſ-
ſe,vt quia in ſcepta mea confugerit,videri iam in poteſtate mea eſſe,& abſque alia appræ-
henſione meam cenſeri : hácque in re eſſe à cæteris differentiam,defendíque ſic diſtinctio-
III. nem Accurſij poſſe,quã cæteri improbant. In theſauro quoque * idem eſt, vt non priùs
54 noſter efficiatur,quã appræhenſus,ſeu loco motus ſit[14].fuêre tamẽ,qui ſufficere inſpectio-
nem exiſtimarint,vt theſaurus illius ſit qui prius viderit[15].quos & Soci.ſequitur[16],nõ quod
ideo ius in re per aſpectum ſit quęſitum ( nec enim dominium abſque poſſeſsionis appræ-
henſione quæritur )[17] ſed vt ius ad rem cõſequendam is habeat,tanquã fortunæ beneficio
ſibi oblatam[18], quæ diſtinctio haudquaquam probabilis eſt,& meritò Bart.ſententia rece
I. pta ſimpliciter exiſtimãtis appręhenſionem eſſe neceſſariã. Vnde & infert leges,quæ de
55 eo,qui † inuenerit,loquũtur,intelligi,& appręhenderit.quæ opinio in caſu noſtro eſt vera,
ídque propter ſubiectam materiã.cùm enim dominij acquiſitio poſt poſſeſsionem ſit,non
II. dicetur dominiũ theſauri acquiſiuiſſe,niſi qui poſſeſsionẽ iam ſit natus. Idémque dicen
dum eſt,cùm latronem inuenire ſi decurio militũ promittit : intelligitur enim non ſolùm
appræhẽdere,ſed appręhenſum exhibere : quia aliàs inutilis & ſine effectu huiuſmodi eſſet
III. promiſsio[19]. Qua ratione ſi ſtatutũ pœnam ei inferat, qui à familia prætoris inuentus
eum armis ſit,receptior eſt ſententia intelligendum eſſe,vt etiam captus ſit[20]: quod & ego
probo.cùm enim familię fiat mentio indicatur mens ſtatuti,non puniri eũ,qui ſimpliciter à
quolibet fuerit inuentus,ſed à familia cuius officium eſt delinquentes capere.ſunt tamen,
qui generaliter non inuentum caueant qui captus ſeu appræhenſus non ſit[21], quod Angel.
Imol.Nico.à Neapoli.Felinúſque non probãt[22],quia aliud eſt inuenire,aliud rem inuen-
tam appræhendere[23].& plerunque inuenire nocentẽ nihil aliud eſt, quàm conuincere[24].
& ideo,ſi ſtatutum imponat pœnam mulieri inuentę cum vnionibus,nõ eſt credibile con-
ceſſum eſſe lictoribus vt ei manũ iniiciant[25],quicquid Bald.ſenſerit.Sed nũquid ſuprà ſcri-
pto ſtatuto locus erit,ſi caſu fortuito inuenta ſit?& non videretur[26]:quoniam Grammati-
ci,inuenire( inquiũt )eſt dedita opera:Reperire verò & præter ſpem.Ouid.tu non inuenta,
reperta es.ego tamen hanc ſubtilitatem propter ſtatuentium mentem non probo.Quid,ſi
IIII. inuentus aufugerit?& non ideo minus dicetur depræhenſus qui aufugit[27]. Sane ( vt ad
56 rem redeamus ) & tum quoque † neceſſaria videtur appræhenſio,cum rei quidem non va-
cat poſſeſsio,ſed citra poſſeſſoris animum quis rem occupat, eatenus duntaxat cenſebi-
tur poſsidere, quatenus occupauit[28]. Quid ergo ſi animus poſſeſsionis is ſit, vt poſſeſ-
ſionem transferatur,& tunc non eſſe neceſſariam appræhenſionem receptũ eſt[29], ſed ſuffi
cere rei aſpectum[30],vel alios modos à iure inductos[31], quos alibi adnotaui.quæ tamen res
I. aliquas declarationes recipit. Et in primis inquit Barto.traditis clauibus horrei, cenſeri
merces traditas[32],ſi emptor ſciat quo ſpeciali loco res ſint repoſitæ, quæ ſententia Imolæ
Alexandróque non placuit:nec enim vlla ſpecialis loci mentio in lege eſt: & cùm propter
57 traditionẽ † clauiũ res incipiat ſub cuſtodia noſtra eſſe,ſatis & in noſtra poſſeſsione vide-
II. tur eſſe[33].quod & Claud.& alij docuerũt. Rurſus inquit Bar.oportere,vt huiuſmodi cla-
ues in conſpectu domus tradãtur:quoniã lex requirit, vt traditio apud horrea fiat[34].dictio
autem Apud, quandoque pro coram accipitur[35],quam ſententiam Iaſon & Claudius hîc
probant.Nec me mouet Alexandri diſſentientis ratio : quia abſque clauibus ipſius hor-
rei poteſt quidem ex aſpectu ſi in rem præſentem ventum ſit fieri tranſlatio[36]:at merces

1 l.quod dicitur.ij.vbi Are. ij.de verb.oblig. d.l.ſtip.§. hæc quoque.
2 Iaſ. Claud.
3 Alex.l.quod meo.ĩ.eod.
4 l.ij.in prin.pro hæred.l.ſi finita.§.ſi qs metu.ſ.de dã. infect.
5 l.non eſt mirum.de pig. actio.
6 d.l.ij.d.§.ſi quis metu.
7 l.v.§. quæri. §. ſeq. vt in poſſ.leg.
8 gl.l.j.C.de ſer.fug. Alex. hic in fi.
9 l.officium.de rei vendi.
10 glo.l.ſi de fundo.C.loca.
11 l.de vſu.de var.& extraord.cũ gl.l. Aquil.de dona.
12 l.j.§.nuntiatio.C.de op. no.vbi Doc.
13 l.naturalem.§.illud. l.in laqueum.ſ.tit.j.
14 l.iij.§.Neratius.ĩ.eo.
15 l.j.C.de theſau. verb.inuenerit.& §.item lapilli.de rer.diui vbi glo.
16 d.§.Neratius.
17 l.traditionib⁹.C.de pac.
18 l.ſi is.qui in aliena.§.j.ſ. tit.j.& §.theſauros.inſtit.de rer.diuiſ.
19 l.ſi Barſatorẽ. C.de fideiuſ.& maud.
20 Iaſ hîc.& Rip.
21 Bal.l.item lapilli.in fin. de rer.diuiſ. Alberic.l.quod ait lex.de adult.
22 c.ij.de reſcr.
23 l.raptores. C.de epiſco. & cler.l.j.C.de rap.vir.
24 §. reuerendiſsimus. in auth.de ſanctiſsimis epiſc. l.j.ff.de cur.fur.
25 l.j.C.de off.diuerſ.iud.
26 l.ſi is.tit.j.§.quod ſi. vbi Bart.ſ.l.ij.in fin.de condi.& demonſt.
27 l.ſi quis in ſeruitute.in fi.de furt.
28 l.quod meo.§. fin.ĩ. eod.
29 ĩ.ea.l.§. ſi iuſſerim.
30 d.l.quod meo.§.pe.
31 glo.l.iij.in prin.ĩ.eod.di xi.d.l.traditionibus.
32 d.§.ſi iuſſerim.in d.l.clauibus.de contrah.empt.
33 l.quãdam.ĩ. eo.d.§. Nerua.
34 d.l clauibus. gloſ.d.§.ſi iuſſerim.
35 l.de iure. in princip. ad mun.l.eum pro quo.de in ius vocan.
36 d.§.pen.

præſentes non erant,ſed in horreo concluſæ meritò claues ipſe fuerunt tradendæ[1]. Cæ- III.
terùm & illud traditum eſt,vt † ex aſpectu poſſeſsio transferatur,oporteret eam vacuam 58
eſſe[2].vnde inferunt aliqui,ſi quis me abſente,clàm ingreſſus eſt quo caſu naturaliter poſsi
det[3],non poſſe eum per aſpectum in alium naturalem ſuam transferre:quia vacua non eſt:
cùm ego ciuiliter poſsideam:idémque in fructuario,qui & ipſe videtur naturaliter poſside
re[4].Hinc ſequitur,vt nec ego ciuilem meam transferre per aſpectum poſsim:quia non vi-
detur vacua:cùm alius naturaliter eam teneat quod Socin.fatetur[5]: at alij contrà:nõ enim
naturalis ideo minus vacans dicitur,quòd ciuilis ſit alterius,nec vice verſa ciuilis quod na
turalem alius occupet[6]: & ſicut per conſtitutũ poteſt ciuilis ſola transferri[7],ita etiam per
aſpectum quæ ſententia verior videtur. Enimuerò & illud adiicit Bartolus in executo- IIII.
rem non trasferri,ex ſolo aſpectu poſſeſsionem,nec pignus prætoriũ conſtitui:ſed ſi facul-
tate appræhendendi rem habet debere appræhendere, ſi verò non habeat ſufficere aſpe-
ctum[8],cum enim citra poſsidentis conſenſum poſſeſsio transferatur, non ſufficit aſpectus
at quia iudicis factum vice partis fingitur[9], media hæc via fuit eligenda receptiſsimáque
hæc eſt ſententia quamuis aliqui contradixerint[10]:quia epiſcopus collator † per ſolam in-
ueſtituram in re præſenti factam transfert poſſeſsionem[11].Sed reſpondendum eſt, cùm ad 59
epiſcopum cuſtodia vacantis ſacerdotij pertineat[12],cenſeri eum perinde ac poſſeſſorem:
ideóque animum poſſeſsionis concurrere.quod non eſt caſu ſupraſcripto in quo nec res va
cat,nec nuntius cuſtos eſt[13].Qua ratione proditum eſt,ſi nũtius me in poſſeſsionem vnius
rei inducat,non cenſeri in aliarum quoque poſſeſsionem ex aſpectu induxiſſe[14].quod An-
gelus hîc tradit: verúmque eſt,ſi aliarum reſpectu impedimentum nullum ſuberat,vt hîc
Barto.ait. Nunquid autem, qui iam detinet, rurſus in poſſeſsionem mitti debeat,alibi ab
Alexandro reſponſum extat[15]. Sed quid in tutore, curatore * huiuſmodique admini- V.
ſtratori bus mandatum ſpeciale non habentibus, an tradere poſſeſsionem ex aſpectu,vel 60
per huiuſmodi modos fictos poterunt?& Bar.negat poſſe:quia verè non concurrit animus
poſſeſſoris:& quia per actum fictũ qualis eſt conductio,non transfertur poſſeſsio[16] nam &
videmus iiſce viris non permitti,vt fictas ſolutiones recipiant[17].meritò ergo nec actu ficto
transferent poſſeſsionem.Sed hæc ſententia ſatis ambigua eſt:quia generale mandatum ei
factum,qui alienare poſsit, arguit voluntatem domini generaliter adfuiſſe[18]: ídque verè
non autem per fictionem[19].quod certiſsimum eſt in procuratore generali mandato homi
nis conſtituto vt etiã Aret.hîc tradit[20],& exemplũ conductoris nihil ad rẽ facit,cùm con-
ductor nec generale quidem mandatum trãsferendi habeat,imò potius cõtrarium,nempe
cuſtodiendi[21],nec quicquam vrget,quod iis non permittitur acceptilatio:quia hoc ex qua-
dam iuris ſubtilitate[22] eſt, quæ non permittit adminiſtratori donationẽ,vel vt debitorem
ipſo iure per actum ciuilem liberet[23],cui ſubtilitati effectu ſi ſequatur nouatio, locus non
eſt[24],vt meritò Ang.& Imol.Raph.à Barto.diſſenſerint:Alex.infrà hoc ſibi non ſatis con-
ſtare adfirmet[25]:nam & trãſlationem,quæ per aſpectum fit,per actum fictum fieri ego non
exiſtimo,ſed potiùs per naturalem,interpretatione iuris ſuffultum,vt meritò dici non poſ-
ſit binas fictiones hîc concurrere[26].Hinc infertur,*an tales adminiſtratores † per clauſu- 61
lam conſtituti transferant poſſeſsionem?& Iaſ.negat: quia cùm ipſi non poſsideant, non
poſſunt eam transferre[27].Sed cùm mandatum ſaltem generale ad vendendum habeant,
ſequitur vt etiam ad tradendum habere cenſeantur[28]: ideóque transferant poſſeſsionem,
quam domini habent: & cùm tranſlatio per actum fictum æquiparetur vero,nihil referre
debet,quod mandatum per æquipollens ſit impletum[29],imò facilius ſic impletum videtur
ídque ſufficit[30],quòd maximè in tutore dicendum,qui cùm decreto iudicis alienat[31], quo
decreto fruſtrà conceſſa eſſet venditio,niſi & rei venditæ traditio fieret. Accedit iis quod
in caſu contrario receptum eſt,vt per tutorem vel procuratorem generalem poſsit domi-
no quęri per actum fictum poſſeſsio[32]: ergo & amitti, ſeu transferri poterit: cùm ad acqui-
rendam poſſeſsionem non ſolùm animus verus tradentis requiratur,ſed etiam acquirentis
contrariorúmque ſit ( vt vulgò dicitur ) eadem diſciplina[33].Sed quid in prælato, ſeu anti-
ſtite reſpondebimus?& Alexander idem quod in tutore reſpondit, vt eius conſtituto non
transferatur poſſeſsio[34] quæ ſententia nõ videtur Matheſillano vera[35],cum prælatus ipſe
res eccleſiæ ſaltẽ eius nomine poſsideat[36],tutor vel procurator rem pupilli vel domini non
poſsideat[37].Ego naturalem poſſeſsionem transferri arbitror,ciuilem non arbitror, niſi in
caſu permiſſo alienatum ſit.qua tamen in re ampliùs deliberandũ eſt. Vltima eſt quæſtio IX.q.
quemadmodum poſſeſsio † amittatur?& in primis cõſtat ciuilem animo retineri:ideóque 62
nihil referre exierit poſſeſſor de fundo,an id minùs[38]:ſolùm ergo perditur,cùm animus de-
ficit,vt quia ſuſpicetur ſe poſſe repelli[39].vel lapſum ſit decennium quo tempore præſumi-
tur obliuio[40].Addit Alexander per ædificium in re factum amitti poſſeſsionem: cùm for-
ma rei ſit mutata[41].quod ex interuallo defendi poteſt,alioqui incontinenti propter ſuam
ciuilem licet domino occupare ſeu propria auctoritate rem perdere[42],quod ſuprà docui.

De natu

1 l.j. C. de cri. exp. hæred. vbi doctores.
2 d.l.quod meo.§.pen.
3 l.clam.in fi.ĵ.eo.
4 l.naturaliter.ĵ.eo.
5 Socinus d. §. ſi iuſſerim. Ruinus hic.
6 l.fi.C.vnde vi.vbi Bar.
7 Bar.d.l.quod meo.
8 l.ſi finita.§.illud.de dam. infect.l.quamuis. ĵ. de bon. auct.iud.c.contingit.de dolo & contumacia.
9 l.j.C.ſi in ca.iud. Doct.l. intereſſe.ĵ.eodem.
10 c. cum aliquibus. de re iud.vbi Abbas.
11 Ioan.Andr.c.tranſmiſſa. de elect.
12 c.cum vos.de off.ord.
13 Alex.conſi.lxxxiij.lib.ij.
14 ſpec.tit.de primo decre. §.iam de effectu. Alex. l.iij. in prin.ĵ.eodem.
15 conſi.v.in ij.
16 l.quamuis.§.j.ĵ.eo.
17 l.& per iuſiurandum.§. tutor.de acceptill.
18 arg.ĵ.ea.lege.§.item acquirimus. l. iuſiurãdũ quod ex cõuentione.§.fi.đ iureiu.
19 l. cum lege. de teſta.vbi Aret.Bal. l.ij. C. de iur.ann.
20 l. procurator cui.đ procuratoribus.
21 §.pen.inſtit.de loca.
22 l.quoties.de adm.tut.l. antepe.de neg.geſt.
23 l. pacti curatoris. C. de pactis.
24 d.§.tutor.Bar.l.ij.§.mutui datio.in fi.ſi cer.pet.
25 Ang.Imol.Paul. Alexan. l.quarundam.ĵ.eod.
26 l.j C.de dot.prom.
27 d.l.quãuis.§.j.vbi Alex.
28 l.papinianus.de publici. vbi Ange.
29 l.fi.§.fi.mand.
30 Alex.l.nõ ſolum.ſolut. matri.
31 l. magis.§.non paſsim. de reb.eorum.
32 l.certè. §.j. de procurat. Bart.l.ſi is,qui pro emptore. q.vlt.ĵ. tit.j.
33 d.§.tutor.
34 Alex.conſi.lxxxj.iij.
35 Matth. not. clxvij. Old. conſi.ccix. in cauſa.
36 Doct.c.cũ ſup.de ca.poſ. Bart.l.cùm hæredes.ĵ.eo.
37 l.fiſtulas.§.j.de cõtrahẽ. empt.
38 l.clam.in fi.ĵ.eo.
39 l.ſed ſi nolit.ĵ.eo.
40 glo.l.j.C. de ſer.fugi.l. peregre.ĵ.eo.
41 l.quivniuerſas.§.j.ĵ.eod. l.repeti.quib.modis.vſusfr. amitt.
42 l.ſi in area.de cõdi.inde. not.l.j.§.nuntiatio.de oper. no.



De naturali verò magna fuit inter veteres altercatio:ex quibus aliqui eam amitti cenſue-
runt:cum quis inſiſtere rei deſiit,ſeu de fundo exiit quæ ſententia reiecta eſt quoniam exi-
tus cauſa admittendæ poſſeſsionis non eſt[1], alias nunquam præſcriptioni locus eſſet:niſi
continuò manſiſſet poſſeſſor in fundo.Alij ( vt Plac.& Azo ) naturalem retineri exiſtima-
runt quocunque poſſeſſor eat: cùm ea non,niſi animo amittatur[2], quæ ſententia quibuſ-
63 dam caſibus eſt certior.In † primis,ſi non tam procul eat,quin adhuc res ſit in conſpectu[3],
quod Accur.intelligit ad decem milia paſſuum.opinor fuiſſe eum linceum,alioqui pauci
ſunt,qui tantùm perſpiciant,vt meritò Ruinus hîc ſubſiſtat.dubium tamen non eſt, oculi
I. inſtrumentum ſicut acquirendæ poſſeſsioni, ita & retinendæ aptiſsimum eſſe. Addit
Accurſ.idem eſſe,ſi in proximo res ſit,quamuis eam non videat,qui enim prope eſt,cenſe-
tur præſens[4]:in re tamen mobili ſtatim quod quis eam non videt,ſunt qui naturalem amiſ-
ſam credant[5].ego non probo. Alius eſt caſus, cùm poſſeſsio naturalis per alium retine-
II. tur:quamuis enim ille deſinat ei inſiſtere, non tamen perditur[6].quod intelligendum, niſi
III. deſinat inſiſtere animo amittẽdæ poſſeſsionis vel eam alius occupet[7]. Eſt & alius, cùm
poſſeſsio naturalis,ſola eſt,qualis eſt,quam fructuarius in re ipſa,vnde fructus percipit,ha
IIII. bet[8].ea enim per abſentiam non perditur[9].quod omnes hîc fatentur. Quo exemplo &
poſſeſsio,quam Bart.Corporalem vocat,nec ipſa per abſentiam perditur,ſed animo con-
ſeruatur[10].& huiuſmodi poſſeſſori contra extraneum interdictum vti poſsidetis compe-
V. tit[11],qua ratione & colonus animo detentionem ſuam ſeruat[12]. Idémque in detentore
traditum eſt,qui cuſtodiam rei etiam abſens gerere dicitur[13],ideóque animo detẽtionem
ſuam ſeruat.Supraſcriptis igitur caſibus certum eſt poſſeſsionem retineri,quamuis extra
VI. fundum quis abſceſſerit. Quid ergo de eo,qui cùm ciuiliter,& naturaliter poſsideret,ab-
ſceſsit?& Ioannes,Accurſius,Barto.cæteríque crebriore calculo,exiſtimãt,poſtquàm exiit
de fundo,nec ampliùs præſens eſt,amitti naturalem[14].Sed Iaſon & hoc caſu Azonem ſe-
quitur:cùm enim naturali ſola per digreſsionem extra fundum non admittatur[15].nec qui-
dem hæc omitti debet,quæ ciuili iuncta ſit cùm cõiunctio hæc difficiliorem perditione na-
turalem efficere debeat[16], maximè cùm idem ſuprà concluſerimus & in detentione & in
corporali poſſeſsione,& in ea,quam per alium habemus,quæ cùm debiliores ſint, debuiſ-
ſent faciliùs amitti.Nec rationes differentię,quas doctores adducunt,ſatis probabiles ſunt,
dum dicitur, quod animus nequeat circa ambarum poſſeſsionum retentionem operari,
cùm vni tantum deſtinatus ſit[17]. Reſpondeo videri potiùs animum vtrique deſtinatum
cum nihil impediat quin animus circa ambarum poſſeſsionum, retentionem operetur,
& veriſimile ſit eum animum vniuſcuiuſque eſſe, vt omnia iura ſua cõſeruare velit ne vel
minimum ex iis pereat[18]. Rurſus, dum Accurſius inquit in colono cõſiderari animum,an
exeat,vt poſſeſsionẽ velit amittere,qui ſi nolit vt aliquid animus iſte operetur naturalem
domino conſeruabit[19], at in eo, qui ciuiliter,& naturaliter poſsidet, ſatis eſt,quòd ei ani-
mus ciuilem conſeruat,meritò naturalis petit.Reſpondeo non ideo colonus abſens natura
lem ſeruat, vt animus aliquid operetur,ſed quia generaliter naturalis per abſentiam non
perditur,ſed & dum dicitur non debere animum circa tot poſſeſsiones operari, friuolum
planè eſt,ſi enim animus multas poſſeſsiones ciuiles, multas naturales in diuerſis locis, &
ſeparatas tuetur,cur & coniunctus tueri non poteſt?Nec etiam ratio Socini vera eſt, dum
ait in eo, qui ciuiliter quoque poſsidet, faciliùs naturalem amitti, vt quæ inutilis ſit, cùm
ei ciuilis ſufficiat.Reſpondeo vtilem futuram naturalem: quia noſtra intereſt plurima iu
ra conſeruare[20].& quia naturalem poſſeſsionem difficilius auferet à nobis princeps[21], vt
inquit Aretinus,& quia ſi nos eam habemus,non tam facilè ingrediendo alius auferet[22],&
quia ( vt Iaſon inquit ) hoc admiſſo,ſemper naturalis quæ ciuili iungeretur,eſſet fruſtrato-
ria.ego & illud addo hac ratione non dilui argumentum, quod naturalem, quæ per alium
tenetur, conſeruamus, quamuis, & ciuilis noſtra ſit[23].Puto itaque veriorem eſſe ſenten-
tiam, vt ſuprâſcripto caſu naturalis adhuc non amittatur,quamuis de fundo quis exierit.
Habétque hæc ſententia minores ſalebras,quàm ſi dicamus exeundo amitti naturalem,
quæ tamen recuperetur, quoties ille ad fundum reuertitur, eſt enim ſatis nouum, vt rei
ſuæ quis quotidie poſſeſsionem amittat, quotidie reuertendo acquirat.quod & Iacobus,
Aretinus non ſatis probãt[24].Sicut & nouum eſt, quod reuertendo per inſpectionem vel
vicinitatem incipiat rurſus poſſeſsionẽ acquirere quod hîc Accurſius ait,cùm rei vacan-
tis poſſeſsio non, niſi vera appræhenſione accipiatur, vt ſuprà vidimus,& Socinus hîc
diſputat tandémque id tribuit virtuti ciuilis,quæ remanſit, & cui naturalis faciliùs acce-
dit[25], an quia fauorabilior eſt cauſa recuperationis[26]? cùm res facile ad naturam ſuam
VII. reuertatur[27]. Ego fortiùs illud cenſeo, adeò generaliter veram eſſe Aſonis ſenten-
tiam, vt ſi cui abſenti occupata fuerit domus,adhuc ille dicat naturalem poſſeſsionem,
& quidem iuſtam habere[28].Nec me mouet, quòd occupator ipſe naturalem habeat[29].
64 vnde non poteſt * eadem poſſeſsio penes duos inſolidum eſſe[30]: quia ſuprà reſpondi id
abſur

1 l.ſi id quod.§.j.ĵ. eod.l.licet.C.eod.
2 l.quemadmodum. ĵ.eo.
3 d.l.quod meo.§.ſi venditionem.
4 glo.l.parui.de condi.fur.
5 glo.l.iij. §. Nerua.ĵ. eod. vbi Alex.& Iaſ.
6 l.ſi colonus.ĵ.eod.
7 d.l.clàm.in fi.
8 d. l.naturaliter.
9 l.iij.§. vnde vi.de vi,& vi arma.
10 glo.l j.verb. clàm.C.vti poſsid.
11 l.j.in fi.vbi poſſ.
12 d.l.ſi colonus.
13 l.v.§.quæri.vt in poſſeſ. leg.d.§.ſi qs metu.vbi Paul.
14 d.l.licet.d.l.clàm.in fin.
15 d.§.vnde vi.
16 arg.l.qui patri.de acqui. hæred.
17 arg.l.quod Labeo.de cõpen.l. & ſi quis.§. plerique. de relig.
18 l. cùm de indebito. de probat.
19 l.ſi colonus.
20 l.ſi domus. de ſer. vrb.
21 l.fi.C.ſi per vim vel alio modo.
22 d.l.clàm. in fi.l.iij. §.ex contrario.
23 d.l.ſi colonus.
24 arg.l.pen.C.de cur.fur.
25 c.cũ veniſſet. vbi Abb. in vlti.not.de reſtit.ſpol.Iaſ. d.§. Nerua.not.iij.
26 §.fi.inſt. de vſufr.
27 l.ſi vnus.§. pactus ne.de pact.
28 d.l. licet.
29 d.l.clàm.in fi.
30 l.iij.§.ex contrario.

abſurdùm non eſſe diuerſo ſcilicet reſpectu[1], vt vnus naturaliter corpore poſsideat alter
animo: quæ tamen poſſeſsio & ipſa naturalis dicitur: cùm animus non minus ad factum
iúſque naturale pertineat, quàm corpus[2]. quæ antiqua fuit Mart. opinio, licet eam docto-
res malè interpretentur, vt reprehendant, ſequutúſque eſt etiam quãdoque Accurſius[3], ſen-
ſitque hoc Trebatius: cuius exemplum non ideo improbat Labeo[4], quod in ſe verum
non eſſet, ſed quia exiſtimabat poſſeſsionem iuſtam ab iniuſta ſpecie differre. quod falſum
eſt, qui ergo iuſtè poſsidet, verus poſſeſſor quo ad omnes effectus iuris, eſt[5]: qui iniuſtè, ſo-
lùm reſpectu extranei poſsidere cenſetur[6]. Quod ergo lex ait eandem poſſeſsionem apud
duos eſſe non poſſe, non procedit * reſpectu diuerſæ qualitatis, quæ diuerſas perſonas re- 6 5
ſpiciat. ſicque vera erit Azonis ſententia vt vna tantum poſſeſsionis ſit ſpecies, cuius ciui-
lis & naturalis quædam ſint qualitates, quod ſuprà cenſui. & Socin. aliíque recentiores ſe-
quuti ſunt.

1 d. l. ſi duo. l. ſi. vti poſsid.
2 d. l. pro herede. de acquirenda hereditate. & l. qui bona. ſ. eodem.
3 l. ſi vt certo. §. ſi. commu.
4 d. §. ex cõtrario. vbi Soci.
5 l. non videtur. l. ſi quis vi. ſ. eo. l. iij. §. eum igitur. de vi & vi armata.
6 l. ij. vti poſſ.

SVMMAE.

- 2 ☞ *Delegationem admittunt perſonalia: quandoque contrà. 4.*
- 3 *Mentem variè deprehendi.*
- 5 *§. Adipiſcimur. explicari. 7.*
- 6 *Infans poſſeſsionem quærit non ſolus. 9.*
- 8 *Furioſus poſſeſsionem quærit.*
- 12 *Poſſeſsionis quærendæ inſtrumenta.*

§. ADIPISCIMVR. Acquiſitio poſſeſsionis * facti eſt: ideóque per quemlibet ſibi- 1
fieri poteſt etiam per pupillum, qui intellectum habeat: ſecùs ab his, qui intellectu carent,
vt furioſi, vt ſopiti, vt infantes.

PER NOSMETIPSOS. Non tamen his verbis prohibetur, quin & per alium
quærere poſſeſsionem quis poſsit, vt Accurſius hîc notat. vnde † conſequens eſt, vt tanta 2
non ſit pronominis perſonalis efficacia, quin actus per alios quoq; expediri poſsit[7]. Nam
& qui precariò rogat, vt ipſi in fundo morari liceat, etiam pro familia ſua rogaſſe cenſe-
tur[8]. ſic & lex iubet, vt Principis delegatus ipſe iudicet[9], & tamen ſubdelegare poteſt[10]. ſic
qui ſe obligat, ne ipſe faciat haudquaquam cohærentem perſonæ obligationem induxiſſe
cenſebitur: ideóque & hæres tenebitur[11]. ſic ſi princeps in reſcripto delegationis ſcripſerit,
per te cognoſcas, non cenſebitur inhibitum, quin delegationi ſit locus. quod Iaſ. cenſuit[12].
Idque certius eſt, ſi ſimpliciter dixerit tu cognoſcas, vt Baldus ait[13]. cenſetur enim quod ta-
cite ineſt expreſsiſſe[14], veráque hęc ſunt niſi alia appareat fuiſſe mens legis, vel reſcripti[15].
Tunc enim dicitur per ſe facere, qui per interpretem facit[16]. Arguitur autem mens quan-
doque † ex iteratione verborum[17], quandoque ex præcedentibus, & ſubſequentibus[18], 3
quãdoque ex ſubiecta materia: quia adpareat electam induſtriam perſonæ[19]. Idem ſi clau-
ſula illa aliàs eſſet ſuperflua, vel de facili eluſoria[20]. quod maximè in diſpoſitione ſtatuti di
cendum eſt: in quo nihil ſuperfluere debet[21]. Quod & certius eſt credendum, cùm adiecta
eſt † aliqua dictio, quæ cohæreat perſonæ[22], vt ſi dictum ſit, quod perſonaliter vel per ſe- 4
metipſum ſeu propriis manibus quid agat[23]. Hinc infertur, vt ſi in principis reſcripto di-
ctum ſit quòd ordinarius à ſeipſo procedat, cenſeatur ſublatum conſilium ſapientis, quod
ex forma ſtatuti requirebatur[24]. Rurſus infertur, vt ſi teſtator prohibuerit alienationẽ ad-
iecto pronomine, ipſi hæredi cenſeatur prohibitio nominatim facta quod Bald. Reſpondit
tanquam pronomen, ipſe, merè perſonale ſit[25]: quod tamen ego ſecundum ſupraſcripta re
ſtringendum arbitror.

7 l. diuus. §. j. de fal. vbi Bar.
8 l. pe. ſ. de precar.
9 §. ſi. in auth. vt defunct.
10 l. à iudice. C. de iudi.
11 l. ſtipulatio iſta. ver. ſed ſi ſe. ſ. de ver. oblig.
12 l. j. de off. eius.
13 c. ſi. de off. deleg.
14 l. iij. de leg. j.
15 l. ſi ita fuerit. verſ. item quæritur. de man. teſta.
16 l. j. in ſi. de verb.
17 Doct. d. c. ſi.
18 l. j. in fine de verborum oblig. l. ſi ſeruus. de leg. j.
19 c. cùm dilecta. de reſcrip. Doctores d. c. ſi.
20 c. coram. de offi. delega. vbi Baldus.
21 Ale. l. iij. §. ſi procurator. quod quiſque iu.
22 gl. clem. j. de vita & hon.
23 c. ſtatutum. de præb. in vj. l. iubemus. C. de erog. mi li. anno. lib. xij. vbi Bar.
24 arg. c. in criminalibus. v. q. iij.
25 Bal. conſi. ccciiij. in j. Iaſ. l. filiusfa. §. diui de lega. j. q. pe. Decius conſilio cclxij.

FVRIOSVS ET PVPILLVS. Videretur ergo cum tutoris auctoritate eos
poſſeſsionem acquirere, & cũ lex de pupillo &c. loquatur qui eius ætatis ſit, vt intellectum
non capiat † ſequitur vt infans tutore autore poſſeſsionem acquirat. Quæ ſententia qui- 5
buſdam caſibus certa eſt. Et in primis, cùm de re agitur in qua infans veriſimilem adfectio-
nem habet, veluti in puppis & crepundiis, quod Dinus ex Decii Imperatoris † cõſtitutio- 6
ne cenſuit[26], & alij probarunt. Idem cùm de infante loquimur, qui aliquem habeat intelle-
ctum, licet non perfectum, vt Papinianus reſponſum Barto. hîc interpretatur[27]. Idem (in-
quiunt Raph. Alexand. Pont. & Iaſ.) de quolibet pupillo, qui ſciat loqui: licet non intelli-
gat[28]. Et is enim poſſeſsionem etiam ſolus acquirit, vt multò magis, tutore autore acqui-
rat[29], non enim neceſſarium eſt, vt ſit proximus pubertati vel doli capax. quod Bartolus
cenſuit dum legis noſtrę exceptionem in pupillo, infante, vel etiam infantiæ proximo in-
telligit[30]. Ego generaliter legem noſtram interpretor, vt indiſtinctè infans cum tutoris au-
toritate acquirere poſſeſsionem poſsit, lex enim Decij generaliter loquitur[31] itémque re-
ſponſum Papiniani[32] nec probabilis eſt reſtrictio ad crepundia, vel ad eum, qui infans non
ſit, id eſt aliquem intellectum habeat. Et (quicquid hîc commententur Bartol. & Alexand.
aliíque recentiores) receptior eſt tamen † ex Decij conſtitutione intellectus quem Ioan. 7
tradidit,

26 l. iij. C. eo.
27 l. quamuis. §. ſi. ſ. eodem.
28 §. pupillus. inſtit. de inutil. ſtipulatione.
29 l. ſeruo. §. ſi pupillo. ad Treb. ſecundum intellectũ.
30 Barto. hic in prin. verſi. pupillus.
31 d. l. iij.
32 d. l. quamuis. in ſi.



tradidit, & alij ſecuti ſunt, & vbique probarunt. Accurſius, Cinus, Iacobus, Nicol. Matha.
8 Bald. Ange. Salic. Fulg.[1] ſed quid de furioſo dicemus, an curatore auctore acquiret † poſſeſ-
ſionem? Et negant communiter Docto. quia furioſus per ſe nihil poteſt agere[2], ſed curator
ipſe ſolus agit[3]. In contrarium vrget lex noſtra quæ à contrario ſenſu probat etiam tutore
autore furioſum acquirere: vrget & ratio, licet enim plùs iuris habeat tutor in infantem,
quàm curator in furioſum[4], tamen (quod ad acquirendam poſſeſsionem adtinet) par eſt
ratio eadémque in vtroque ignorantia. ſed tamen prior ſentẽtia receptior eſt, vt ſi curator
auctoritatem furioſi appræhenſioni interponat non ipſi poſſeſsio tanquam per ſe quæſita
acquiratur[5]. Ego tamen putauerim tali caſu nihilominùs tanquam ſolius curatoris facto
acquiſitam cenſeri, vt actus eo modo, quo fieri poteſt, valeat: quod Raph. Cuma. ſenſuit[6].
& (vt Herma. ait) hoc Doct. non negant: nam & Alibi Bal. coniunctionem actus per aucto-
ritatis interpoſitionem factam æquipollere conſenſui cenſuit[7]. Nec me mouet, quod Aret.
& Claud. dicũt eum, qui per modum auctoritatis conſenſit, non videri id velle vt actus à ſe
ſubſtantiam & robur capiat[8]. Periculoſa eſt hæc ſubtilitas aduerſus æquum & bonum indu
cta. Cùm enim ſciat tutor, nullũ planè eſſe furioſi conſenſum, ſatis videtur agere, vt ex ſua
9 perſona actus ſuſtineatur, non autem fiat eluſorius[9]. ſed † nunquid infans ſolus poſsit ali-
quo caſu abſq; tutore hanc poſſeſsionẽ acquirere. Et lex noſtra negat, ideóque Decij con-
ſtitutio ex intellectu Ioan. accipiẽda eſt: cùm tutor auctoratur. quę ibi eſt receptior interpre
tatio quod & Claud. hîc teſtatur probatúrque ex natura dictionis, Alioquin, quę in iiſdẽ ter
minis aduerſatur[10]. probatur & quia lex debet intelligi, vt cætera habilia ſupponat[11]. ſua-
detur & auctoritate Papin. quem adducit, qui infrà expreſsè loquitur cũ tutor interuenit[12].
adſcribitur enim aliquibus in codicibus ea[13] non Paulo: intelligetur ergo noua Decij con-
ſtitutio ſecundum veteres Digeſtorum leges[14]: nec in ea quicquam de crepũdiis huiuſmo
díque iocularibus diuinabitur.

1 d. l. iij. Raph. Soci. Claudius hic.
2 l. in negotiis. de reg. iur.
3 l. j. ſ. de bono. poſſ. furio.
4 l. in copulãdis. C. de nup. Socin. hîc.
5 d. l. in negotiis.
6 arg. l. pater. de ma. vin. l. ſi. C. de pact.
7 l. is qui hæres. in fin. de acqui. hæred.
8 argu. l. multùm. C. ſi quis alte. vel ſibi. in ſi.
9 arg. d. l. is qui hæres. in ſi.
10 Alexã. l. filius à patre. de lib. & poſth.
11 glo. l. ſi. C. ſi cen. vel reliq.
12 d. l. quamuis. in ſi.
13 lex Papiniano. lib. Reſponſ. xj.
14 l. nõ eſt nouum. ſ. deleg.

FACTI NON IVRIS ESSE. Eſt ergo poſſeſsio ipſa facti non iuris. quod in-
telligunt reſpectu acquiſitionis dum ad eſſentiam ſuam producitur, ſed certè aliud eſt ac-
10 quiſitio * poſſeſsionis aliud ipſa poſſeſsio quę, hoc nomẽ nõ habet, niſi iam actu perfecto,
conſummatóque, alioqui quid diſtaret poſſeſsio à cæteris contractibus: nam & illi dũ con-
cipiuntur facti ſunt[15], & tamẽ hac ipſa in re magnam ſubeſſe differentiam lex ait: ideóque
cauſam contractuum poſtliminio contineri cauſam poſſeſsionis non contineri[16]. Non di-
11 ſtaret rurſus à ſtipulatione * quæ, dum concipitur, facti eſt[17], & tamen lex ſtipulationis in
iuris eſſe diſertè ait, & ab his, quæ facti ſunt multùm differre[18]. Sciendum igitur ea propriè
facti dici, quæ non tantùm facto conſiſtunt, ſed etiam à legiſlatore in meris iuris naturalis
terminis ſunt relicta[19]. ideóque lex facti eſſe ait quæ iuris naturalis ſunt[20]. cùm ergo poſ-
ſeſsio facti ſit, id eſt, in animo corporéque conſiſtat, quæ omnia ſunt facti[21], cùm & lex eam
in ſuis finibus reliquerit, adeò vt nihil eam impediat iuſta ſit, an iniuſta[22], & vbi re ipſa
non adfuit nunquam adfuiſſe fingat[23], apparet ei adipiſcendæ, non obſtare clauſulas iuris
12 ciuilis, ſecundum quas pupillus † abſque tutore integram perſonam non habet[24], ſed ſatis
eſſe corpus, & conſenſum, qui in eo adſit, cuius ætas intellectus ſit capax. quod Raph. Pont.
Aret. Claud. rectè aduerſus cæteros docuerunt[25]. Nec ratio Accur. mouet, dũ ait pupillum,
etiam acquirere abſque tutore ea, quæ iuris ſunt ideóque ſtipulari poſſe[26], quod iuris eſt[27].
Reſpondeo hoc alia ratione inductum eſt, nempe fauore pupilli, vt poſsit meliorem condi
tionem facere deteriorem non poſsit: At poſſeſsionem acquirit non diſtincto vtilis ſit, an id
13 minùs. Nam & quod vſucapere poſsit[28], cùm tamen vſucapio * ſit iuris in eodem pertinet
maximè cùm ſubſtantia vſucapionis in poſſeſsione conſiſtat cuius ipſe eſt capax[29]. Hinc
conſequens eſt, vt poſſeſsionem pupillus adipiſcatur: quia facti eſt, dominium verò, quod
iuris eſt, alia ratione acquirat quia, ſcilicet, poteſt abſque tutore meliorem efficere condi-
tionem ſuam.

15 l. conſilio. de cura. furio.
16 l. in bello. §. factę. de cap.
17 gl. l. j. in princ. ſ. de verb. oblig.
18 l. ſi vnus. §. pactus. de pac.
19 l. cõdit. pupillus. de conditio. & demonſtra.
20 d. l. nec ſeruus. de pecu.
21 l. bonæ. §. j. ſ. tit. j.
22 d. §. è contrario.
23 d. §. factæ.
24 Inſtit. de tut. in prin.
25 glo. in l. ſol.
26 inſti. de auto. tuto.
27 d. §. pactus.
28 l. ſequitur. §. pupillus. ſ. tit. j.
29 l. homo liber. in fine. ſ. titulo j.

SVMMAE.

- 1 ☞ *§. Si vir. explicari.*
- 2 *Vxori naturalem quæri.*
- 4 *Poſſeſsionẽ in ſimulatis non quæri ex cauſis contrá. 5.*
- 6 *Poſſeſsionem ex contractu ex cauſis non quæri. 7. 8.*
- 9 *Poſſeſsionem, contractu irrito, durare.*
- 10 *Poſſeſsionem transfert emphyteuta.*
- 13 *Dominium ex inutile contractu non transferri.*
- 14 *Contractus irriti cauſæ.*

1 §. SI VIR VXORI. Lex ergo contractum donationis † reprobans non impedit
quominus trãsferatur poſſeſsio cuius rei Iuriſconſultus illam adducit rationem, quod poſ-
ſeſsio facti eſt: ideóque infirmari iure ciuili non poteſt. quod ex ſupraſcriptis declarandum
nec me mouet, quòd cùm lex ſuper iis, quæ facti ſunt, fingat, potuit fingere poſſeſsionẽ non
traditã fuiſſe[30], ſicut in poſtliminio fingit, & pleríſque aliis caſibus, quos alibi doctores ad-
numerant[31]. reſpondet enim Bar. non fuiſſe operæpretium hoc caſu fingere, cùm omnino

30 l. ſi me in vacuam. ſ. eod.
31 Bar. l. ſi is qui pro. ſ. tit. j.

vir ſtatim amiſerit poſſeſsionem,vbi noluit poſsidere,vt hîc dicitur.Ego reſpectu ipſorum
coniugum fingi à lege poſſeſsionẽ non eſſe traditam arbitror [1]: licet reſpectu extraneorum
ſit ſecùs,quod infrà adtingam. Sed quænam † poſſeſsio in caſu legis noſtræ transferetur? I.
& Alexand.ait ciuilem, naturalémque transferri: hácque in re Pontanum vehementer er- 2
rare,qui ſolam naturalem transferri credidit.Videamus nos,ne verior ſit Pontani ſenten-
tia,quæ & Raf.fuit,itémque Claudij.lex enim noſtra transferri poſſeſsionem ait, ſed ſine
effectu,ciuilis autem plurimos effectus habet,præſertim vſucapionis, qui huic poſſeſsioni
non conueniunt [2]: ergo de naturali tantum intelligetur, quæ ſine effectu eſt:ideóque nec
acquiſitioni quidem fructuum ſufficit, niſi adſit bona fides [3], vt hæc vtilitas potius legi-
timæ cauſæ, quæ bonam fidem pariat, tribuenda ſit, quàm poſſeſsioni. Nam & cùm lex
contractum,traditionémque ex eo prouenientem reprobat,non poteſt dici poſſeſsio ciui-
lis [4].quamuis ergo,ſi maritus rem pro derelicta haberet, poſſet alius ciuilẽ,naturalémque
adipiſci:non tamen ita eſt,ſi vxor ex titulo reprobato hoc faciat [5].Puto tamen diſtinguen-
dum, vt ſi reſpectu ipſius donantis loquamur,nulla ciuilis tranſeat. Reſpectu verò cuiuſ- II.
libet extranei perinde ſit, atque ſi ciuiliter, naturalitérque poſsideat:ideóque ſi res aliena
ſit,aduerſus dominum,præſcribat [6].ſi deiecta de poſſeſsione ſit,interdicto de vi armata ex-
periri poſsit [7].quod haudquaquam contra maritum competeret, ſed ex ſolo contractu do-
nationis tranſlationem poſſeſsionis naturaliter prætenderet.Qua ratione etiam videmus
pupillum, qui poſſeſsionem * amittere non poteſt [8]: ſi tamen eam tradat, acquiri empto- 3
ri etiam ciuilem poſſeſsionem, vt vſucapere aduerſus dominum poſsit [9].is enim effectus
aduerſus tertium inducitur,non aduerſus pupillum,cuius contemplatione emptor pro non
poſſeſſore eſt. quod & ſuprà, de eo diximus, qui poſſeſsionem abſentis occupauit, reſpe-
ctu eius naturaliter ſeu vt Bartolus vocat, corporaliter duntaxat poſsidet [10]: reſpectu cu
iuſlibet tertij,pro iuſto poſſeſſore eſt [11]. nec enim multum intereſt,an quis clandeſtinè, ſeu
violenter poſsideat an titulo.cui lex reſiſtat vt in caſu noſtro,quicquid Iaſ.hîc comminiſca
tur [12].niſi quod deiectus vi,vel clam ciuilem retinet,maritus propter conſenſum ſuum ſta-
tim eam perdit,vt hîc dicitur. Sed quid in contractu † ſimulato reſpõdebimus?an ex eo III.
transferetur poſſeſsio?& ſi omnino eſt ſimulatus, conſtat nullam poſſeſsionem transferri: 4
cùm deſit animus:præſumendúmque in dubio eſt traditionem poſt cõtractum ſimulatum
factam eodem vitio laborare [13].vt ex pręcedente titulo ſubſequentia quoque declarẽtur [14],
quod aduerſus Baldum Aretinus cenſuit,verúmque ego eſſe arbitror,etiam ſi ex interual-
lo ſequuta ſit traditio [15].quicquid hîc Claud.dixerit. Sed quid,ſi † cõtractus non omnino I.
ſimulatus eſt,vt quia fingam me agere ex vna cauſa,cùm tamẽ ex alia efficere rem velim? 5
& tunc transferri poſſeſsionem,certùm eſt:dum tamen cauſa ſufficiat tranſlationi [16],quod
etiã in traditione ficta procedit nõ enim ideo minus valebit traditio, quod Claud.hîc ſcri
pſit,& Alexander alibi docuit [17]. Quod ſi non conſtat,an contractus ſit ſimulatus, ſed II.
ſimpliciter eſt ſuſpectus,tunc vera traditio ſimulationis præſumptionem non induceret,
ficta verò induceret [18], quod aliqui hîc tradiderunt. Ego alibi adtigi [19]. Sed quid, ſi quæ IIII.
ratio contractui † repugnat eadémque quoque traditioni poſſeſsionis aduerſetur?& vide- 6
retur nihilominùs poſſeſsionem transferri: quia ( vt hîc dicitur ) res facti infirmari iure
ciuili non poteſt. Aretinus tamen & Claudius negant transferri [20].quo argumento ſub-
rogatus poſſeſſori litigioſi ſacerdotij non eſt citandus [21]: quia poſſeſsionem aduerſus
canonum prohibitionem & decreti clauſulam adſequutus videtur [22]. Sic tertius poſſeſ-
ſor, qui vi, vel clàm poſsideat, poteſt de facto deiici, & ei poſſeſsio auferri, vt Caſtrenſis
cenſuit [23].non tamen explicat, an abſque citatione fieri id poſsit, qua ratione,ſi ex ſtatuto
continuetur poſſeſsio defuncti in hæredem,& ab alio facta quælibet appræhenſio nulla ſit,
non videretur citandus appræhenſor ille.quæ ſententia defendi poteſt, cùm notorium eſt
nullam illi competere defenſione [24],aliàs ſummariè cognoſcendum videtur de tertij iſtius
poſſeſsionem [25].ideóque neceſſariò citandus, quòd & Innocen [26]. ſenſit, & diſertè Baldus
docuit [27].quiſquis enim quamuis iniuſtus poſſeſſor ſemper citandus eſt,nec temere ab hac
regula recedendum eſt [28].nam & lex reſiſtit mulieri,quæ cum ventris nomine in poſſeſsio-
ne eſſet, in alium eam poſſeſsionem tranſtulit: & tamen vt ille ſummoueatur, opus eſt ci-
tatione [29].ſic & reſiſtit tranſlationi poſſeſsionis rei litigioſę [30]: & tamen aduerſus tertium
omnino neceſſaria eſt citatio [31]. ſic adtentata lite pendente, reuocari omnino debent, &
tamen hoc non fiet, niſi vocato illo in quem facta eſt poſſeſsionis tranſlatio, quod alibi
meliùs iidem pontificij tradiderunt [32]. Sed quid,ſi lex † non ſolùm prohibet contractum V.
ſed etiam aufert adminiſtrationem? & tunc videretur nec poſſeſsionem quidem tranſ- 7
ferri poſſe,qua ratione is, cui bonis interdictum eſt,nec poſſeſsionem tradendo quicquam
agit [33].Ego tamẽ naturalem,quæ facti eſt, transferri magis crediderim [34].quæ licet contra
prodigũ pro non tranſlata ſit, reſpectu tamen aliorũ ſecùs eſt, vt ſuprà diximus,quod & de
pupillo receptũ eſt.Illius enim fauore multa à iure introducta ſunt [35]. Nec puto conſtitu- VI.
enda

1 l.ſi eum,qui. de dona.inter vir. l. iij.§.ſciendum.eo. titu.
2 l.quod vxor.ſ.eod.
3 l.de fructibus.eo.ti. l.fructus.de vſur.
4 l.legitima.ſ. de pact.ſ.in princ. leg.
5 d.l.ſi me in vacuam. verſ. ergo.
6 d.l.ſi vir.ſ.pro don.
7 §.deiicitur.de vi,& vi armata. Alb.c.conſtitutis. de elect.
8 l.pupillus.ſ.tit.j.
9 l.ij. §. ſi à pupillo. l. pro empt.l.poſſeſsionem.ſ. eod.
10 l.clàm.in fi.
11 l.ij.vti poſſ.
12 Iaſ.v.not.
13 l. emptor. vbi Bartolus. de aqua plu.
14 l.doli.§.diuerſum.ff no-uat.
15 Rom.& Raf.l.qui mihi. de dona.
16 c.imperialem.§.callidis. de prohi.feud.alie. vbi Bal. & doct.
17 l.ſi donatione.C.de col.
18 l.j.C.de ſuffrag.vbi Bal.
19 l. poſt contractum. de dona.
20 arg.l.iubemus.in fin.C. de ſacro ſanct.eccle.Bar.hîc & c.quod in dubiis.de renunt.vbi Bal.
21 Rota in antiq. deciſio. cccccxxiiij. in nouiſ. iiij. de reſt.ſpol.Rom.ccccxcix.
22 c.fi.vt lit.pen.in verſicu. vbi Gem.
23 l.à diuo.§.ſi ſuper.de re iud.ſ.
24 Abb. c. quia clerici. de iur.patro. Deci.c.cũ ſit Romana.de appel.
25 d.§.ſi ſuper.vbi Bar.Bal. d.§. callidis.in princip.
26 Inn.c.qui V.de iud.in fi.
27 Rub.extra.de ca.poſſeſ. Alex.conſi.lxxxij.ij.
28 l.fi.c.ſi per vim. Felin.c. fi.de præſumpt. Socin. cõſil. xiij.iiij.
29 l.j. §.neceſſariò. ſi mul. ven.no.vbi Bar.
30 l.ij.C.de litig.
31 gl. l. creditor.in princi. mand.Peruſ.c.ex ratione.de appell.
32 Rot.deciſ.lvj. in nouiſſ. Hipp.not.cxcv.
33 l.is,cui bonis.ſ.de verb. obli.vbi Aret.
34 d.l.iubemus.in fin.C.de ſacroſan.eccleſ. verb.vendicari.
35 d.l. pupillus.d.§.ſi à pupillo.



endam eſſe differentiam,an lex ſimpliciter vetet alienationem,an verò prohibeat non ſo-
lum rem alienari ſed etiam aliquem obligari dummodo animum poſsidere deſinendi ha-
beat [1],vtroque enim caſu non impedietur tranſlatio poſſeſsionis [2]: quia ( vt hîc dicitur )
facti eſt,nec à iure ciuili impediri poteſt quicquid hîc Alexan.tradiderit [3],erit tamen ineffi-
cax & iniuſta,vt Pont.hîc ait,& ſuprà retuli:ideóque præſcriptioni cauſam non præſtabit,
vt Aret.hîc ſcribit [4],licet quandoque propter bonam fidem emptoris ſufficiat acquiſitioni
fructuum.Vnde ſi ſtatim prohibeat rem peregrino alienari, transferetur tamen poſſeſsio.
quæ licet effectus ciuiles non habeat,attamen fructus acquiret emptor, ſi bonæ fidei ſit [5].
VII. Sanè certiſsimũ,eſt,quod Alex.ait,quoties cauſa tranſlationis coniuncta eſt contractui,
eo expreſsim reprobato,tranſlationi quoque poſſeſsionis locum nõ eſſe [6],vnde ex contra-
ctu conductionis nullo non transfertur poſſeſsio aliqua.Quod intelligendum,ſi cõtractus
expræſsim eſt nullus.Quòd ſi in ſpecie valet,ſecus eſt.vnde,qui ſcienter rẽ ſuam quaſi alie-
nam conducit,amittit poſſeſsionem.quod Accurſius,Alexandérque aduerſus Bartolũ cen
ſuit.& verius videtur: quia verbis legis conſentaneum [7].Item intelligendum,niſi de facto
poſſeſsio ſit tranſlata,vt cùm à poſſeſſore bonæ fidei dominus conducit.priuat enim loca-
VIII. torem poſſeſsione,vſucapionémque impedit [8]. Cæterum ſupradictæ concluſioni conſe-
quens eſt,vt quoties poſſeſsio non actu naturali, ſed ciuili duntaxat transfertur reproba-
8 to † contractu,nunquam transferatur poſſeſsio: quia non de re facti tractatur, quã lex in-
firmare nequeat,ſed de actu iuris [9] vnde ſequitur,vt clauſula cõſtituti tali in cõtractu nihil
operetur,ſicut nec tunc operatur,cùm contractui deeſt cauſa [10]. etenim contractus non va
let: hincque generaliter traditum eſt,quoties contractus principalis non valet,nec clauſu
lam quidem conſtituti tanquam ei acceſſoriam vllius eſſe momẽti [11],quod pluribus exem-
I. plis Alexand.& Iaſ.hîc docent [12]. Verum eſt,niſi contractus † ſemel valuit,quãuis enim
9 deinde infirmatur,trãſlatio poſſeſsionis ex conſtituto facta non mutabitur [13].quod Bald.
II. tradidit. Item verũ,niſi ex aliqua cauſa ſuperueniente lex contractum,vel conſtitutum
confirmet,vt cùm maritus donator præmortuus eſt vxori,& in eadem voluntate deceſsit,
III. conſtitutum tanquam vim traditionis habuerit confirmabit donationẽ [14]. Item verum
niſi ex ſeparata cauſa conſtitutum adiectũ æquè principaliter ſit,vnde & confeſsio in con-
tractu nullo ipſa non eſt nulla:quia principaliter cenſetur adiecta [15], qua in re ad veriſimi-
IIII. lem mentem contrahentiũ plurimùm adtẽdendum erit,quod alibi docui [16]. Quid ergo
ſi contractus non ſit reprobatus,ſed tamen pœnam inducatur,vt cùm emphyteuta vendẽs
irrequiſito domino conſtituit ſe poſsidere?& fuêre qui incidere in pœnam caduci eum di-
cerent tanquam poſſeſsionem ex clauſula conſtituti tranſtulerit [17],alij plus adtendendam
poſſeſsionem facti cui adhuc incumbit exiſtimarunt [18],vt euitetur pœna [19], qua de re ali-
V. bi [20]. Sed an emphyteuta poſsit transferre † poſſeſsionem nudam in alium inconſulto
10 domino?& videretur poſſe: quia ( vt hîc dicitur ) prohibitio alienationis nõ impedit, quin
poſſeſsio transferatur,qua ratione ſi ſtatutum prohibeat alienigenis quicquam alienari,
plerique hîc cenſuerunt [21],non impediri poſſeſsionis tranſlationem [22].Sed hæc parum me
mouent,nõ impeditur enim poſſeſsionis tranſlatio:quia ( vt hîc dicitur )res facti infirmari
nullo iure ciuili poteſt,non autem quin mens legiſlatoris etiam eã prohibeat,ideóque nul-
los effectus ciuiles habet talis poſſeſsio [23]. Fortiùs vrget quod fructuarius naturaliter poſ-
VI. ſidere videtur [24],& tamen licet emphyteutæ nõ ſolum alienare fructus etiã in longiſsimũ
tempus abſque domini conſenſu [25],ſed etiã fructuariũ in re emphyteutica conſtituere [26].
Sic & creditor rem pignori datam * dicitur poſsidere [27],& tamen non prohibetur em-
11 phyteuta meliorationes ſuas pignorare [28]. Vnde conſequens eſt, vt ſi poſsit emphyteuta
12 vendere poſſeſsionem meliorationum * ſuarum reſeruato ſibi vtili dominio, quod Bald.
cenſuit [29],transferre verò ius reale non poteſt [30],vnde alium emphyteutãnon conſtituunt:
quia empyeteuta vtile tantùm dominium habet [31]:hincq; nec ad longiſsimum tempus lo-
care poteſt [32],quia tali contractu vtile ius in rẽ tranſit [33] niſi expreſsim agat,ne tale ius trãſ-
IX. eat [34]. Enimuerò ſupereſt,vt videamus qđ de poſſeſsione dicitur,an & in dominio locũ
13 habeat,id eſt nunquid ex contractu inutili transferatur † dominium,& conſtituendum pro
regula eſt non transferri [35], ſi tamen contractus ſit inutilis,quia lex illi repugnet:alias verò
transferretur: dum tamen contractus de ſe teneat,ſiue nõ ſit rectè ſecundum mentem con-
14 trahentium conceptus [36],ſiue † quia error facti interueniat [37],ſiue ex cauſa nõ vera,neque
perfecta celebratus [38], ſiue per dolũ initus ſit neque enim dolus ipſo iure tranſlationem do
minij impedit [39]: quia formula Aquilij,iudicium( inquit )dabo [40], quæ verba futurum re-
ſpiciunt,dominij tranſlationem nõ impediunt,ſiue ante euentum conditionis traditio ſit
facta [41], quod non ſolum in re corporali locum habet, ſed etiam in iuribus ſeu ſeruituti-
bus [42],ídque etiam ſi qui conſtituit ſeruitutem,putet purè ſe debere:cũ conditionalis dun-
taxat debitor eſſet,hic enim error non impedit iuris trãſlationem [43].Nam ( vt ait Accur. )
etiam ignorans conſtitutionem transfert,etiam pendente conditione:Sed quid,ſi tradens
non eſſet

1 d.l.poſſeſſ. pupillũ.ſ.eod.
2 Angelus d.l.is cui.
3 d.l.ſi eum.
4 glo.l.magis. §.j.de rebus eorum.
5 glo.l.ij.C.ſi quis ign.rem min. vbi Bal. Alex. Iaſ. hic.
6 l.ſi quis ante.ad fin.ſ.eod.
7 d.l.ſi aliquam rem.ij.reſponſo.
8 d.l.ei à quo.ſ.tit.j. Barto. l.ſi rem aliquam.in ij.mẽb.
9 Ang.Caſtr.Mod.
10 Bar.d.l. quod meo. Bal. c.ij.de feud.
11 l.fi.ſ.de conſt.pecun.Bal. l.ex teſtamento.C.de fideic. vbi Iaſ.
12 arg. glo.l.ſi patronus.§. patronum.verb.filiũ.ſi quid in fraud.patr.
13 l.iij.§.fi.l.ab emptore.de pact.vbi Bal.Aret.Clau.hîc.
14 arg.gl.l.ij.C. de dot.ca. non nu.Pau.de Caſtr. hic.
15 l.ſi ita ſti.§.chryſogon. de verb.vbi Iaſ.l.ſi fideiuſſ. de leg.j.
16 l.j.§.ſed ſi mihi. eo. tit.
17 Iaſ.l.fin.C.de iure emp. Butri.conſi.xxxiiij.
18 l.ſicut. §. ſuperuacuum. quib.mod.pig.ſolu.
19 ar.l.fi.C.de iis qui ven. & gl.l.j.§.ſi rem.depoſ.
20 Guid.Pap. q. xlvj. cclxiiij. Alex.clxxiij.in ij.
21 Rom. Alex.Iaſ.Claud.
22 Bal.l.ij.de iur. om. iud. in fi.Soci.d.conſi. xiij. Dec. lvj.Alex.lxxxviij .iij.
23 d.l.ſi eum.
24 d.l.naturaliter.
25 Bar. Alex.l.vſufr.ſo.ma.
26 l.j.§.j.quib.mo.vſ.ami. vbi Bal.Iaſ.ſ.l.iij.§.ex contrario.
27 ſ.e.l.§.per ſeruum.
28 l.lex vectigali. de pign. Iaſ.l.fi.de iur emphy.
29 l.neceſſario.§.fi.de peri. & com.Iaſ.d.l.iij.ij.not.
30 Iaſ.d.l.fi.per tex.l.fi. C. de reb.ali.non alien.
31 d.l.fi.C.de iur.emp.
32 l.penu. §. inſtituto. vbi Bar.de leg.ij. Feli.c.quæ in eccleſiarum.verſic.vj.declaratio.de conſtitutionibus.
33 l.j.in fi.cum ſeq. ſi ager vectig.
34 Bal.Imo.l. ſi domus. in fi.de leg.j.
35 l.non dubium. C. de ll.
36 l.multùm.C.ſi quis alt. vel ſibi.
37 ſ.de cond. ind. toto tit. Bar.l.j.ſ. de off. proc. Cęſa.
38 gl. l.cõtractus.C.de fid. inſtru.
39 l.& eleganter.de dolo.
40 l.j.eo.tit.
41 l.dotis fructus. in fin. de iur.dot.
42 ſeruitutes.ij.in gl.mag. de ſeruit.
43 gl.l.iij.§.j.quẽ.ca.vſuſ.

non eſſet dominus?& non eſt dubitandum ſaltem vſucapiendi * conditionem transferri[1], 15
quod Claud.rectè docuit.Nec me mouet Areti.& Iaſonis auctoritas tanquã lex negat vſu-
capioni eſſe locum quoties conditionalis venditio eſt [2].Reſpondeo hoc verum,cũ actum
eſt,ne prius dominium trãſeat quàm conditio euenerit,vt in emptore,cuius reſpectu[3],nul-
la eſt prorogationis præſumptio [4].ſecus ſi ſit vt in ſponſo,vt alibi pleniùs diſtinguit Iuriſ-
conſultus. Bartol.[5] non pro emptore vſucapi,ſed pro ſuo cenſuit.quæ ſententia ſecundum
ſuprãdicta probabilis eſt.

1 §.ſed iſtę.inſtit.de actio. l.clauibus.de contrah.emp.
2 l.iiij.de in di.ad l.ij. §.ſi ſub.ĵ.pro emp.
3 d.l.dotis.cum l.ſeq.
4 c.iij.C.de rep.hæred.
5 Bart.d.l. contractus.

S V M M AE.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 2 | ☞ §. *Item acquirimus. ſenſus.* | 5 | *Filius patri quærit: in putatiuo contrá.* |
| 3 | *Poſſeſſionẽ inſcio domino non,niſi iuſtã,quærit ſeruus.* | 7 | *Conſentire ſemel ſat eſſe.* |

§.ITEM ACQVIRIMVS. Acquirit ergo nobis etiam * ignorãtibus ſeruus poſ- 1
ſeſsionem in his rebus, quas peculiariter tenet vnde videtur probari in non peculiaribus,
nobis non acquiri [6],quod intelligit Accur.eſſe verum quantum ad vſucapionẽ [7]: dominus
enim ignorans poſſidebit quidem,ſed non vſucapiet.Quam ſententiam Barto.ſequitur,&
non pauci alij.Ego verò probare nõ poſſum:quia non conuenit verbis legum,nec arbitror 2
permiſſum nobis eſſe ,vt tantùm diuinemus. Rectior † ergo erit ſequens ſolutio,dum pe-
culiares res interpretatur Accurſi.omnes , quæ iuſtè acquiruntur,quod & veteres Dinus,
Rainu.Alb.quandoque & Bar.probauerunt [8],& Raph.Beſu.Are.Socin.Iaſónque diſputãt.
Diſtinguendi † ergo ſunt tres caſus.Aut enim in peculiaribus loquimur,& dubium non eſt 3
ignoranti domino acquiri poſſeſsionem,& vſucapiẽdi conditionem,vt hîc probatur [9]:aut
in non peculiaribus,& ſi poſſeſsio ſit iuſtè à ſeruo quæſita idem erit ignorantíque acquire-
tur [10].Videtur enim & id quodãmodo in peculio ſerui eſſe [11],cùm veriſimiliter dominus ſit
conceſſurus,vt iuſtè acquirat [12].vnde ſicut ex generali cõceſsione domini,quæ in cauſa pe-
culiari ſubeſt,ei acquirit ita etiã tacita eius mens ſufficiet [13],tanquã videatur dominus talẽ
rem in peculiũ breui manu pro tradita habuiſſe,quod lex requirit [14],& Are.aduerſus Imol.
hîc docet:dicíque poterit lata ſignificatione & hęc cauſa peculiaris,proderítque huiuſmo
di poſſeſsio etiam vſucapioni [15].Aut loquimur in poſſeſsione iniuſta,& hæc ignoranti non
quæretur [16]:nec enim veriſimile eſt dominũ conſenſurũ,vt quicquam iniuſte ſeruus acqui-
rat [17].Quod ergo lex ait cuiuſcunque rei ſeruus poſſeſsionẽ adeptus fuerit,id nos poſſide-
re videri [18],verum eſt in poſſeſsione iuſta. Iniuſtam enim quatenus corporalis, & facti eſt,
ſibi tenet nobis verò non acquirit:cùm animus noſter non adſit. At dominiũ * ſiue iuſtum 4
ſiue iniuſtum nullo modo in perſona ſerui conſiſtere poteſt:quia iuris incapax eſt ſeruus [19].

AVT FILIVM. Duæ tamẽ differentiæ inter filium & ſeruum hinc referatur.Alte-
ra † quòd filius cùm hoc ægit , vt patri acquirat , vt quia ex cauſa peculiari patri acquirit, 5
quamuis ab alio poſsideatur [20],quod ſecus eſt in ſeruo,qui ſi ab alio poſsideatur,nobis non
quęrit poſſeſsionem [21].quod intelligunt Docto.etiam ſi ſeruus ex cauſa peculiari poſside-
ret [22] : ratio eſt quia filius nobis acquirit iure patriæ poteſtatis,quæ illibata remanet:quam-
uis alius eum poſsideat.At ſeruus acquirit propter dominicam poteſtatem , quæ eius ſerui
poſſeſsione admiſſa ex parte minuitur [23].Altera eſt,quòd per filiũ ſuppoſititiũ , ſeu( vt vo-
cant ) putatiuum nõ quæritur nobis poſſeſsio [24],& tamen per ſeruum putatiuũ ſecus eſt [25].
ratio diuerſitatis eſt ob maiorem ſeruorũ frequentiã,quàm ſuppoſitiorũ [26] .quod Iuriſcon-
ſultus ait,vt meritò nõ ſit quærendus nodus in ſcirpo,vt Iaſon facit,qui ſubiicit per ſeruos
quæri poſſeſsionẽ domino ea ratione,quòd ab eo poſsidentur [27],imò principaliter ratione
dominicæ poteſtatis ei quærunt,vt ſupà dixi,& omnes probant.

QVIA VOLVNTATE NOSTRA. Conſenſus enim à principio in cõceſsio
ne peculij generalis adhibitus videtur ſufficere [28] , vt dein poſſeſsio tanquam ex ſpeciali
mandato accepta cenſeatur [29] , cùm non referat , an quis in ſpecie , an * generaliter con- 6
ſentiat,cùm genus omnes ſpecies ſoleat complecti [30] .Sed quid,ſi lex certam ſolennitatem
requirat,an ſufficiat ſemel generali conſenſu interfuiſſe,an verò ſingulis cauſis ſpecialiter
adhibenda erit?Et puto adtendendum ad rationem legis eſſe:ſi enim conſenſum alicuius
requirat , ne ei præiudicetur ſatis erit ſemel acceſsiſſe vnde lex quæ conſenſum † patris 7
exigit,vt filiusfamilias agere in iudicio poſsit [31] , obſeruata cenſebitur ſi pater ſemel con-
ſentiat pro omnibus cauſis.Quòd ſi conſenſum ideo requirit , vt magis ipſi contrahenti
ſit conſultum , adhuc idem videtur : ſi tamen ſpecialiter actus , qui agitur præuiſus eſt.
vnde ſi minor , vel mulier procuratorem ad alienandum rem certam conſtituat,& agna-
tos ſecundum ſtatuti formam adhibuerit , poterit procurator deinde abſque illis vende-
re. quod Federicus reſpondit [32]. Mandatum enim certum eſt , & veriſimile eſt agnatos
rectè tunc perpendiſſe , mulieríque conſultum voluiſſe. procedítque hæc ſententia , non
ſolùm eius , quod principaliter mandatum eſt ſed omnis ſequelæ reſpectu [33] . Hinc eſt,
quòd

6 l.iij.§.ſaltus.l.peregre.§.quæſitum.ĵ.ea.
7 l.ij.ĵ.tit.ij.
8 Bar.l.quod ſeruus.ĵ.eod.
9 l.qui à ſeruo.in fin.de act. & oblig.
10 d.l.quod ſeruus.l.fi. d.l. qui à ſeruo.
11 glo.rubr.ſ.de pecul.
12 l.non ſolum.de pecul.
13 l.cùm quid.ſi cert.peta.
14 l.non ſtatim.de pecul.
15 l.nunquam.§.ſi ſeruus.ĵ. tit.j.
16 d.l.quod ſeruus.ĵ.eod.
17 l.ſi procurator.de cond. indeb.
18 l.acquiritur.§.j.ſ. tit.j.
19 l.quod adtinet.de reg.iu.
20 l.quicquid.ĵ.eod.
21 ĵ.verſ.ſeq.l.per eũ.ĵ.ea.
22 l.homo liber.in fi.ſ.ti.j.
23 gl.d. l. quicquid. Alex.ĵ. §.veteres.
24 l.per eum.ĵ.eod.
25 verſ.ſeq.ſed & per eum.
26 l.iuſto.ĵ.tit.j.
27 arg.d.verſ.ſed et.
28 d.l.peregre.§.j.
29 l.filiusfa.de do.vbi Bart.
30 l.ſi duo.de admi.tut.in fi.Bal.repet.l.j.de ſac.ſanct. eccle.
31 l.fin.§.neceſsitate.C. de bon.quę libe.vbi Cin.q.iij. Bar.l.tam is.§.j.de donatio. cauſa mortis.q.pen.
32 c.Rodul. de reſcri.c.ſine exceptione. xij.q.
33 l.tutor rerum.& ibi glo. fi.de admit.tut.l.ſi pupillorum.§.j.de reb.eor.



quòd ſi pater filio ſemel conſenſit,vt certa in cauſa ageret,ſatis eſt,nec in ſententiæ execu-
tione conſenſus iterabitur [1].maior eſt difficultas:cùm generaliter mandatũ factum eſt,vt
quia mulier adhibitis agnatis,generalem procuratorẽ ad contrahendũ conſtituit.Et fuêre
qui idem eſſe cenſuerunt,obligaríque per eum mulierem : tametſi contractibus ſpecialiter
celebratis agnati non conſenſerint [2],ſufficere enim primum cõſenſum:idque arg.legis no-
ſtræ & quia ratio ſtatuti volẽtis imbecillitati ſuccurſum eſſe ceſſat:cùm per procuratorem
contrahunt,cui non niſi per expertam fidẽ agnati non auctores fuiſſent.Atque Socin.ita
conſultum ab omnibus Italiæ Doct.fuiſſe [3].Eandem ſententiam Ang.Rap.Put.[4] alia ratio
ne ſecuti ſunt.Aut enim impugnare contractum à procuratore factum volumus , & verba
ſtatuti ceſſant,quod de contractu mulierũ loquitur.hîc proprie loquendo,nõ mulieris con-
tractus,ſed procuratoris eſt [5].Aut de ipſo mandato loquimur,& in eo ſeruata eſt ſtatuti for
ma probabilíſque hæc eſt opinio: vt vbi ſtatutum nõ impedit,iuri communi adhæreamus.
8 Nec multũ facit,quòd agnati nõ poſſunt per * procuratorem conſentire cũ eorum fidei lex
cognitionẽ demandet [6]:quia ipſi per ſe conſenſerunt mandato.quod ſatis eſt, nec enim is,
cui conſenſerunt,eſt procurator ſed mulieris eſt.Nec rurſus mouet quod Accur.cẽſuit non
poſſe fundi alienationẽ per procuratorem minoris à iudice peti [7].id enim vlla lege haud ſa
tis probatur,& plerique diſſenſerũt ſed vt verius ſit nihil prohibet impetratione à iudice fa
cta per procuratorem fundũ diſtrahi ſicut & in caſu noſtro facto legitimã mandato aliena
tio à procuratore facta ſuſtineri debet.Nec etiam vrget,quod Iaſon ait:deberi cognatos in
ſpecie intelligere actum , cui ſint conſenſum adhibituri [8].quia cùm iure communi id mini-
mè neceſſariũ ſit,ſtatutúmque homini ſit exorbitans ſatis eſt, prout ſcriptũ eſt obſeruari,
nec ſpecialis aliqua inſtructio in eo ſubaudienda eſt : cũ veriſimiliter agnati nõ ſint conſen
ſuri niſi quia valde expertã habeant procuratoris probitatẽ,atque prudentiam.Nec mul-
tum etiam me mouet quorũdam cõtradicentiũ auctoritas [9]: quia receptior eſt ſuprãſcripta
ſententia poſséntque illi de fendi ſi verba ſtatuti in obligationibus , mulieris requirerent
conſenſum.tunc enim cũ procurator contrahit,ipſa obligatur merito tunc quoque neceſſa
rius eſſet cõſenſus:aliud enim eſt contrahere , quod procurator facit aliud obligare,quod
verbum etiam propriè mandatori conuenit.

1 glo.l.iij.§. vtrùm.verſic. inuito patre.de minori.vbi Barto.
2 Ange.§.hæres. inſtitu.de oblig.quæ ex quaſi contra.
3 l.ſi quis nec cauſam.ſi cer. peta.
4 l.apud Iulianũ.ex quib. cauſ.in poſſ.
5 l.iij.§.ſi procurator.quod quiſque iu. vbi Alex.l. poſſeſsio.ĵ.eod.
6 Bal.Lud.l.j.C.qui admit. argu.c.is cui.de offi.delega. in vj.
7 glo.l.minorũ.C.de pręd. minor.
8 Bald.d.l. j. Imol.l.ij.§.fi. ſol.matri.
9 Rodulphus.d.c.j.ſiue Iaſ. hîc.

S V M M AE.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 4 | ☞ *Vendicationis cauſa.* | 41 | *Retinendæ agens vendicationi renuntiat:idque variè declarari. 42. 45. 47. 50. 52. 53.* |
| 5 | *§. Æquè. de acti. Inſtit. ſenſus.* | 55 | *L. Si à te. §. ſi quis. de exce. rei iud. explicari.* |
| 7 | *§. Nihil commune. ſenſus. 12. 24. 34. 40. 46. 54. 56.* | 56 | *Petitorium , & poſſeſſorium concurrere , ex cauſis contrá. 58.* |
| 8 | *Confeſſionem ex cauſis non obeſſe.* | 60 | *Electionis regulam conſenſu tolli.* |
| 13 | *Dominij & poſſeſſionis ab effectu differentiæ, & conuenientiæ. 14.* | 61 | *Poſſeſſorium petitorio præiudiciale. ex cauſis contrá. 62. 64. 65.* |
| 15 | *Adtentati remedij effectus.* | 63 | *L. Si conſtiterit .C. fin. reg. ſenſus.* |
| 18 | *Dominij oppoſita.* | 66 | *Concurſum vetitum non, niſi exceptione, tolli.* |
| 19 | *Proprietatem variè accipi. 22.* | 68 | *Contrariæ actiones inuicem præiudiciales.* |
| 25 | *Vendicatio perfecta.* | 69 | *Contraria proponentem ex cauſis audiri.* |
| 26 | *Dotatam dici etiam innuptam.* | 70 | *Poſſeſſorium lite conteſt. admitti ex cauſis diuerſum. 73.* |
| 28 | *Iudiciorum natura.* | 75 | *Lis ex cauſis non conteſtanda.* |
| 29 | *Actoris excludendi modi. 30.* | 76 | *Poſſeſſorium & petitoriũ ſimul, niſi ex cauſis, finiri.* |
| 32 | *L. j. C. ſi per vim. ſenſus. 33.* | | |
| 35 | *Dominium non transfert renuntians.* | | |
| 36 | *Renuntiatione iuris dominium transferri.* | | |

LEX NATVRALITER. §. NIHIL COMMVNE.

1 §.NIHIL COMMVNE. Petitorium * iudicium nõ impedit,quin interdictum re-
tinendæ poſſeſsionis intentari poſsit in aliis interdictis tanta non erat difficultas : quia,qui
agit adipiſcendæ poſſeſsionis cauſa aduerſarium poſſeſſorẽ fatetur,ſicut & qui recuperan-
dæ experitur meritò rei vendicatio nihil obſtabit [10] quæ & ipſa poſſeſsionem apud reum
eſſe indicat,& poſsidẽti non datur [11].ſed in interdicto retinendæ aliud eſt,qui enim eo expe
ritur,poſsidere ſe cõtendit [12],qui rei vendicatione agit,apud aduerſariũ poſſeſsionem eſſe
2 fatetur:ergo non fuit audiendus ceu * cõtraria allegans [13] .ſed tamen aliud Iurecõſulto vi-
ſum eſt ea ratione,quòd huiuſmodi cauſæ ſeparatã naturã habeãt [14]:& ideo altera per alte
ram nõ impeditur.Nec obſtat,quod intendendo vendicationẽ videatur actor fateri ſe non
poſsidere:quia intelligunt Doct.tex.noſtrum procedere,cũ hæc confeſsio non ſubeſt,quod
multis caſibus contingit,vt ſi ego quidem poſsideam reus verò detineat : etenim aduerſus
3 detinentem datur rei * vẽdicatio [15],videtúrque actor petitione ſua fateri nõ quidem reum
poſsidere ſed detinere [16]:cùm id ſufficiat ſuſtinẽdo libellũ [17].Idẽ quoq; contingit,ſi ego ciui
liter poſsideã reus verò naturaliter [18] adfirmémq; propter rei naturalẽ poſſeſsionẽ meã ci-
uilẽ turbari [19]:vel è cõtrario,ſi ego naturaliter poſsideã reus ciuiliter,vẽdicaréq; eã ciuilem
velim

10 l.j.§.quia autẽ.ĵ.quor. leg.l.cùm fundum.in fi. de vi,& vi arm.c.paſtoralis.de cauſ. poſſeſ.
11 l.j.C.de alien.iud.mut.§. æquæ.in fi.inſtit.de act.
12 §.retinendę.inſtit.de interdict.
13 l.j.C.de furt.
14 l.& an eadem.in fi.ĵ.de except.rei iudic.
15 l.officium.de rei vend.
16 l.ſi quis intentione.de iu dic.
17 l.non ſolet.de reg.iur.
18 d.l.clàm.in fi.d.l.officiũ. in fi.
19 Bar.l.j.§.interdictum.in fi.vti poſsid.

velim [1].Sed & ſi quis velit,quãuis poſsideat actoris partes ſuſtinere,probationéſque domi
nij ipſe inferre poteſt rei vendicationem intẽdere,túncque ea poſsidenti dabitur [2]. Quod
& in duplicibus iudiciis ex veterum ſententia probatũ eſt [3] .In vendicatione quoque abu-
ſiua rerum incorporalium quæ per cõfeſſoriam fit,dubium non eſt autori ſaluum ius poſ-
ſeſsionis eſſe cum ea actio poſsidenti detur [4],ſed etſi poſt cœptum vendicationis iudicium
poſſeſsio ad me peruenerit in qua à reo turber,non eſt dubium mihi licere interdicto vti [5],
iiſque caſibus abſque difficultate lex noſtra procedit:Sed tamen negari non poteſt notabi-
liter eam reſtringi,ſi generalem hãc ſententiam ita coarctemus. Raphael Pontanus Iaſon
in dubio faciendam interpretationem aiunt, vt diuerſis reſpectibus intentata videantur
hæc remedia [6].ideóque ſuſtineatur vtraque intentio.Vendicatione agimus,vt † nos domi- 4
nos eſſe principaliter declaretur [7]: interdicto,vt reus ab omni inquietatione deſiſtat poſsi-
deréque nos ſinat [8]. Quod ſi quis non inquietetur, interdictum non competit: quia lex ait
poſsidenti vltro actionẽ non dari [9], intellige vltro( vt aliqui codices habent)qui ſuæ ſpon-
tis eſt,& à nemine turbatur quæ Rapha.ſententia minùs quidem ſed & ipſa tamen reſtrin-
git legem.Fortè defendi poſſet,quoties quis poſſeſſorem turbat perinde in eum agi atque ſi
detentator eſſet,vtque poſſeſsio ſatis eſt interdicto,ea & vendicationi ſufficiat,quæ vide-
tur mihi fuiſſe Pegaſi ſententia [10].Et quod lex ait,poſsidenti † vendicationem non compe 5
tere [11], intelligatur niſi turbetur quo caſu turbans pro detẽtatore,nõ pro poſſeſſore eſt.quia
agens petitorio nõ videtur eum effeciſſe poſſeſſorem:cùm non eo animo adierit iudicem,
vt poſſeſsionem perdat [12],aut deteriorem conditionẽ ſuam faciat [13],ſed duntaxat eum de-
tentorem appellaſſe:cùm id ſolùm ſuſtinendo iudicio ſufficiat [14].Sícque petitio actoris,ſe-
cundum eius mẽtem accipiatur [15] vt quàm minimum fieri potuit,de iure ſuo deceſsiſſe vi-
deatur.Ego rationi,quam iuriſconſultus hîc adducit,adhærendũ cenſeo,arbitrórque hanc
confeſsionem ex petitorio reſultantem præiudicium nullum in poſſeſſorio ceu in re diuer-
ſa facere [16].Quod ergo * vulgò dicitur allegantem contraria non eſſe audiendum [17], non 6
procedit,cùm quis hoc faceret in diuerſis cauſis, & diuerſis rebus, quæ nihil commune ha-
berent, vt hîc dicitur: vt quod reo in eadem re permittitur, vt ſcilicet, contrariis defenſio-
nibus vti poſsit [18], eatenus actori concedatur, vt in rebus diuerſis, & diuerſis inſtantiis tol-
leretur [19].Sícque legem noſtram ſimpliciter intelligemus,quod & aliqui veteres fecerunt,
vt Pet.Cin.aliíque Tranſalpini [20].Certiórque eſt hæc interpretatio,etiam ex aliquorũ † no 7
ſtratium ſententia,quoties reus in iudicio petitorio negaſſet ſe poſsidere:nec ei confeſsioni
acquieuiſſet,vt meritò ex ea adiuuari non poſsit [21].Item quoties rẽ vendicans non petiiſſet
rem † ſibi per reum reſtitui,ſed ſimpliciter ſe dominũ declarari [22].nec enim tũc vlla ſubeſt 8
repugnantia,quod Caſtr.prodidit [23].Item quoties confeſsio non expreſsis verbis,ſed taci-
tè ex quadam conſequentia inducta eſſet, tunc enim ad inſtantiam illius cauſæ duntaxat
trahitur, quatenus iudicium ſuſtineatur, vltrà non operatur [24]. ídque & Gulielmus cen-
ſuit [25] ſicque adparet ſuprà ſcripto intellectui regulam contrarietatis non obſtare.Nec me
mouet ordo iudiciorum, qui prius poſſeſsionis iudicium fieri expoſtulat [26], quia is ordo
conſilij, non autem neceſsitatis eſt [27]. potéſtque fauori ſuo actor * renuntiare, ſi velit [28]. 9
inductus enim eſt is ordo cauſa poſſeſſorem exonerandi,ne dominium probare neceſſe ha
beat [29]. quòd ſi ſponte ipſe hoc agere velit, actoríſque partes ſuſtinere, vtique poterit: da-
bitúrque tunc poſsidenti vindicatio [30]. Nam eſt Din. Oldr. Alb. veterúmque ſentẽtia [31],
vnico tantùm caſu ei ordini in poſſeſſorio retinendæ locum eſſe, cùm, ſcilicet, vterq; tam
actor,quàm reus, non ſolùm poſsidere, ſed & detinere ſe contendit. qua de re infrà. Sed &
regula, quæ ad duplicitatẽ pertinet [32], nihil obſtat, & ab ipſo Bar. infrà confutata fuit [33].
nec enim circa eãdem rem, eundémque effectum verſantur hæ actiones [34]. Regula verò
electionis [35] nihil prorſus ad propoſitum facit. electio enim inter plura iura locum habet [36],
quorum altero electo, alterum perimitur: at clariſsimum eſt electione poſſeſſorij non pe-
rimi petitorium [37], imò ideo dicitur cauſa momentanea *, quia poteſt per petitorium re- 10
parari. Nec me mouet, quòd ſi tanquam ex teſtamento hæres intentet poſſeſſorium,
non poteſt tanquam ex codicillis intentare petitorium [38]. Reſpondeo, non ideo exclu-
ditur: quia poſſeſſorium intentarit, ſicque ex tacita confeſsione, ſed ex expreſſa, qua
cauſam teſtamenti adprobauit [39]. Vnde poſſet nihilominus ſi vellet ex teſtamento in-
tentare etiam petitorium, cur verò ex codicillis non poſſet, ea eſt ratio, quòd idem actus
non poteſt ex * pugnantibus cauſis approbari: aliàs nec in interdicto adipiſcendæ lo- 11
cus non eſſet cumulationi. de eo enim loquitur ſupràſcripta ratio. & tamen aliud
communiter receptum eſt [40], clarum autem eſt interdictum retinendæ & vendicatio-
nem cauſas repugnantes non habere, ſed diuerſas & à diuerſa origine procedere non
ex eodem actu. Minus obſtat alia regula præiudicij, quod abſolutoria lata in vno pa-
riat exceptionem in alio iudicio [41]. Reſpondeo, hoc non ſufficit: niſi & vice mu-
tua condemnatoria in ſecundo præiudicet, primò, quòd Bartolus tradidit [42]. quod
non eſt

1 l.cuiuſcunque.§.j.de vſuſruct.doc.d.l.j. C.de aliena. iud.
2 §.æquæ. verſi.ſanè.inſtit. de actio. vbi Petr.Bal.Ioan. Fab.Angel.
3 glo.d. verſ. ſanè. Bald.l.ſi de vi.de iudi.ſ.
4 l.etſi fortè.§.ſciendum ſi ſer.vend.l.pe.in fi.ſi vſusfru. petat.
5 glo.in iiij.intellectu.
6 l.ſi quis intentione.ſ. de iudi.
7 l.& ex diuerſo.§.j.de rei vẽd.l.ſi à te. §.j.de ex.rei iu. in iij. intellectu.
8 d.§.retinendæ.
9 d. l. j. §. interdictum.vti poſsid.
10 d.l. officiũ. verſicul.quidam.
11 d.§.æquè. verſi.ſanè. d.§. interdictum.
12 l.de pupillo.§.meminiſſe.de op.no.nunt.
13 l.aliam.de noua.
14 Bart. l. titium.§.altero. de admit.tut.
15 d.l.ſi quis intentione.
16 argu.l.Aurelius.§.fin.de lib.leg.& l.Papinian⁹.§.ſed nec impuberis.ff.de inoffic. teſt.Rot.deciſ.dccclv.quidã.
17 d.l.j.C.de furt.
18 c.nullus.de reg.iur.in vj. d.§.ſed nec impub.
19 l.eum qui.l.contra maiores.C.de inoff.teſt.l.ſi res. C.de ord.cogn.
20 Petr.d.§.æquè.Cin.l.ordinarij.C.de rei vendi.
21 c.ex eo.de reg.iur. in vj. Bald.l.j.C. de confeſsis.
22 l.ſi duo. vbi.gl. & Doct. ff.de iureiur. Doct.l.ſi contendat.de fideic.
23 Caſtr.l.ſi de vi.de iudic.
24 l.qui familiæ.ff.fam.erciſc.qd not.Bart.d.§.altero.
25 Gulielmus.l.j.in fi.C.de inſtit.& ſubſtit.
26 l.ordinarij.C.de rei ven.
27 l.is qui deſtinauit.de rei vendi.
28 l.ſi quis in cõſcribendo. C.de pact.
29 l.incerti.C.de interdict.
30 d.verſi.ſanè.
31 l.ſi duo.vti poſsid.
32 l.nemo ex iis.§.quoties. de reg.iur.
33 Bart.in v.intellectu.
34 l. huiuſmodi.§. qui ſeruum.de leg.j.
35 l. quod in hæredem. §. eligere. de tribut.d.§. quoties.
36 l.cùm illud.quãdo dies leg.ſ.
37 d.l.& an eadem.§.fi.
38 l.fi.cum glo.verb.ex more.C.de codicill.
39 d.l.fi.verb.explanet.
40 d.c.paſtoralis.
41 l.fundum.l.fundi.de except.
42 Bar. d.l.fundum.Alex.ſ. j.combi.



non eſt in caſu noſtro [1],in quo expreſsim conſtat non obſtare talem exceptionem [2]: tan-
quam de re diuerſa agatur:nam & ſemper poſſeſſorium tãquam ſummarium citius eſt ex-
pediendum [3]:vnde ſententia momenti nullum faciet vendicationi præiudicium [4].Sed &
alia regula ſolutionis parum me mouerit, dum, quoties ( inquit ) per poſitionem ſecundæ
actionis actor videtur adſerere ſe habere,quod petebat in prima cẽſetur primo iudicio re-
nuntiari [5].Reſpõdeo hoc ita demũ verũ eſt,ſi reus aſſenſum ſecundæ actioni præſtet [6].nam
& agens retinendæ non videtur adſerere ſe habere, quod primo per vendicationem pete
bat:cùm ea principaliter ageret,vt declaretur dominus [7],in ea enim petebat actor ſe domi
12 num † pronuntiari, & pacificam poſſeſsionem reſtitui, in ſecunda actione neutrum adfir
mat vbi adeſſe:cum enim reus contendat ſe poſsidere, ſatis adparet eum non acquieſcere
confeſsioni actoris, ſed actorem turbare [8]. quamuis etiam ( vt ſupra dixi ) talis confeſsio
non operetur extra inſtantiam primi iudicij [9]: arbitror itaque veriorem hanc ſententiam:
quia apud me plus pollent verba legum,quàm regulæ Doctorum.
13 COMMVNE. Poſſeſsio † ergo,& dominium naturam prorſus ſeparatam habent [10].
Dominiũ enim ius eſt de re ſua diſponendi:Poſſeſsio ſecundum ſui naturã facti eſt [11]: vnde
& ex ſola appræhenſione acquiritur:cùm dominio neceſſarius ſit titulus [12].Poſsétque vna
duntaxat ex cauſa haberi dominium:cùm poſſeſsio ex pluribus quandoque contingat [13].
Sic & ſolo animo illa amittitur:cùm aliud in dominio ſit [14].Et lex, vel teſtatoris iuſſus trãſ-
lationi quidem dominij reſiſtere poteſt, poſſeſsionis verò non poteſt [15]. Alibi quoque dici-
tur,aliam eſſe rei ipſius æſtimationem aliam poſſeſsionis [16].In iudiciis quoque aliter cauſa
poſſeſsionis,aliter cauſa proprietatis tractatur:hęc ordinaria,illa ſummaria eſt [17]:hæc per-
petuam cauſam,illa momentaneam habet [18].Vnde in iudicio poſſeſſorio iure noſtro rece-
ptum eſt,non appellari [19],ſic & minor in eo admittitur abſque curatore [20].Et cùm turbatæ
poſſeſsionis iudicium agitur etiam ſerui in eo eſſe poſſunt [21] .Admittuntur & in tali cauſa
leuiores probationes, adeò vt vel ſemiplenæ ſufficiant [22]. In ſpiritualibus ſacríſque cauſis
poſſe per iudicem ſecularem poſſeſſorium cognoſci traditum eſt cùm aliud in petitorio
conſtet [23].Hinc ſatis apparet lõgè huiuſmodi cauſas diſtare. Quo fit vt quæſtio ſuper poſ-
ſeſsione mota vitium litigioſi reſpectu proprietatis non inducat [24],vt qui procurator meus
cauſam poſſeſsionis tractauit,in petitorio perhibere pro me teſtimonium valeat nec tan-
quam ſuſpectus reiiciatur [25].Hinc,ſi teſtis ſuper articulo poſſeſsionis interrogatus, ſuper
proprietate reſponderit,non cenſebitur rectè reſpondiſſe nec fidem faciet [26].Hinc & teſti-
moniorũ in poſſeſſorio publicatio nihil impedit quin in petitorio alij denuo recipiãtur [27].
Et adteſtationes in cauſa poſſeſsionis receptæ,in petitorio non ſufficiunt [28].Et appræhen-
ſio poſſeſsionis abſque executione ex ſententia in poſſeſſorio lata,nõ poteſt videri in præ-
iudicium pendentis petitorij attentata eſſe [29].Et iudex ad poſſeſſoriũ delegatus,ſuper pro-
prietate cognoſcere nõ poteſt [30]:& ſi qua ſimilia.Non tamẽ eſt omittendũ (quod alibi Bar.
14 tradidit [31] ) quoties eadem ratio ſubeſt †,de iudicio proprietatis ad poſſeſſorium argumen
tari nos poſſe [32].Nam & videmus plerũque ex poſſeſsione præſumi dominium [33] : videmus
& iuregentiũ ab ea cœpiſſe dominiũ [34].Vnde & poſſeſsionis appellatione,quandoque pro-
prietas ipſa accipitur [35]. Videmus & ab altero alterũ quãdoq; ſeparari non poſſe [36],quę & ſi
vera ſint non tamen conſequens eſt, quin in ſubſtantia plurimùm differant nihílq; ( vt hîc
dicitur ) commune (quantum ad ſubſtantiã ſit)habeant.Sanè & in actionibus ipſis poſſeſ-
ſio à proprietate plurimũ differt in petitorio enim iudicio rei vẽdicatio intẽditur [37]:at pro
poſſeſsione triplex eſt in factum actio prodita aut enim cauſa retinendę poſſeſsionis inter-
dicta proponimus,aut adipiſcendæ,aut recuperandæ [38],cui aliud vberius remediũ addide-
runt Pontifices, quòd redintegrandæ vocãt [19]. cui locus eſt etiã aduerſus eũ,qui abſque vi-
tio rem habuerit [40].qua in re etiã cum quibuſdã ex lege condictionibus cõcurrit [41] .Addit
Bald.etiã cauſa cõfirmãdæ poſſeſsionis ad inſtar interdictorũ agi poſſe [42],ídq; etiam ſi ad-
uerſarius nõ contendat ſe poſsidere,vel in iudicio tantũ turbet [43].Pro re quoque mobili re
cuperanda datur detentori officiũ Iudicis [44], creditori verò,qui ius pignoris in re habeat
condictio incerti [45],qua poſſeſsionẽ ipſam tanquã quid incertum ad ſe reuocet [46] .ei autem
qui ius in te nullum habebat,ſed poſsidebat tantũ,condictio tricaria [47],vel ſi qua alia ſimi-
lis [48].Addunt pontificij etiã aliud remediũ ex officio Iudicis proueniẽs,quo eccleſia vel mi-
nor in priſtinum ſtatum reſtituuntur rebus negligentia œconomi,vel curatoris diſsipatis,
quod ſeparatum ab iſtis interdictis eſſe teſtantur [49],cui nõ abſimilis eſt & querimonia, quæ
pro iure perſonali annuo coram iudice proponitur,vt ſi allegem me eſſe in quaſi poſſeſsio
ne exigendi à te ſingulis annnis tot capones,tot perdices,& ſimilia.Hęc enim officio iudi-
15 cis vidẽtur expediri [50].Sed & huc pertinet adtẽtati † remediũ quo ea reſtituũtur,quæ pen-
dente appellatione,ſeu poſt prouocationẽ ſunt innouata [51],ídque citra aliam cauſæ cogni-
tionem [52] .Sed & cùm duo ſe poſsidere contendunt, & neuter vult libellum in reſtituendæ
16 iudicio porrigere,actoríſque partes ſuſtinere,ſubéſtque rixæ timor, locus eſt* poſſeſſorio
quod

1 d.c.paſtoralis.
2 d.l.& an eadem.§.fi.
3 d.c.paſtoralis.
4 l.ſed ſi ante.de excep.vbi Barto.
5 §.fi.Inſtit.de perp.& tẽp.
6 d.c.ex eo.de reg.iu.in vj.
7 d.l.& ex diuerſo.§.j.
8 d.c.ex eo.đ reg.iur.in vj.
9 d.l.q familię.d.l.fi.verb. explanet.
10 l.permiſceri.ſ.eod.
11 l.denique.ex quibus cauſis maiores.
12 l.nunquam.ſ.tit.j.
13 l.iij.§.ex pluribus.ſ. eo.
14 l.ſi quis vi.§.differentia. ſ.eo.
15 l.j.§.ſi vir.ſ.eo.
16 l.ſi duo.in fi.vti poſsid.
17 l.ii.in fin.C.vbi in rem act.& ibi Bart.
18 l.j.in fi.de aqu.quo.
19 l.j.C.ſi de mon.poſ.
20 l.fi.C.qui leg.perſ.
21 l.j.C.ſi per vim.
22 Bar.l.j.C.quo.bon.
23 gl.& Docto.c.literas.de iura.cal.
24 c.j.de cõfirmatione vtil. vbi Dec.
25 Bur.& Felin.c.cùm à nobis.de teſtib.
26 glo.C.de teſtibus.extra. de teſtib.
27 c. veniens.ij. vbi Felin. de teſt.Rot.dec. cccccxxxvij. in nouis.
28 c.pręſentata.de teſt.vbi Doct.
29 Rot. deci. ccccij.in nouis.
30 l.pe.C.ſi à non compe. iud.l.nulli.
31 l.ſi prius.ſ.de no.op.nũc.
32 c.cauſam de præſcrip.
33 Bar.l. quidam.de condi. inſtit.
34 ſ.eo.l.j.in princ.l.traditionibus.C.de pact.
35 l.interdũ.de verb.ſigni.
36 l.per procuratorẽ.ſ.eo.
37 §.j.inſtit.de act.
38 §.ſequens.inſtit.de interdict.
39 iij.q.j.c.redintegrãda.
40 l.rẽ quæ nobis.vbi Bar. ſ.eod.
41 c.ſæpe.de reſtit.ſpol.
42 Bald.c.fi.de proh.feud. al.ij.per totũ.
43 Alex.l.ſi finita.de dam. infect.
44 glo.l.& nõ tamen.verb. facile.de petit.hæred.
45 l.& ideo.§.Neratius.
46 l.indebiti.§.ſed ſi nũmi. de condi.indeb.
47 l.ij.ſ.de cond.tritic.
48 l.ſi coloni.de agr.& cẽſ.
49 c.accedens.j.vt lit.
50 c.querelã.extra de elec.
51 c.non ſolum.de appella. in vj.
52 l.nil nou. appell.pend.

quod ſummariiſsimum conſtat[1].qua de re extat diffuſum Pauli Caſtr.reſponſum[2].Illud
quoque adiiciendum videtur, quod aliqui tradiderunt legatario aduerſus hæredem offi-
cium Iudicis præſto eſſe debere,quo ad ſimilitudinẽ vt interdicti adipiſcendæ poſſeſsionis
rei legatæ poſſeſsionem is conſequatur,exceptionibus,quę altiorem indaginem requirun-
tur reiectis [3].quæ ſententia ſub eo iudice probabilis eſt qui ſola facti veritate adtenta,pro-
cedere poſsit[4],alias enim cõſtat remedio poſſeſſorio ſucceſſoribus particularibus nõ con-
ſuli[5]:habent & plerique conſuetudine cautum, vt poſſeſsio defuncti in hæredem continue-
tur quo caſu remediũ * continuandæ oritur[6],diſtántque hæc remedia,à petitorio: imò co- 17
rum vtilitas in hoc conſiſtit, quod quæſtionem dominij tanquam altiore diſcuſsione indi-
gentem in aliud iudicium reſeruant poſſeſsionémque interim actori decernunt,expedi-
túrque id officio iudicis quod remedium prorſus extraordinarium eſt,vt meritò Iuſtinia-
nus triplicem duntaxat interdictorum ſpeciem diſtinxerit[7], ad ea ſolum adtendens, quæ
actionem in factum obtinent.

PROPRIETAS. Sic res ipſa † appellatur,quam iure proprio ideſt,perpetuo obti- 18
nemus[8] opponitúrque poſſeſsioni,cuius cauſa non perpetua,ſed momentanea eſt[9].Oppo
nitur & vſufructui: cuius ea eſt natura,vt quandoque finiatur,& ad dominum redeat[10],
hæcque potiſsima huius vocis ſignificatio † eſt,ſumitur & quandoque non pro re ipſa, ſed 19
pro iure perpetuo, quod in ipſa re habemus[11], quo ſenſu id ſignificat quod dominium[12].
Vnde ſicut quaſi dominiũ rerum incorporalium habemus,ita & quaſi proprietatem habe-
re dicimur[13].Qua ratione & emphyteuta * qui vtile dominiũ duntaxat habet,intelligitur 20
quaſi proprietatem habere,etenim ius emphyteutæ perpetuũ eſt[14]:ſuſtineretúrque libel-
lus,quo proprietatem ſuam peteret,vt Alex.aliíque recentiores ſic tradiderunt[15].in libellis
enim *conſtat verba latiùs ſecundum actoris mentem accipi[16].Nam & proprietatis † ap- 21
pellatione,ſimplex poſſeſsio continetur:dum tamen cauſam perpetuam habeat[17],quę lex 22
expreſsim ait penes emphyteutam poſſeſsionis proprietatem eſſe[18].Receptum quæ hinc
eſt,vt ſi mandato principis ſcriptum ſit alienata in ius, & proprietatem eccleſiæ reuocari,
etiam quæ ratione poſſeſsionis dũtaxat,alienata ſunt,reuocantur[19].Nec dubito,quin hæc
ſententia vera ſit,quamuis alibi Bald.quẽ Iaſ.refert,huiuſmodi libellum ſuſtineri neget[20].
cuius ſententia eo tantùm caſu defendi poſſet,quo perſtitiſſet actor in iuris directi petitio-
ne[21],nec requiſitus intẽtionem ſuam declaraſſet,potuerítque ideo reus probabiliter incer-
tus eſſe,quid ageret[22].Sed quid in vſufructuario?an ſi in libello petierit proprietatem pote-
rit obtinere.Et ſi verba ambigua ſint poſsítque ex aliquibus ſignis per ſubauditionem in-
telligi,quod petierit proprietatem ad fruendum ſatis poterit defendi[23],aliàs obtinere non
poterit.quod Aret.hîc docet[24].Maior eſt dubitatio,cùm ſe dominum dixerit, aut petierit
declarari dominium ad ſe pertinere, & ſi verba ad dominium iuris vtendi fruendi referri
poſſunt ſatis credendum eſt libellum ſuſtineri[25].Si verò res clara ſit,vt quia adpareat,non
confeſſoriam,ſed rei vendicationem eum intendiſſe ſecùs eſt[26].Idem ſi dixerit, ſe domi-
nium fundi[27],nec enim commode poſſunt appellatione fundi fructus intelligi,tum quia
appellatio totius,impropriè ad partẽ refertur[28],tũ quia vſufructus formalis, pars dominij
in fundo non eſt,ſed cauſalis tantùm[29],quicquid hîc Socin.commẽtetur,tum quia fructus
pars * fundi ſunt,& proprietario quæruntur niſi quatenus fructuarius eos à ſolo ſeparaue- 23
rit[30].Meritò ergo receptior eſt ſententia,vt hoc caſu obtinere,fructuarius nequeat.quod
ego adeò verũ eſſe ſentio,vt nihil referat,an adiecta ſit illa vulgaris clauſula, omni melio-
ri modo[31] &c.vel illa,Petens ius,& iuſtitiam miniſtrari &c.Nec enim huiuſmodi clauſu-
læ operantur,aut circa ea,quæ repugnantia ſunt[32],aut quæ nullo modo fuerint narrata[33],
aut ad quæ propoſita non competeret[34],qua de re alibi latius.

ET IDEO. Quamuis ergo interim petitorium,potero etiam poſſeſſorio iudicio ex-
periri.quod hîc Iuriſconſultus generaliter tradit.at Doct.verba legis violant,negántque
hoc verum eſſe,niſi quinque ſpeciebus,ſecundum quas legem noſtram reſtringũt.Primus
ergo † intellectus eſt,cùm qui petitorium intentauit in eo ſuccubuit, tunc fatentur poſſe 24
eum,qui ſuccubuit,interdicto retinendæ rurſus agere:nec ei obſtare exceptionem abſolu-
toriæ pro reo cõuento latę.Sed huic ſententiæ obſtat,quòd nullam legẽ adducunt,vnde ea
probetur,nec verbis Iureconſulti hic adiuuatur,quæ manifeſtè loquuntur, cùm cœptũ eſt
vendicationis iudiciũ,non cùm finitum.Et dum infra ſubiicit verbum, vendicauit, quod
eſt præteriti temporis intelligendum eſt,id eſt,vendicationem intendit[35].Poteſt etiam dici
quod quatenus ad ipſum actorem pertinet perfecta eſt rei † vendicatio ſtatim quę ſuam in- 25
tentionem indicauit,licet iudicium peractum non ſit vt in ſimili dicimus,Pater dotauit in
teſtamento filiã.quomodo enim dicitur dotata,quæ nec de matrimonio cogitauit?Sed † re 26
ſpectu ipſius patris dotata dicitur,qui quãtũ ad ipſum pertinebat,actũ perfecit,licet poſteà
expectetur matrimonij tempus[36].Obſtat & regula generalis.non enim videtur eum,qui in
petitorio ſuccubuit ampliùs audiendũ eſſe,cùm ſentẽtia petitorij poſſeſſoriũ abſorbeat[37]:
ideo

1 arg.l.liberis.in fi. verſic. igitur.de lib.cauſ.
2 Caſtr. conſil.iij.in ij.dixi in l.ſi prius.
3 Guid.Pap.q.cccclxxxiij.
4 Bar.l.j.C.vt quæ deſ.adu.
5 l.j.c.coram. de legat.l.j. ſ.ad Trebel.l.fi.C.de edict. di.Adri.toll.
6 l.cùm hæredes.vbi Doct. j.eod.Alex.l.in ſuis.de libe. & poſtu.
7 d.§.ſequens.
8 l.ſi procurator.j. ſ. tit.j.l. iiij.C.de prob.
9 l.j.§.huius.j. vti poſsid.l. fœminæ.§.illud. C.de ſecũ. nupt.
10 l. ſi tibi proprietas. de vſuf. accreſ.l.fi.de vſufr.ear. rer.
11 §.littorum. inſtit. de re. diui.
12 c.j.de cauſ.poſſ.
13 c.fin.extra de iud.l. ij.§. quædam de interdict.in gl.
14 l.j.C.de offi.co.ſac.pal.l. fi.C.de loc.præd. ciui.lib.xj.
15 Alex.l.ſi finita.§.ſi de ve ctigalibus. de dam.infecto. Socin.Herman.hic.
16 l.ſi quis intentione.de iu dici.l. ſed & ſi poſſeſſori.§. item ſi iurauero.de iureiur. vbi Doct.
17 l.iubemus.in fi.C.de ſac. ſan.eccle.
18 l.locorum.C.de om.ag. de ſer.lib.xj.
19 Inno.c. epiſcopi.de re.ec cle.Abb.c j.de reſtit.in inte.
20 Bal.l.ij. de condi.inſtit. Dec.c.exterùm.de iudic.
21 l.ij.C.de bon.poſſ.ſecun. tab.vbi Aret.
22 l.j.ſ.de edend.
23 arg d.l.iubemus.
24 & l.j.in princ.ſ.eod.
25 l.iij.ſi vſuſfruct.pet.l.in venditione.vbi Bart.de bo. auto.iud.poſ.& l.j.C.de vſu, & habit
25 l.habebat.de inſti.Bart. l.minor.ſ.j.de eui.
27 Barto.d.l.in venditione.
28 l. appellatione.de verb. ſigni.
29 l.rectè dicimus.de verb. ſig.Bar.l.qui vſumfructum. de verb.oblig.
30 l.ſi fur. de vſufruct. vbi Bar.l.ſi apes.§.fi.de fur.
31 l.ex ea.§.j.de teſtam.vbi Aret.
32 Alex.conſ.xcvj.ex.in v.
33 Areti. Conſil. xvij.Alex. cxxi.in j.Cor.viij in j.
34 Caſtr.clxv. primò quæri tur.in j.
35 l.cùm fundum.in fin.de vi,& vi arma.
36 Doct.l.j.ſol.matr.
37 c.cùm dilectus.vbi glo. de cauſa poſſeſſ.l j.in fin.de aqua quot.& æſtiua.



27 ideo* enim momenti cauſa hæc dicitur: quia effectus eius temporalis eſt, donec de domi-
nio conſtet,qua in re duplex eſt diſtinctio:prima,cùm ideo actor ſuccubuit:quia nõ potuit,
de dominio probare.ſecunda, quando reus ipſe vltro dominum ſe eſſe probauit. In prima
ſpecie tradidit Bar.conſentiúntque cæteri intellectum legis noſtræ abſque dubio procede-
re:cùm ſi actor excluſus eſt,quia non probauit, non tamen ideo conſequens ſit, vt reus ſit
28 dominus[1].nihil ergo obſtabit,quin poſſeſsionem tueri poſsit[2].Ego hanc naturam † iudicio
rum eſſe arbitror,vt ſi actor poſt legitimas dilationes probare non potuit,reus abſoluatur,
29 & quod ad † actorem pertinet,perinde habeatur ac ſi reus dominus eſſet[3],adeò vt etiam ſu
peruenientibus probationibus referri ei dominij quæſtio amplius nequeat[4]: propter enim
rei iudicatæ auctoritatem (etiam ſi actor ipſe dominus eſſet) cenſetur non eſſe dominus,
ſed reum,qui obtinuit[5],ideóque non caret ſcrupulo hæc Bar.ſententia,tametſi communi-
ter adprobata videatur[6]:niſi verba tamen ſententiæ clara eſſent:quia adteſtaretur Iudex
30 ſe ita iudicare:quia actor nõ probaſſet[7].ſed hæc alibi in ſequẽti † ſpecie,cùm reus obtinuit,
quia ipſe probauit ſe dominum,minùs videtur actor admittendus, vt poſſeſſorio conten-
dat:obſtat enim ei exceptio manifeſta dominij,de quo ſtatim conſtat: cùm res inter ipſos
acta ſit[8].nam ſi in interdicto adipiſcendæ excipere reus poteſt, *Dolo facis,qui petis,quod reſtitu-
rus in continenti es*[9].quantò magis id in interdicto retinendæ dicendum eſt,vt ſi tali exceptio
ne excluditur actor,ne poſſeſsionem totam adipiſcatur, multò magis excludatur à parte,
ideſt,à turbatione, & moleſtia,quam reo infert,quod Paul.Caſt.tradidit,receptiórque hæc
videtur ſententia,atque ita ſenſit Accurſius,Din.& veteres[10],quos Bar.alibi ſequitur[11], li-
cet hîc eorum verba ſubtilitate ſua inuertat.cùm enim hoc interdicto vincat,qui litis con-
teſtatæ tempore poſsidet[12],tali ſententia declaratur reum,& tũc poſſediſſe, & etiam prius
cùm ſcilicet aduerſus eum vendicari res cœpta eſt.Quòd ſi exceptio euidentis dominij eũ
ſummouet, qui interdicto nũtiationis noui operis experitur,vt communiter receptũ eſt[13],
ſi eum quoque excludit,qui recuperandæ iudicium intendat,vt infra videbimus[14], qui ta-
men valde fauorabilem cauſam habẽt,fortius & tunc excludere debet,qui retinendæ poſ-
ſeſsionis cauſa agit,vt hîc Alex.argumentatur.nec huic rationi obſtat,quod actor hîc ſe de
fendat,ne turbetur[15],faciliúſque impediatur noua acquiſitio quàm retentio[16]:quia etiam
reus,qui exceptionem dominij obiicit,ſe defendit,& de retinẽdo agit[17], & licet plus tribua
mus retentioni,quàm acquiſitioni nouiter faciendæ,non tamen ita eſt in acquiſitione reſti
tutoria:cùm reſtitutio propter odium ſpoliatoris legem ſit fauorabilior.Nec me mouet, qđ
ſententia petitorij pręiudicium in poſſeſſorio facere non debeat,tanquam in re diuerſa[18]:
quia poſt rem iudicatam incipit res non eſſe diuerſa:cùm dominium ad ſe trahat poſſeſsio
nem[19],& ſententia præiudicet reſpectu omnium acceſsionum, aut cõnexorum, quæ aliàs
cum ea pugnarent[20].Nec etiam mouet,quòd in interdicto vti poſsidetis prætor ſolùm ad-
probet eas exceptiones,quod non vi,non clàm,nõ precario ab actore reus poſsideat[21].Re-
ſpondeo enim non ideo excludi euidentis dominij exceptionem, quæ poſſeſſorium abſor-
ptũ eſſe declaret[22]. Nec probabilis eſt Alex.hîc diſtinctio,qui Bar.defendi poſſe exiſtimat,
cùm quis ſimpliciter agit, vt aduerſarius à turbatione deſiſtat. Quid enim hoc aliud eſt,
quàm agere,vt declaretur ſe poſsidere,reum non poſsidere, hoc eſt ius inquietandi actorẽ
non habere:nec enim lex verbis imponenda eſt.Et cùm hîc ideo turbet, quia poſsidere ſe
contendat,& conuentus rei vendicatione obtinuerit,nihil refert,an actor ſimpliciter dixe
rit ſe turbari,an adiecerit,per ipſius rei poſſeſsionem minus obſtat aliorum[23],ratio,qui in-
quiunt(niſi Bar.probemus)id abſurdi conſequi,vt videatur licuiſſe reo, qui in cauſa domi-
nij obtinuit, propria auctoritate executionem facere, & poſſeſsionem appræhendere[24].
Reſpondeo ridiculum id eſſe.quam enim hîc poſſeſsionem appræhẽdit:cùm iam antea eã
habuerit,ideóque rei vendicatione conuentus ſit.nam quis ſuam poſſeſsionem continuat
nihil nouare creditur[25].Vnde & alia eorum[26],ratio ſubuertitur, qui aiunt hoc modo con-
ſequens eſſe,vt bonæ fidei poſſeſſor poſſet à domino inquietari:reſpõdeo,æquiſsimum hoc
eſt,ſi is dominus poſſeſſor ſit,& dominium euidentiſsimè confeſtímque oſtendat.Sanè nec
Antonini conſtitutio quicquam vrget,quæ exceptionem dominij non admitti[27]:quia ſpe-
ciali caſu loquitur,quo legiſlator abſenti conſulit,cui poſſeſsio ablata vel pertubata ſit: at
in caſu noſtro reus non alienam perturbaſſe, ſed ſuam defendiſſe videtur. & hæc quidem
vera ſunt,cùm rei iudicatæ auctoritas pro reo eſt:ea enim non ſolùm rem manifeſtam re-
ſpectu dominij facit,ſed etiam reſpectu poſſeſsionis:arguit enim reum poſſediſſe,cùm aliàs
fruſtrà res ab eo vẽdicata fuiſſet[28].Quid ergo,ſi exceptio dominij aliter probetur an ob-
ſtabit agenti poſſeſſorio,& ſi incontinenti non probetur?cõſtat nihil obſtare[29].niſi quate-
nus in pari teſtium cauſa iudex pro eo pronunciat,qui fidem tituli facit[30],quod Bar.hîc do
cuit,& receptiſsimum eſt.hinc reſpõdit Alex.eum,qui de antiquiore poſſeſsione probaue-
rit,illi præferri,qui recentiorem etiam cum titulo oſtenderit[31],dum tamen alleget eum clã
à ſe poſsidere[32].Hinc & Corn.reſpondit[33],hoc interdicto non eſſe admittendam ſimulatio-
nis,aut

1 l.ſed & ſi poſſeſſori. in prin.de iureiur.
2 l.ſi inter.de excep.rei iud.
3 l.Pomponius. §.ſi iuſſu. vbi doct.j.eo.
4 l. ſi quis rem.j. de excep. rei iud.Nicol.Petr. Fulg.l. Iulianus.de cond.inde.
5 l.iij.§.item quæri.de reb. eorum.d.§.ſi iuſſu.vbi Dec. j.eo.
6 Bar.& doct.in l.Iulianus. de cond.inde.
7 d. l. ſed & ſi poſſeſſori.
8 glo.l.ſi de vi.in fi.de iudi.
9 l.dolo facis.j. de doli exc. vbi doct.
10 glo.d.l.ſi de vi.
11 Bar.d.l.ſi coloni.C.de ar. & cenſ.lib.xj.
12 §.hodie.inſtit.de interd.
13 Bar.l.j.in prin. de no.op.
14 c.ſignificaſti.de diuort.c. decimas.de reſtit.ſpol.
15 l.j.§.huius. vti poſsid.
16 l.patre furioſo.de iis,qui ſunt ſui.
17 arg.l.amiciſsimos. §.fi.ſ. de excuſ.tut.
18 arg.l.& an eadem. in fin. de excep.rei iudic.
19 d.l.j.in fi.d.c. cũ dilectus.
20 l.ſin autem.in fi.de nego. geſ.l.qui Romæ.§.fi.de ver. oblig.
21 l.j.in fi.vti poſsi.
22 d.l.j.§.fi.d. c.cũ dilectus.
23 Peruſ.hic.
24 l. meminerint. C.vnde vi.
25 c.j.extra.vt lit.pend.
26 Aret.d.l.ſi de eo.§.fi.
27 l.j.ver.ſed reformato.C.ſi per vim vel al.mo.
28 d.l.j.C.de alien.iud. mut. c.examinata.de iudic.
29 gl.d.l.ſi de vi.in fi. l. ſi de eo.in fi.j.eo.
30 c.licet cauſam. de proba. vbi Doct.Bal. l. qui accuſa- re.C.de edend.
31 Alex.conſi.lxxxix. in v.
32 Bar.d.l.ſi de eo.§.fi.
33 Corn. cõſi.ccxxvij.in iij. viſo.

nis,aut vſurariæ fraudis exceptionem.Sed quid, ſi in continenti de dominio ſe probaturũ
reus offerat?& non admittendum eſſe Bar.cenſuit,cuius ſententiam Aret. receptiorem eſ-
ſe atteſtatur[1],quam etiam Alex.& Socin.aliíque recentiores ſequuntur, quoties actor ſim-
pliciter egit,vt aduerſarius à moleſtia deſiſtat:cùm enim nihil petat,quod reſtituendum ſit
exceptio, *Dolo facis* &c.locum ſibi vendicare non poteſt:quam rationem ſuprà non proba
ui.Maior altercatio eſt,quãdo actor,qui ciuiliter poſsidet aduerſus naturaliter poſsidentẽ
agit,eámque naturalem ſibi reſtitui petit:nam tunc non pauci cenſuerunt hãc dominij ex-
ceptionem admittendam[2],videmus enim pleriſque caſib.idem cenſeri, an res per ſenten-
tiam * notoria ſit, an verò poſsit aliter, ſed confeſtim probari[3]. Ego in hoc quoque caſu 31
non admitti exceptionem dominij arbitror:nam cum agenti interdicto recuperandę non
obſtaret,vt infra videbimus,conſequens eſt,vt nec in hoc interdicto obſtet,quatenus reſti-
tutionem poſſeſsionis reſpicit.Fruſtráque ſe torquet hîc Socin. dum ab hac ratione extri-
care cupit.quæ ſententia certa eſt,cùm aduerſus abſentis defenſorem reus conuentus hoc
obiiceret:Reſcriptum enim† Antonini omnino hanc exceptionem dominij reiicit,quæ & 32
hoc interdicto locum ſibi vendicat[4].ſed quid dicendum,cùm interdicto recuperandæ agi-
tur,an ſentẽtia abſolutoria in petitorio lata qua declaretur reum dominum,obſtabit acto-
ri?& Bart.negat obſtare: quia ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus[5], & quia qua ratione
etiam manifeſto prædoni reſtitutio fieri debet[6],ea & huic facienda eſt,quamuis in petito-
rio iam ſuccubuerit,ne,ſcilicet,delictum ſpoliationis ipſi delinquenti proſit[7],aliàs nec cu-
mulari huiuſmodi remedia poſſent,ſi per petitorium fieret poſſeſsioni præiudicium[8],& ta-
men conſtat fieri id poſſe[9]: niſi dicas ſecundum communem curſum cauſarum non con-
ſueuiſſe reos onus probandi adſumere,& dominium ſuum oſtendere.Cæterùm fuêre non
pauci, qui hac in re ſimpliciter Bar.ſequuti ſunt, quem & ego quibuſdam caſibus ſequor.
Primus,cùm quis abſens ſpoliatus proponitur:aduerſus enim eius defenſorem excipi non
poteſt:quoniam conſtitutio Antonini† hoc videtur expreſsim ſentire[10],ne,ſcilicet,de iure 33
tertij,quod probabiliter ignorat,reſpondere teneatur.Alter cùm poſt ſententiam facta eſt
huiuſmodi deiectio[11],quod Alex.hîc tradit.Tertius,cùm exceptio rei notoriæ non ipſo iu-
re actum infirmat,ſed ſententiam iudicis expectat[12],vt ſi matrimonio obiiciatur adfinitas
expectanda enim tali caſu iudicis eſt ſententia:licet ſecùs ſit,ſi obiiciatur adulterium[13].ob
iectio enim adfinitatis in ſecũdo gradu potuiſſet,à iudice diſpenſari, & ex cauſa negligi[14],
quod in exceptione adulterij non eſt,meritò expectãda fuit ſententia[15].Quartus cùm poſ-
ſeſſorium intenderetur,quod à dominio abſorberi non poſſet,vt ſi creditor, vel qui melio
rationes in re fecit poſſeſsionem iure pignoris ſibi conceſſam ad ſe traheret[16]. Quintus
niſi reus à dominio ſuo cecidiſſet,ídque culpa ſua, vt ſi in Arcadij conſtitutionem incidiſ-
ſet[17]:nec enim agenti recuperandæ obiicere poſſet, *Dolo facis qui petis quod reſtituturus es.* cùm
ille nõ ſit reſtituturus,huiuſmodíque deiectio poſt ſententia facta ſit,quod & Claudius hic
docet[18],Sextus,cùm non conſtat adhuc ſpoliatorem eſſe dominum,licet offerat ſe inconti-
nenti id probaturum,in hoc enim interdicto non admitteretur[19],quamuis aliàs paria ſint,
an conſtet,an incontinenti conſtare poſsit,vt ſupra dixi[20]. enimuero ſaluis ſupraſcriptis
caſibus alij crebriore calculo in diuerſam iuere ſententiam, vt exceptio dominij ex ſentẽ-
tia abſolutoria in petitoria proueniens agẽti recuperandæ obſtet,cùm notoria inter ipſas
partes ſit[21],quæ ſententia & ipſa quibuſdam caſib.certa eſt,& in primis quoties de poſſeſſo
rio,cui cauſa proprietatis coniũgatur,tractemus,ideſt in quo neceſſaria ſit dominij, ſeu ti-
tuli probatio[22].qua ratione beneficiariis præbendis cùm neceſſarius ſit titulus[23], qui iuſtũ
poſſeſsioni colorem tribuat,obſtabit agenti huiuſmodi exceptio[24].ſic & ei qui reſtitutionẽ
liberorum aut coniugis petit,neceſſaria eſt iuris ſui probatio[25].ideóque poſſeſſorium iudi-
cium tali caſu cauſam proprietatis annexam habet[26],vt meritò & hoc caſu agenti ſupra-
ſcripta obſtet exceptio[27],ſi tamẽ ipſo iure proprietas impediatur. Sed & quoties notorium
vitium facti permanentis non ſolum titulo,ſed & poſſeſsioni reſiſtit,exceptioni locus erit,
vt cùm quis petit decimas in aliena parochia[28]:reſiſtit enim lex etiã poſſeſsioni,niſi quate
nus aut priuilegium Pontificis, aut præſcriptio impedimentum ſuſtulerit.Sanè dubium
quoque non eſt poſſe actorem fauori ſuo renuntiare, & quæſtionem deiectionis petitorio
iudicio poſt habere[29]:qua ratione fit, vt communis ſententia aduerſus Barto.defendatur
tanquam ſpoliatus,qui maluit petitorium intendere, & ad ſententiam vſque proſequi.in-
terdicto recuperandæ renuntiaſſe videatur, ſicque hoc caſu limitabitur regula qua tradi-
tum eſt ſpoliatum ante omnia reſtituendum eſſe[30], quæ & plurimis aliis caſibus reſtringi-
tur,quorum aliquos hic Alex.& recentiores attingunt.Corſetus longe plures integro tra-
ctatu.Ego ceu impertinentes omitto.Sed quid rurſus conſtituemus in interdicto adipiſcẽ-
dæ, & receptum eſt abſolutoriam in petitorio latam agenti poſſeſſorio adipiſcendæ non
obſtare[31],niſi reus incontinenti paratus ſit de dominio fidem facere[32], tunc enim obiici
actori poteſt Dolo facis,qui petis,quod incõtinenti reſtituturus es[33].Quid ergo ſi poſſeſsio
tranſlata

1 Aret.d.l.ſi de eo.§.fi.
2 gl.d.l.ſi de vi.Bar.d.l.ſi coloni.Rai.Ang.Im.Paul.d.l.ſi de eo.§.fi.
3 l.fin.vbi Barto.C.ſi ex fal. Alexã.l.iiij.§.condemnatũ.de re iud.Iaſ.l.ait.prætor.in fi.priu.de iureiur.
4 d.l.j.vbi Bar.c.ſi per vim.
5 l.ſi quis ad ſe fundũ. C. ad leg.Iul.de vi.
6 c.in literis.de reſtit.ſpol.
7 l.meritò.de vi & vi ar.
8 l.fundũ.de excep.rei iud.
9 d.l.cùm fundũ.de vi & vi.
10 d.l.j.c.ſi per vim.ver.ſed reformato.
11 l.meminerint.C.vnde vi. c.cum teneamur.de appell.
12 c.porrò.de diuortiis.
13 c.ſignificaſti.eo.tit.
14 c.non debet.de conſang.& aff.Imo.hic.
15 xxxv.quæſt.vj.c.multorũ.
16 Paul.Caſtr.d.l.ſi de eo.§.fin.
17 l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.
18 arg.d.c.cum teneamur.
19 d.l.ſi coloni.vbi Bar.
20 d.l.fi.c.ſi ex fal.vbi Bar.
21 c.veſtra.c.fi.de coha.cle.
22 l.iij.§.hoc aũt.de itin.at.
23 c.j.de reg.iur.in vj.
24 Abb.d.c.in literis.
25 d.l.ij.§.quædã.de interd. l.cum hæredes.§.fi.j.eo.
26 c.ex tranſmiſſa.c.ex parte.de reſtit.ſpol.
27 c.ſignificaſti.de diuort.
28 c.ad decimas.de reſtit.ſpol.in vj.Bal.l.j.in fin.C.de appell.
29 c.j.de reſtit.ſpoliat.Bart.l.j.§.ſed & is cui.de op.no.nunc.
30 d.l.ſi quis ad ſe fundum.
31 l.ij.C.de edict.diui Ad.
32 ar.l.iij.§.cauſæ.de carb.edict.glo.d.l.idem.in fi.
33 d.l.dolo.cum glo.



tranſlata in rei conuenti pœna ſit,& conſtat exceptioni locum non eſſe[1].Quid ſi abſoluto
ria lata ſit,quia actor non probauit,non autem quod reus ipſe dominum ſe oſtẽderit,& ne
que tunc obſtare exceptionem Bar.ſenſit.Ego ſupra diſputaui. Quid ſi is qui petit, habet
ius retinendi,vt quia hæres interdicto quorum legatorum poſſeſsionem retrahat, vt ex le-
ge Falcidia quadrantem ſibi retineat[2]?quid in beneficialibus cauſis,& cùm mixtum id poſ
ſeſſorium ſit,videtur indiſtincte obſtare exceptionem[3],quod hic Bar.ſentit. Pontificiis ta-
men aliter viſum eſt[4]. Cæterum illud quoque ſupereſt diſcutiendum, an è contrario ſen-
tentia in poſſeſſorio lata exceptionem rei iudicatæ in petitorio pariat, & traditum eſt non
parere[5],niſi lata ſit in poſſeſſorio,quod cauſam proprietatis contineat[6],quod Bar.hic tra-
dit,verúmque eſt cùm cauſa proprietatis talis eſt vt plenaria probatione indigeat,ſicuti in
terdictum de itinere reficiendo in quo non ſufficit dominium incidenter deduci, ideóque
ex ſola poſſeſsione præſumi,ſed opus eſt principaliter probari[7],quòd ſi plena cauſæ cogni
tio non requiratur,vt in beneficialibus[8] vel interdicto de itinere vtendo[9],tũc ſecùs eſſet[10]:
nam & videmus,quòd acta ſummarij iudicij ſi plena cauſæ cognitio interuenerit, fidem in
ordinario quoque iudicio faciunt[11],cùm ſecùs ſit,ſi ſummaria duntaxat cognitio fuerit[12].
quod ergo in actis receptum eſt,ad ſententiam quoque producendum eſt[13].qua de re hîc la
tiùs ab aliis traditur, & nos alibi docuimus[14]. Secũdus principalis intellectus eſt. Quod
34 hîc Accurſius† intelligit fuiſſe renuntiatum petitorio,ídque expreſſè, ideóque non prohi-
beri actorem poſſeſſorium retinendæ intẽtare,qui ſenſus plurimùm diuinat:nec enim hîc
vllum renuntiationis eſt verbum, non quadrat, & ductui ſermonis, nec quidem rationi,
quam Iuriſconſultus adduxit: etenim agi poſſet poſſeſſorio ſecundum hunc intellectum:
quia renuntiatum petitorio eſſet,non ex eo,quia nihil commune hæc haberẽt. Addit Bar.
ſi ex renuntiatione petitorij detur exceptio dominij reo, conſequens futurum, vt actor in
poſſeſſorio hoc exceptione dominij notorij excluderetur:ſicque ſentit agenti interdicto re
tinendæ obſtare manifeſtam dominij exceptionem.quod verum eſt,licet ipſemet Bar. ſu-
prà contrarium tradiderit[15],quem ne videatur.contraria incontinenti ſcripſiſſe, ita Soci.
defendit,vt hîc de poſſeſſorio recuperãdæ ſenſerit.Ego poſſe eum intelligi, cùm pares ſint
vtrinque probationes,arbitror[16].Alex.eum de dominio hîc loqui ait,quod actoris volunta
te in reum tranſlatum eſſet.ſecùs,ſi ſententia iudicis.quam differentiam ego non facilè ad
35 mitterem[17].videamus† igitur,an actor dominus,qui petitorio renuntiat,dominium in reũ
transferre cenſeatur?& conſtituendum eſt non cenſeri:quia dominium abſque titulo ido-
36 neo* non transfertur[18]:nam ſimplex renuntiatio litis non videtur ſufficere:qui enim renũ
tiat,id agit,vt ſe excludat,non vt alium includat[19]:meritò non ideo acquiritur verus titu-
lus poſsidenti.nam & renuntiatio vim donationis habet[20],quæ nec præſumitur, nec indu-
cta cenſetur,niſi quatenus vis verborum vrget[21]: quod in caſu noſtro non eſt. & quamuis
is,qui renuntiat, præſumatur plerunque id facere tanquam malam cauſam ſe habere cre-
dat[22]:hæc tamen præſumptio admodùm certa non eſt:quia potuit id facere odio litium[23],
potuit etiam quia exiſtimaret aliam viam ſe breuiorem habere[24],ideo lex hanc renuntia
tionẽ anguſtè interpretatur[25],vt ex ea exceptio facti, vel doli detur reo non vt dominium
transferatur[26]:cùm & poſsit illud eſſe:vt actor quidem malam cauſam habeat:quia domi-
nus non ſit,& tamen reus nec ipſe ſit dominus[27].Procedítque hæc concluſio, etiam ſi ſim-
plex renuntiatio non ſit,ſed in vim tranſactionis facta, quia qui iure tranſactionis renun-
tiat non videtur id agere, vt dominiũ transferat ideóque nec euictionem præſtat[28], ſed
duntaxat à lite recedit[29]:Híncque adparet nihil obſtare,quod aliqui hîc aiunt etiã donato
rem vel hæreditatis venditorem transferre dominium,& tamen nõ teneri de euictione[30]:
37 quia* donationis,& venditionis natura hæc eſt,vt dominium transferatur: at trãſactionis
ſolùm,vt à lite recedatur:quamuis ergo in aliquibus renuntiatio à tranſactione differat[31],
quod tamen ad ſupràſcriptam concluſionem pertinet,ſecùs eſt.Rurſus procedit, etiam ſi
vltra renuntiationem litis promiſerit actor reo habere licere:nec enim ideo cenſetur do-
minium transtuliſſe,ſed ſimpliciter cauiſſe ſe non inquietaturum, controuerſiámque non
moturum[32].ſed & procedit,etiam ſi quis renuntiaſſe proponatur propter aduerſarij poten
tiam litiúmque execrationem[33].non enim ideo videtur rem pro derelicta habere,aut con
cuſſori illi quicquã donaſſe[34].quod aduerſus Aret.recte Soci. cenſuit. Ego maximè hoc ca-
ſu procedere exiſtimo:cùm nõ ſit veriſsimile id actorem egiſſe,vt tali reo quicquam ſui do
naret.Cæterùm & generaliter procedit ſiue reus non poſsideret rem, ſiue poſsideret. nec
enim renuntiatio litis arguit rem ideo fuiſſe dimiſſam, dominiúmque tranſlatum: cùm
38 aliud ſit rem tradere,ſeu dimittere,aliud liti* renũtiare[35]. nam & dimiſsio vim traditionis
tunc ſolùm habet,cùm ab eo fit qui ad tradendum erat obligatus[36], ídque in iis actibus qui
ſui natura tranſlationem dominij requirunt,quod in diſtractibus non eſt,vt alibi Alex.do-
cuit[37]. Sed quid ſi actor dixerit ſe rei vendicationi renuntiare,& tunc fuere, qui crederẽt
dominium cenſeri amiſſum,vt Ange.Pon.Salic.[38].ſed Alex.Aret.Soci.Iaſon contradicunt



1 glo.l.fi.ſ. de rei vend.gl. auth. item poſſeſſor.C. qui pot.in pig.
2 l.j.ver.redigunt.ſ. quorũ leg.vbi Bar.
3 l.ij.§.quædam.de interd.
4 d.c.in literis.vbi Abb.gl. clem.j.de cauſ.poſſeſ. in gl. fina.
5 d.l.& an eadem.§.fi.
6 l.j.§.fi.de aq.quot.gl.d.l. ij.§.quædam.de interd.
7 d.l.iij.§.hoc autem.de itin.actúque.
8 gl.clem.j.in fin.de cauſa poſſeſ.
9 gl.l.j.§.j.verb.viſus.de itine.actúque.
10 l.ſed ſi ante.de exce.rei iud.
11 Feli.c.cauſam j.de teſtib.
12 l.pe.ſ.de iis qui ſunt ſui.in glo.
13 l.antepe.ſ.de manum.
14 l.qui Romæ.§.fi.in v.op.de verb.oblig.
15 j.intellectu.
16 c.licet cauſam.de prob.
17 l.j.C.ſi in cau.iud.
18 l.nunquam nuda.ſ.tit.j.
19 l.ſi te.C.de ing.man.l.ſicut.vbi Bald.& Corn.C.de rep.hær.
20 l.ſi quis delegauerit.de nouat
21 l.ſuus.C.de repud.hære.l.eleganter.§.ſi quis.de condic.ind.vbi Bal.iij.not.& d.l.ſicut.
22 l.iij.C.de fid.inſtrum.c.per tuas.in fi.de ſimonia.
23 l.quia.ad Trebell.
24 l.is,qui deſtinauit.de rei vend.
25 arg.l.ſi quis emptionis.§.j.de præſcr.xxx.ann.
26 glo.l.non ſolùm.§.ſi liberationis.de lib.leg.
27 l.ſi inter.de except.rei iud.
28 l.ſi pro fundo.in fi.C.de tranſact.
29 l.ſi ſuper.in fi.eo.tit.
30 l.Ariſto.in fi.de donat.l. ij.in prin.de hær.vel ac.vẽ.
31 l.ſi maritus.§.ſi negauerit.vbi Bar.de adult.
32 l.ſtipulatio iſta habere.in glo.ſucceſſores.de verb.oblig.l.ſi habere.ſ.de euic.
33 l.iiij.§.non tamen.de ali.iu.mut.
34 ar.l.iij.C.de repud.hære.
35 glo.l.ſiue apud.C.de trãſ.Bal.l.j.C.de bo.mat.
36 glo.§.ſi minus.inſtit.de act.vbi Iaſ.
37 l.nam poſteà.§.ſi petito.vbi Alex.de iureiur.
38 arg.l.oratio.ſ.de ſponſ.l.j.C.de alien.iud.mut.

cùm non ideo ipſa vendicatio reo quæratur,ſed pacti vel doli exceptio tãtum,vt hîc Bart.
ait.Ego puto diſtinguendum,vt ſi non ſolùm renuntiatio vendicationis, ſed etiam ceſsio
in reum poſsidentem fiat incipiat ille tutus eſſe dominio. Nec procedat ſupraſcripta con-
cluſio[1]:quòd ſi reus non poſsideat, ſecùs eſt.nec enim ceſsione actionis transfertur domi-
nium[2]:cùm ceſsionibus dominia non trãſeant,ſed traditionibus[3].Sola ergo erit ſupràſcri-
ptæ concluſioni limitatio, cùm † non ſolum renuntiatio litis facta eſt, ſed etiam adpa- 39
ret id actum,vt ius,quod quis in re habet,transferatur,vt quia ceſsio iurium poſsidenti fa-
cta ſit,vt ſuprà dixi,vel ideò actor renuntiauit,quia litis æſtimationem percepit[4].habetẽ
litis æſtimatio venditionis inſtar,cuius natura eſt transferre dominium[5]. idem ſi actor nõ
ſimpliciter actionẽ,ſed rem pro derelicta habere ſe dicat[6],ſequitur enim vt reus poſsidens
dominium Iuregentium per apprænhenſionem acquirat[7].cùm hoc caſu retentio vim nouę
apprænhenſionis habeat[8].ſed nunquid indiſtinctè quilibet renuntiare liti poteſt? & conſtat
excipi duos caſus,quibus non poteſt.Alter eſt,cùm rei intereſt,vt potius ſentẽtia feratur[9]:
alter eſt,cùm non liti,ſed inſtantiæ duntaxat renuntiare actor vult:non enim poteſt[10].qua
de re alibi.ſed an renuntians liti in expenſis condemnandus ſit,adtingunt hîc Doct. verũ
hæc quæſtio,à legis noſtræ materia aliena eſt:ideo alibi diſputanda[11].Tertius † intellectus 40
eſt non abſimilis ſuperiori,quòd hîc tacitè petitorio renuntiatum fuerit:quoniam qui ven
dicationem intendit,ſi deinde ad interdictum retinendæ† tranſeat,cenſetur vendicationi 41
renuntiaſſe:cùm vendicatio arguat poſſeſsionem penes reum eſſe[12],interdictum verò pe
nes agentem:ne igitur videatur actor ſibi cõtrarius, cenſetur priori iudicio renuntiaſſe[13]
receptáque communiter hæc ſententia eſt,quæ tamen aliquot declarationes habet. Pri- I.
ma,vt tum demum† procedat,cùm reus interdicto conuentus fatetur actorem poſsidere.ſi 42
enim negauerit,ſecùs eſt ne commodum ex eo,quod negauerit ferat[14]:idémque ſecundũ
aliquos,ſi expreſſè quidem non negauerit,ſed contumaciter diſsimulauerit[15],nec fateri vo
luerit[16].Idémque & certius,ſi non ſolùm negauit, ſed etiam de mendacio eſt conuictus[17].
vnde & regulariter traditum eſt,eum,qui* poſitionem ſibi factam negarit, non poſſe ex ea 43
ſe fundare[18].Quid verò,ſi Iudex ipſe ex officio hoc faciat[19].Quid,ſi in teſtimoniis ſe fun-
det,quæ ſuper poſitionibus negatis percepta ſunt? alibi adtingitur[20]? Hinc conſequens
eſt,non videri eum ſibi contrarium* qui aduerſus propriam confeſsionem agit,ſi ea ab ad 44
uerſario fuerit impurgata[21],quod & in actis iudiciariis receptum eſt[22].Idémque in eo, qui
aduerſus appellationem ſuam aliquid feciſſe arguatur[23].quod multò magis procedit,ſi ſen
tentia ſecundum impugnantis intentionem lata ſit[24], & ex iis colligitur ratio cur ſuprà-
ſcripto caſu videatur petitorio renuntiatum,& non poſſeſſorio. Dixiſſet enim aliquis cũ
qui petitorio agit,aduerſarium poſſeſſorem conſtituat:conſequens eſt,vt ampliùs interdi-
cto retinendæ experiri nequeat:cùm ſua ſponte poſſeſsionem amiſerit[25].Sed reſpondetur
cùm reus fateatur poſteriorem actoris intentionem,& eum poſsidere adfirmauerit,potiùs
ſumitur coniectura abrenuntiati petitorij:ideóque ferenda erit in petitorio abſolutoria ab
obſeruatione iudicij, ſeu quia actor habet rem, quam petebat ſibi reſtitui[26], ſeu quia
reus ipſe non poſsidet[27],in poſſeſſorio verò ferri non poterit, quia ſtat ſimul actorẽ poſsi-
dere,& tamen reo ius turbandi competere[28], vel adhuc iudici non liquere,quatenus ra-
tione damnorum condemnandus ſit reus[29]. Secunda declaratio† eſt,vt ſi quis ſciens ſe II.
poſsidere,nihilominus cœperit rem vendicare,non poſsit ampliùs interdicto experiri,tan 45
quam poſſeſsioni renuntiauerit,quæ vel ſolo animo amitti poteſt[30].Addit Bart. rationem,
vt ſicut nuntiatione noui operis verbo facta amittitur poſſeſsio[31], ita & fortiùs per iudicij
petitorij exercitationem,quæ ratio haudquaquam tuta eſt: cùm conſtet nuntiatione per
prętorem facta poſſeſsionem non amitti[32]:at huic magis vendicatio iudicialis æquiparan
da eſt. Vnde Imol.Pon.Iaſ.aliíque recentiores in diuerſam ſententiam tranſiuerunt:quo-
niam † lex noſtra expreſsim dicit, non videri poſſeſsioni renuntiaſſe qui rem vendicauit, 46
violántque eam,qui ignorantiam actoris ſomniant, aut reſtringunt, rationémque à Iuriſ-
conſulto ſubiectam peruertunt,qui reſpectu diuerſæ poſſeſsionis actum interpretantur.Ad
ducitur & alia ratio: nam ſi vendicando quis renuntiaſſe poſſeſsioni cenſeretur, conſe-
quens eſſet, vt indiſtinctè poſſeſſori rei vendicatio competeret, quod tamen falſum eſt[33].
Poſſet defendi Barto.ſententia, cùm priùs intentatum eſſet poſſeſſorium retinendæ aduer
ſus reum, qui ſe poſsidere contendebat, ſi enim deinde petitorio conueniatur, confeſsio
tacita actoris petitorium intendentis cum rei interdicto conuenti exceptione,concordãs
ſibi præiudicaret, vt poſſeſsio renuntiata videatur[34], ſecùs, ſi reus ſe poſsidere non adſe
reret. Sed quid, ſi reus actoris intentioni † non acquieuerit, ſed rem vendicanti obie- III.
cerit dominum eum non eſſe? Et Raph. aliíque recentiores nihilominùs adhuc cenſeri 47
poſſeſsioni renuntiatum arbitrantur:quia faciliùs illa,quam* dominium,amittitur[35]. Ad- 48
dit Alexand. atque Aretin. poſſeſsionem amitti, etiam ſi traditio ſecundum transferentis
intentionem effectum non ſortiatur[36],cùm tamen ſecus ſit in dominio,aliíſque rebus,quæ
iuris

1 l. ſi ſponſalibus. §. j. de iur. dotium.
2 gl. l. planè. ſ. fam. ercif.
3 Bart. l. fi. C. de hæred. vel act. vend.
4 l. j. in fi. pro emp. l. ſi culpa. de rei vend.
5 l. cum manu. in fi. de contrahen. emp.
6 Bar. l. non ſolùm. §. ſi liberationis. de lib. leg.
7 l. j. ſ. eo. in prin.
8 §. interdum. inſtit. de rerum diuiſ.
9 l. vtique. vbi gl. de rei vẽ. l. fallaciter. C. de abolit.
10 auth. qui ſemel. C. quo. & quando.
11 Dec. l. qui in alterius. de reg. iur.
12 d. §. æquè. ver. ſanè. l. j. vti poſſ.
13 arg l. pe. de leg. com.
14 c. ex eo. de reg. iur. in vj.
15 Bal. l. ſicut. in fi. C. de rep. hær. Felin. c. ex tenore. de reſcrip.
16 l. de ætate. §. qui tacuit. de interrog. act. Alex. hic.
17 l. cũ de indebito. de prob.
18 Felin. c. capitulum. de reſcrip. c. cùm olim. de teſtib.
19 Bar. l. poſt legatum. de iis quib. vt indig.
20 Ange. conſi. clij. Alexan. clxxxiij. in v.
21 Bald. l. ſi quis teſtibus. C. de teſtib.
22 gl. c. cum veniſſent. verb. obtulit. de eo qui mittit.
23 Doct. c. gratum. de off. deleg.
24 c. mulieri. de iureiur. gl. auth. item poſſeſſor. qui pot. in pig.
25 arg. d. l. pe.
26 §. fi. inſti. de perp. & tempo. act.
27 l. fi. de rei vend. Feli. c. pe. de excep.
28 Bar. l. j. §. ij. & §. fi. vti poſ.
29 d. l. ſi duo. eo. tit. Bart. ſ. combinat. j.
30 d. l. ſi quis vi. §. differẽtia.
31 l. j. §. in operis. l. de pupillo. §. meminiſſe. de op. no. nunt.
32 d. §. meminiſſe.
33 d. §. æquè. d. l. j. §. perpetuo. vti poſsid. c. examinata. de iudi.
34 arg. l. ſi qui ante. ſ. eo.
35 d. l. ſi quis vi. §. differẽtia.
36 l. quod meo. §. ſi furioſo. ſ. eo.



iuris magis, quàm facti ſunt[1]. At Iaſon contrariæ ſententiæ auctor eſt, quia ſicut quando
priùs intentatum eſt petitorium non cenſetur ei renuntiatum niſi reus agenti interdicto
retinendæ acquieuerit,vt ſuprà Bar.diſtinxit.Idem & hoc caſu dicendum eſt,vt contrario
rum eadem ſit diciplina[2].Ego diſtinguendum arbitror,vt neceſſe ſit reum eatenus acquie-
uiſſe rem vendicanti,vt fateatur actorem non poſsidere, ideóque rectè quãtum ſit ex hoc
capite agere poſſe:ſícque vera ſit Iaſonis ſentẽtia:reſpectu verò alterius capitis,quo actor
dominium ad ſe pertinere ait,nihil neceſſe ſit ei reum acquieſcere ſícque aliorum ſenten-
tia intelligatur.nec enim tunc vlla eſt contrarietas,nec dominium quicquam reſpectu poſ-
49 ſeſsionis infert.Hinc conſequens eſt alia concluſio,vt agens* petitorio non videatur renũ
tiaſſe poſſeſsioni,ſi ignorabat ſe poſsidere, vt quia per alium poſsideret:nec enim ignorãs
videtur renuntiare iuri ſuo[3], probabilis autem eius eſt ignorantia, qui per alium poſside-
bat[4]: & qui per alium poſsidet, ſola renuntiatione poſſeſsionem non amittit,ſed ita demũ
IIII. ſi alius eam apprænhendat[5]. Sed & quoties † conſtaret eum oblitum eſſe,videtur propter
50 obliuionem poſſeſsionem ſemel amiſſam fuiſſe[6],ideóque ampliùs perdi,aut renuntiari nõ
51 poſſe:cùm obliuiſcens* animum poſsidendi non habeat, qui animus huius rei magiſter &
auriga eſt[7].Non facilè autem credendum eſt omnino memoriam exoleuiſſe[8],niſi tempo-
ris diuturnitas acceſſerit[9]:faciliúſque in rebus mobilibus obliuio obrepit, quæ viliùs æſti-
V. mantur,quàm in iis,quæ ſoli ſunt[10],vt aduerſus Bar.hîc receptum eſt. Sanè† aliam decla
52 rationem addit infrà Barto.nempe ante litis conteſtationem non capi præſumptionem re-
nuntiationis[11]:cùm potuerit actor mutare voluntatem[12], non autem iuri ſuo renuntiare.
Ego & illud controuerti poſſe video,vt quod hîc dicitur renuntiatum petitorio cenceri,re
ſpectu duntaxat inſtantiæ intelligatur,tanquam tacitè huiuſmodi renuntiationes vim ſuã
extra illam inſtantiam non porrigant[13].quod & non abſimili caſu Innocen. prodidit[14].ſi
enim contingeret in interdicto ſuccumbere non deberet confeſsio per ſententiam repro-
bata illi eſſe damno[15].quod & ſatis ſentit Barto. dum rei conſenſum requirit. quo caſu vix
VI. eſt,vt ſuccumbere actor poſsit[16]. Sexta eſt declaratio,vt† concluſio procedat, videatúr-
53 que petitorio renuntiatum,ſi conſtet reſpectu eiuſdem poſſeſsionis interdictum retinendæ
propoſitum fuiſſe,ſecùs,ſi reſpectu diuerſarum poſſeſsionum,vt quia vẽdicauerim ãte cor-
poraliter detinente, interdixerim:quia verè & ciuiliter ego poſsiderem,quod infrà[17] vide
bimus.Hinc adparet facilè reddi concluſionem hanc eluſoriam:quia actor ne videatur re
nuntiaſſe,ſemper dicet diuerſarum poſſeſsionum reſpectu ſe egiſſe, cùm ad eum ſuæ inten
tionis declaratio pertineat[18], vt meritò & hic intellectus ſit reiiciendus, qui non ſat qua-
drat verbis, diuinátque quatuor modis ſecundum omnes ſupraſcriptas declarationes.
54 Quartus† intellectus eſt,quòd hîc actor vendicare rem cœperat,cùm,eam non poſsideret,
cuius tamen poſſeſsionem deinde,pendente lite,adeptus eſt, nihil impedit quin eius poſ-
ſeſsionis reſpectu interdicto retinendæ agere poſsit. Hinc adnotandum eſt, licet res poſt
litis conteſtationem ad actorem peruenerit, durare tamen adhuc iudicium,non quidem
reſpectu reſtitutionis rei[19],ſed ratione fructuum[20], & vt ſuper dominio declaretur, adeò
vt re euicta,poſsit reo eſſe conſultum, vt actio propter euictionem ſibi competat.Addunt
Caſtr.Alexand.Iaſónque poſſe actorem, ad quem res peruenit nihilominùs petere,vt de-
55 claretur dominus,quod ex Vlpiani reſponſo pleríque adfirmant[21]. Verùm Vlpianus † lo-
quitur quando res ad reum,lata demum ſententia,peruenit, non autem ante ad actorem,
qui eſt caſus noſter.Adde, quod modicæ vtilitatis erit hæc declaratio. reſpectu enim tertij
nullum præiudicium facit:quia res inter alios acta reſpectu rei non multùm ei nocet:quia
iam à poſſeſsione excidit,& cui rem repetenti opponi dominij exceptio omni modo poſ-
ſet: vnde probabilis eſt opinio Barto,hîc,qui ſimpliciter eum,qui conuentus eſt, hoc caſu
ait reſpectu rei ipſius abſoluendum eſſe, quod maximè procedere aiunt Pontificij, ſi ab-
ſque dolo res apud reum non eſſet, ídque iudici liqueret priuſquã de iure actoris quicquam
conſtaret.nec enim rei abſolutionem differre debet vt interim de iure actoris cognoſcat[22]
quam ſententiam & Pontanus hîc ſequitur, cùm rei vendicatio agenti nullo modo com-
petit, vt quia non ſolùm is,qui conuentus eſt, non poſsidet, ſed nec tertius: verùm ipſe
actor duntaxat, quod & alij tradiderunt[23]. Sed & actor ſciens eum, quem conuenit, non
poſsidere, ſe ipſum, non alium decipit[24], fruſtráque tali iudicio declarari ſe dominum
petit. Addunt Alexan.Imol.& Socin.[25].ſi reus,qui liti ſe obtulit, poſt litem conteſtatam ne-
get ſe poſsidere, ſuper petitorio procedi non poſſe,& conſequenter actorem dominum nõ
eſſe declarandum[26]. quæ ſententia vera eſt quicquid hac in re controuertatur Aretin.ſed
an alio iudicio principaliter poteſt quis hoc petere: & conſtat poſſe[27].ſed hoc iudicium
propriè rei vendicationis non erit quod aliqui docuerunt[28]. Quintus intellectus eſt, hîc
56 amitti poſſeſſorij petitoriíque † concluſum, quando diuerſis reſpectibus intentantur, vt
quia agam vendicatione aduerſus te naturaliter poſsidentem, experiar interdicto, quia
ciuiliter poſsideam[29]. Approbántque hunc communiter doct.reſtringit tamen contextus

1 l. ſi iure. de leg. iij.
2 glo. ſ. in rubr.
3 l. mater decedens. de in off. teſt. l. tres fratres. de pac.
4 l. ſi. pro ſuo.
5 l. peregre. §. quibus. ſ. eo.
6 l. ſi id, quod. ſ. eo.
7 l. iij. §. in amittenda. ſ. eo.
8 l. iij. §. Nerua. ſ. eo. gloſ. l. ſi is, qui. ſ. eo.
9 d. l. peregre. ſ. eo.
10 arg. l. ſi rẽ mobilẽ. ſ. eo.
11 Bar. ſ. in iiij. combin.
12 l. is qui ſe obtulit. de rei vend.
13 l. qui familię. famil. ercif.
14 Inno. c. cum veniſſent. in fi. de teſt. Feli. d. c. capitulũ.
15 d. c. mulieri. glo. d. auth. item poſſeſſor.
16 l. j. infra. de confeſsis.
17 v. intell.
18 l. ſi quis intẽtiõe. de iud.
19 l. ſin autem. §. j. de rei vendic.
20 l. vtique. l. ſi à bonæfid. e. tit. l. ſi ſeruus, iud. ſolui.
21 l. ſi à te. §. ſi quis fundum de except. rei iud. vbi Bart.
22 d. c. examinata. vbi Feli. & c. Rainaldus. in glo. petitis. de teſtamen.
23 Imol. & Felin. d. c. examinata. & c. pe. de except.
24 l. nã & ſi actor. de rei vendicatione. Mateſil. not. cxxxviij.
25 in iiij. combinatione.
26 l. qui petitorio. verb. fruſtrà. de rei vend. l. is, qui ſe obtulit. cum glo. eo tit.
27 argu. l. iij. §. miſſum. de Carb. ed. Dec. c. j. in fi. de cõf. vtili.
28 Guid. Pap. quæſt. ccxix.
29 l. j. §. interdictum. ſ. vti poſſ. l. clàm. §. ſi ſ. eo.

verba, qui ſimpliciter non renuntiari poſſeſſioni ait per vendicationem, nec poſſeſſionẽ
ciuilem à naturali diſtinguit: diuinátque etiam aliquo modo, cùm diuerſos hoſce reſpe-
ctus inducit. Reddit & caſum non abſque dubitatione, cùm non decidat, quid in dubio ſit
cenſendum. Sed & id facit, vt ratio à Iuriſconſulto adducta videatur non concludens: cùm
non ideo admittatur concurſus: quia nihil commune habeant, ſed quia diuerſo reſpectu
hæc remedia intendantur. Rapha. ergo & Put. & Iaſon, aliique recentiores in caſu dubio
hîc loqui Iuriſconſultum interpretantur, vt poſsit vtrunque remedium concurrere tan-
quam diuerſis reſpectibus intentatum videatur, quæ ſententia probabilis eſt, etenim certiſ
ſima eſt iuris regula intentionem ambiguam ſecundum actoris vtilitatem interpretan-
dum eſſe[1]. Ideo ſi dixerit ſe intendere petitorium & poſſeſſorium, fiet interpretatio, vt di-
uerſis reſpectibus videantur intendi, adeò vt ſi vtiliùs ſit actori cum petitorio egiſſe, ad ci-
uilem poſſeſsionem, & interdicto ad naturalem: qui caſus eſt contrarius ſupràſcriptæ po-
ſitioni, adhuc tali declarationi ſtetur quod hîc Alexand. tradit. quam tamen hîc limitat
Bart. niſi coniecturæ vrgerent in contrarium, ideſt (vt Alexand. declarat) ſi ex probationi-
bus adpareat, de qua poſſeſsione in ſpecie ſit actum: ex probationibus enim claris inten-
tio dubia declaratur[2]. Idem, ſi aliter res ſit clara: nec enim in claris locus eſt coniecturis[3],
veluti, ſi à lege ipſa fiat declaratio, ſecundum ſupràſcriptam Raph. ſententiam rurſus limi-
tatur, quando ambiguitas ex eo oritur, quòd multiplex cauſa potuit ſubeſſe: non enim eſt
ſtandum declarationi actoris, per quam vltra vim verborum aduerſarium omnino ſum-
moueat[4], ſed potiùs de ea actum cenſebitur, quæ præcedebat[5]. ſubiicit Barto. & in hærede
actoris limitari, qui non poteſt intentionem auctoris ſui declarare[6]: quoniam ea, quæ meri
facti ſunt, ad hæredes non tranſeunt. quod verum eſt, niſi hæres tunc declararet: cùm nul
lum inde detrimentum reo induceretur[7], quod quomodo fieri poſsit Alexan. & Iaſon hîc
docent: vel etiam ſi damnum aliquod rei eſſet, dum tamen ex veriſimilibus coniecturis
hæc declaratio induceretur[8]. Addunt Socin. & quidam alij, quoties dubitatio ex facto ipſo
oritur, tunc actoris declarationi ſtandum non eſſe[9], quod & Alexand. reſpondit[10]: ſed hu
iuſmodi ego locis ſuis tractanda relinquo[11]. Cæterùm aduerſus ſupràſcriptũ intellectum ar
gumentantur Doct. cùm enim tam interdicto, quàm vendicatione reſtituatur poſſeſsio na
turalis, ſicque eadem ſit vtriuſque iudicij executio, videtur non admittendũ concurſum[12],
ſed reſpondendum eſt, tunc non admitti concurſum: cùm executio principaliter in vno fa
cta in alio liberationem induceret, quod alibi docui[13], ſecus, ſi non principaliter, ſed in quã
dam cõſequentiam idem effectus induceretur[12], vt Put. Iaſon, alij recentiores hîc tradunt,
qui eſt caſus noſter. Petitorium enim principaliter ad declarationem dominij intenditur,
poſſeſsionémque iure dominij abſumit. interdictum turbantem ſimpliciter coërcet, & eo
tantum caſu naturalis reſtitutionem deſiderat, quo naturam interdicti recuperandæ ha-
bet[15]. Addit Bart. poſſeſsionem in vendicatione reſtitui officio Iudicis, quod de nobili intel
ligendum eſt: eò enim omnes executiones fiunt[16]. Quòd verò reus ceſſat à turbatione vi-
detur iure actionis in factum induci, quæ principaliter ex interdicto oritur[17]. Nec tamen
negat Barto. ſi reus obduret militari manu compellendum eſſe, quod officio nobili exer-
cetur[18], difficilius illud defendi poteſt, quod idem ait poſſe iudicem officium ſuum non im-
partiri, executionémque petitorij non facere, quod durum hoc caſu videtur, quo adeò fir-
mum eſt ius actoris, vt etiam actione in factum pro executione iudicati vti poſsit[19]: debet
enim iudex imploranti officium ſuum illud exhibere[20]: aliàs appellari poteſt[21]. Nec quic-
quam facit, quod pars habeat aliud remedium, nempe interdictum retinendæ, ad cuius
exercitationem tranſiit: quia non ideo impediri debet auxilium executiuum, quod ſecun
dum communem curſum cauſarum citiùs expeditur & certius[22], & quia nihil commune
ſimul hæc habent, vt hic dicitur, aliàs ſentẽtia petitorij fruſtra ferretur, ſi executione, quod
ad iſtud caput attinet, careret.

EXPLICITIS interpretationibus legis noſtræ, diſputant hîc Doct. quomo-
do, & quibus † caſibus poſsit petitorium poſſeſſoriúmque iudicium eodem tempore exer 57
ceri. referúntque tres diuerſæ veterum ſententiæ: alij enim vt Azo & Ioan. nunquam hæc
iudicia concurrere exiſtimarunt: alij (vt Petr. & Cin. tranſalpiniique cæteri) ſemper con-
currere[23], alij (vt Mar. quem communiter noſtrates ſequuntur) idem, vt concurrant, exce-
pto interdicto retinendæ. Mihi verior videtur tranſalpinorum ſententia, quæ legis noſtræ
expreſsis verbis adiuuatur, quam qui contradicunt, non tam interpretantur quàm peruer
tunt. Nec me mouent ſex illæ regulæ, quas hîc abſque delectu Bart. inculcat. quia ſuperius
omnes confutatæ ſunt firmiſsimis argumentis. Proſequamur tamen materiam aliquot
axiomatis, quæ Bart. inepto vocabulo combinationes vocat. Prima combinatio eſt, cùm
idem, qui propoſuit petitorium, deinde etiam poſſeſſorium intentat, & videtur in interdi-
cto adipiſcendæ † hoc concedendum eſſe: nec enim vlla ſubeſt contrarietas: cùm vtraque 58
actione ſupponamus reum poſsidere, quod duobus modis hîc reſtringitur. Primùm, vt nõ
procedat,

1 d. l. ſi quis intentione. de iud.
2 Inno. c. cùm dilectus. de ord. cogni. Alex. l. ſcire. in ſ. princ. de verb. oblig.
3 l. continuus. §. cùm quis. de verb. oblig. d. l. ille. in fi. de leg. iij.
4 l. duobus. §. igitur. vbi Bart. de iureiur.
5 l. ſi defenſor. §. qui interrogatus. de interrog. act.
6 l. v. §. fi. in glo. de rei vẽd.
7 l. ſi quis à filio. §. pen. de leg. j. Bar. l. inter ſtipulantẽ. §. j. de verbo. oblig. Roma. Put. hic.
8 d. l. inter ſtipulantem. §. §. j. vbi dixi.
9 d. l. v. §. ſi.
10 Alex. conſi. lv. in v. Dec. c. conſuluit ij. de appell.
11 d. l. ſi quis intentione. j. vbi Curt.
12 l. j. in fi. ſi fam. fur.
13 d. l. ædita.
14 arg. l. ſi quis nec cauſam. ſi cert. pet.
15 Bar. l. j. §. interdictum. in fi. ver. circa primũ. vti poſsi.
16 l. iubere. d. iuriſd. om. iud.
17 §. fi. inſtit. de interd.
18 Bar. d. §. interdictum. in fi. d. l. iubere. in fi.
19 l. intra. de re iud.
20 l. iiij. §. hoc autẽ. de dam. infect.
21 Bar. l. j. de iur. omni. iud.
22 l. ſed ſi ante. vbi Bart. de excep. l. j. vi bo. rap.
23 Petr. §. æquè. Inſti. de act.



procedat, quoties hæc remedia electione tollerentur, vt cùm quis vult petitorium ex vna
cauſa proponere, & poſſeſſorium ex alia illi repugnante. veluti cùm interdicens ait teſta-
mentum valere, & vendicans negat, vt teſtamentum valere, ſed in vim codicillorum tan-
tùm ſuſtineri[1]. Si ergo tanquam ex teſtamento hæres & vendicaret, & interdiceret, nulla
ſubeſſet contrarietas qua de re ſuprá. Rurſus reſtringitur, ſi iam in cauſa vendicationis cõ
cluſum eſſet, quod lex pontificia tradit, addita ratione, ne lites litibus inculcentur, & via
fraudibus aperiatur[2]. Addit Barto. aliam rationem: quia ſi concluſum eſt in cauſa proba-
tiones faciunt rem notoriam[3]: at exceptio notoria dominij obſtat agenti huiuſmodi inter
dicto, vt ſuprà vidimus. cuius rationi, vt locus ſit, oportet ſupponere dominium ab ipſo reo
probatum eſſe, tanquam ipſe onus probandi (quod rarum eſt) adſumpſerit[4]: oportet &
ſupponere id in ea inſtantia factum, quæ appellatione non poſſet ſuſpendi[5]. Aliàs enim
ſicut ſententia, quæ non tranſiit in iudicatum, non dicitur rem notoriam facere[6], ita nec
concluſio in cauſa facit[7]. Sicque reſtringit Iaſon aliique recentiores hanc Barto. ſenten-
tiam. Ego cum Alexan. ſentio, arbitrórque ſufficere, etiam ſi poteſt eſſe appellationi locus:
non enim ideo minus dicitur Iudici res liquida[8], licet propriè notoria dici nequeat: hócq;
videtur ſufficere, vt dominium iudici manifeſtum in petitorio proſit reo ad excluſionem
poſſeſſorij, hoc caſu quo abſolutoria lata in petitorio parit rei iudicatæ exceptionem in
poſſeſſorio[9], quod ſuprà vidimus[10]. Sanè nec tunc videntur huiuſmodi remedia concurre
re, cùm certus poteſt eſſe actor, vtra actione experiatur: quoniam lex ait petitionem hære-
59 ditatis * & interdictum, Quorum legatorum tunc concurrere, cùm incertum eſt, vtrùm
quis pro legato, vel pro poſſeſſore poſsideat: ſentítque hoc admittendum non eſſe, ſi certũ
id ſit[11]. Sed certè, qui agit, ſemper incertus eſt, & dubius eſt litis euentus[12], ibique Iuriſcon-
ſultus non ſpeciali caſu, ſed generali ratione argumentatur, quemadmodum ſolemus, in-
quit, quoties & c. nec incertitudo adiuuare actorem aduerſus regulas iuris debuit. cur enim
non interrogauit reum, vt ab eo certior fieret[13]: nec reo vlla culpa imputari poteſt, ſi non
reſpondit, cùm interrogatus non fuerit, vt meritò nihil in eius damnum, qui iuris commu-
nis regula tutus erat, ſtatui debuerit[14]: ſatius ergo eſt ita interpretari, vt nihil ſpeciale in eo
caſu ſit, quod Petrus Cinúſque cenſuerunt[15]: licet alij vno ore, & hîc & alibi contra ſentiãt
procedátque textus ille ea ratione: quia petitoriũ poteſt cum poſſeſſorio cumulari. Nec ob-
ſtat, quod abſolutoria in vẽdicatione pariat rei iudicatæ exceptionẽ in poſſeſſorio: ideóq;
non videatur admittendus concurſus[16]: quia non procedit argumentum hoc caſu duplici
ratione. prima, cùm ſecundum iudicium poteſt veriſimiliter citiùs expediri quàm primùm
quod præiudiciale eſſet, tunc non prohibetur accumulatio[17], etenim poſſeſſorium tanquã
ſummarium celeriùs expeditur quod intelligit Socin. ſi non de eodem facto tractetur. ete-
nim poſſeſſorium à petitorio diuerſum eſt, quod ſi idem ſit factum, nihil refert quod cele-
riùs poſsit ſecundum expediri[18]. ſecunda, cùm primùm iudicium ſecundum communem
curſum cauſarum non eſt præiudiciale, non impeditur, accumulatio: in caſu autem noſtro
abſolutoria non parit exceptionem dominij, niſi reus onus probationis adſumpſiſſet[19], qđ
ſecundum communem cauſarum curſum non eſt, ſicque Bar. cenſuit, quæ rationes quam-
uis nulla certa lege probentur, vt hîc Alexan. oſtendit, cõmuniter tamen approbatæ ſunt[20]
nec enim, vt impediatur cumulatio, ſatis eſt, vt abſolutoria in primo præiudicet ſecundo,
ſed oportet vice verſa condemnatoriam in ſecundo eſſe præiudicialem primo[21]: at certo
certius eſt condemnato reo ad dandam poſſeſsionem non fieri prǫiudicium reſpectu pro-
prietatis[22]. ſed quid in poſſeſſorio recuperandæ dicemus? & in eo quoque conſtat admitti
cõcurſum[23]. nec obſtat regula præiudicij[24]: quia (vt diximus) veriſimiliter celeriùs expedie
tur poſſeſſorium: ideóque exceptio dominij ex petitorio prouentura nihil impediet: cùm
60 adhuc de eo non conſtet. Nec etiam obſtat regula electionis[25], tanquam qui † patiatur in
iudicio recuperandæ diſcuti de dominio ſibi in interdicto præiudicet[26]: hoc enim verum
eſt, cùm is, qui deiectus eſt, ſpoliatori conſentit, non cùm idem, qui deiectus eſt, rem vendi-
cat, & inſuper interdicto agit: non enim hoc facere videtur, vt iura ſua perimat, ſed potiùs,
vt ius iuri addat, ne inducta ad augmentum diminutionem adferant, vel præter agentis in
tentionem fiat deterior ſua conditio[27]: qua ratione ſequitur idem eſſe ſiue priùs petitorio
egerit, ſiue poſteriùs quod ſequenti axiomate Barto. tradit. Minùs obſtat, quod hic Rapha.
ait, ſemel intentata rei vendicatione non eſſe actori concedendum, vt ab ea deſiſtat, & ad
interdictum tranſeat[28]. Reſpondeo, non deſiſtit, qui adhuc litigat, licet noua, & ſibi vtilio-
re actione experiatur, quod Odof. cenſuit[29]. addit Alexand. ſpeciale hoc eſſe in ſpoliatoris
odium, vt ad interdictum trãſire poſsit petitoriúmque ſuſpendere[30], atqui idem eſt in aliis
interdictis[31]: quomodo ergo in hoc ſpeciale eſt, ſubiicit Iaſon hoc concedi actori huic: quia
ex cauſa ad interdictum tranſit. atqui lex nouella hanc cauſam nihil curat, ſed actori im-
putat, qui non rectè cœperit[32]. Sed quæ vtilitas eſt, vt ſuſpenſo petitorio deiectus ad inter
dictum tranſeat? & Barto. videtur ſentire, ſi in poſſeſſorio obtinuerit, ſuccumbens eſſe, vt
etiam

1 l. fi. de codi. C.
2 c. paſtoralis. de cauſa poſ.
3 glo. c. ſignificauerunt. de teſtib.
4 l. circa. de probat.
5 l. j. C. ne lic. in vna cau. ter. prouoc.
6 Abb. c. cùm olim. ij. de verb. ſignif. Iaſ. l. admonendi. dixi. l. j. prima q. Bart. de op. no. nunt.
7 l. ſi rem. in ſi. de euict.
8 c. fi. de temp. ord. d. card. iiij. not. & cap. veſtra. q. x. & xxxj. de cohab. cler.
9 Bar. authen. at qui ſemel. ver. quæro an alia inſtantia. C. de probat.
10 ſ. primo intellectu.
11 d. l. j. §. quia aũt. quo. leg.
12 l. quod debetur. de pecul
13 l. cogi. C. de pet. hæred. l. qui poteſt. ſ. de iureiur.
14 l. cùm in fundo. §. quod ſi mulier. de iur. dot.
15 in d. l. ædita.
16 d. l. fundum. cum ſeq. de excep.
17 d. c. paſtoralis. d. l. ſed ſi ante.
18 l. interdum. cum glo. de pub. iud.
19 d. l. circa.
20 Iaſ. §. præiudiciales. Inſtit. de act.
21 Bar. d. l. fundũ. Alex. hic
22 d. l. & an eadem. §. fi.
23 d. l. cùm fundus. de vi. d. c. paſtoralis.
24 d. l. fundum.
25 d. §. eligere.
26 c. j. de reſt. ſpol. in vj.
27 d. l. ſi quis intentione. d. l. non ſolet.
28 auth. qui ſemel. C. quo. & quando.
29 Riminal. l. edita. C. de eden.
30 cle. j. de cau. poſſ. l. j. C. de carb. ed. vbi Iaſ.
31 d. c. paſtoralis. Bart. ſeq. memb.
32 d. auth. qui ſemel.

etiam in petitorio obtineat, quamuis ſe dominum nõ probet[1]: cùm enim per interdictum
reſtituenda ſit ſibi poſſeſsio, conſequenter habebit & poſſeſsionis commodum, quod eſt, vt
alio non conſtituto, qui poſsidet etiam dominus præſumatur[2], ideóque ferenda erit ſenten
tia definitiua, in eius fauorem, non autem abſolutoria ab obſeruatione Iudicij, vt Iaſ. credi
dit[3]. Quod ſi pro reo ſit præſumptio validior, quàm nudæ poſſeſsionis, vt quia de iure com
muni intentionem ipſam fundatam habeat, idémque eo caſu tractetur, in quo conſtitutio
ni Cæſarum locus non ſit[4]: tunc ſecùs eſſet, reúſque in petitorio obtineret[5], quod Pontifi-
cia epiſtola traditum eſt, quæ non de titulo ſacerdotij loquitur, vt Iaſ. credidit, ſed de eligẽ-
di iure. quod etiam abſque titulo præſcriptione acquiri poteſt[6]. Idem ſi reus de dominio
ipſe probauerit[7], niſi tamen actor præſcriptione longiſsimi temporis tutus eſſet[8]. Sanè
quod ad poſſeſsi. retinendæ adtinet, ſupra ſatis & ſuper diſſeruimus. Occidit miſeros cram-
be repetita magiſtros. Videamus aliud axioma, tractemúſque, quid iuris, cùm vnus petito-
rium, alius † poſſeſſorium deinde intentat. Et in interdicto recuperandæ cõſtituendum pro 61
regula eſt, prius cauſam poſſeſsionis finiendam eſſe, & tãtiſper à petitorio ſuperſederi, quia
ſpoliatus ante omnia reſtituendus eſt[9], quod in odium ſpoliatoris inductum eſt, qui hac
quoque pœna adficiendus fuit, vt exemplo cæteris ſit, qui præpropera, & intempeſtiua au
ctoritate vtuntur[10], tamen etiam vt hoc ſit deiecti ſolatium, ne alias nudus contendat[11].
nec refert, quòd reus ſit confeſſus poſsidere: quia (vt infrà videbimus) licitum ei eſt reuoca
re cõfectionẽ, vt quod dictũ eſt indictũ ſit[12]. Non procedit concluſio tribus caſibus. Primus
cũ † vis poſt acceptum vendicationis iudiciũ facta allegaretur: tunc enim non ideo petito- 62
rium ritè incohatum[13], ſuſpendetur, ſed vtrunque iudicium procedet, quod ex Conſtanti-
ni lege traditum eſt à Bart.[14] quæ tamen ſententia dubia eſt: quoniam maiore odio dignus
eſt, qui, pendente lite ſpoliauit: qui iudici quoque iniuriam fecit[15]. Vnde & videmus maio-
re pœna cum adfici[16]. Et ſicut appellans beneficium procurationis amittit, ſi aduerſarium
ſpoliauerit[17], ita & vendicans debet id perdere: ne interim audiatur, dum quæſtio ſpolia-
tionis durat, ídque Aret. probat. Ego legem † conſtantini in duplici iudicio loqui ſcio in 63
quo intererat ſpoliati, vt etiam ſuper petitorio cognoſceretur, vt inde definiri poſſet, quan
tus agri modus in pœnam ei aſsignãdus eſſet, aliàs ſi reus velit priùs de poſſeſsione cogno-
ſci ſuſpendíque petitorium, puto audiendum eſſe[18], reguléque ſupraſcriptæ adhærendum
ídque maximè, ſi ceu adtentata reuocari, quæ geſta ſunt velit. nec enim dubium eſt officio
iudicis rem ablatam confeſtim reſtituendam eſſe[19]. Alter caſus eſt † cum actor rem vendi 64
cat tanquam à reo ciuiliter poſſeſſam reus interdicto agit, tanquam naturali poſſeſsione
ab actore fuerit ſpoliatus: tunc enim, quia diuerſis reſpectibus agitur, vtrunque iudicium
procedet[20]. Sed Raph. & Iac. Put. diſſentiunt: durat enim & hoc caſu ratio regulæ, nempe
priuilegium ſpoliati in odium prædonis, vt ante omnia reſtituatur. Nec me mouet reſpon-
ſio Iaſonis, quod id priuilegium non operetur, niſi reſpectu eiuſdem poſſeſsionis, non autẽ
diuerſæ. nam falſum hoc eſt ſaltem iure Pontificio[21], quod Alex. Claud. aliíque recentiores
poſt Butrium tradiderũt. Tertius eſt caſus, ſi poſſeſſorium inducatur poſtquam lis iam in
petitorio conteſtata ſit: cùm enim exceptio ſpoliationis dilatoria ſit[22], non poteſt poſt cõ-
teſtationem litis obiici[23]. & ſi non permittitur exceptio, multo minùs videtur conceden-
da eſſe actio[24]. & ita Alexand. Aret. Iaſ. poſt Bar. tradiderunt. ſed tamen Pontificij crebrio
re calculo diſſentiunt[25], quos & Raph. Caſtrenſis Puteus hîc ſequuti ſunt, quoniam lex Põ
tificia expreſſè hoc caſu admittit, vt vſque ad concluſ. in cauſa poſſeſſorium poſsit intenta
ri[26]: cuius ratio generalis eſt in odium ſpoliatoris, vt meritò non ſit credendum in benefi-
cialibus duntaxat cauſis, aut quæ ad aulam Rom. deuolutæ ſint, procedere[27]. Suadet hoc
& ratio: nec enim tam facilè impeditur id, quod actioni ſufficit, quàm quod exceptionem
ſolam parit: & ideo quamuis exceptiones litis finitæ ſi ad differendum inducantur debeãt
ante litem conteſtatam proferri[28], non tamen idem eſt in actione cuius natura eſt, vt ar-
bitratu actoris proponatur. Addit Iaſon, ſicuti actori conceditur, vt accumulato vendica-
tioni interdicto, petitorium iudicium ſuſpendatur[29], ita & reo concedendum: ne deterior
ſit eius conditio[30]. Et ſi dixeris actori faciliùs concedi, vt petitorium quod ipſemet intenta-
uit, ſuſpendat, quàm reo, cùm faciliùs iuri, quod facto noſtro quæſitum eſt, reuuntiemus,
quam quod ope aliena conſequuti ſumus[31]. Reſpondeo, odium ſpoliatoris æquè vtroque
caſu militat: ideo & æqualis debet eſſe deciſio. Defendetur tamen ſententia Bartoli eo
caſu, quo de ſpoliatione abiectum, non iure actionis, ſed via exceptionis ſit, quod Ponti-
ficij tradiderunt[32]: probabiliſque eſt ſententia: tametſi in hoc quoque aliqui contradi-
cant: quia dilatoria poteſt etiam poſt litem conteſtatam opponi, ſi poſt eam ſit orta[33],
ídque etiam ſi facto opponentis ſuperuenerit[34], quicquid hîc Alexand. comminiſcatur?
at hæc exceptio petitorij ſuſpenſiua, tum demum naſcitur, cùm interdictum proponi-
tur, quod poſt litem conteſtatam factum eſt. Sed reſpondet Aretinus quod cùm reus po-
tuerit à principio facere, vt naſceretur, perinde eſt, ac ſi ante litem conteſtatam nata
eſſet

1 l. vis eius. C. de prob. l. liberis. §. fi. de lib. cau.
2 §. commodum. Inſtit. de interd.
3 l. properandum. §. & ſi qui dem. C. de iud. vbi Alex Feli. c. pen. de excep.
4 l. ſi quis in tantam. C. vnde vi.
5 c. cùm eccleſia ſutrina. de ca. poſſ.
6 c. conſulationibus. de iur. patr.
7 c. ſignificauerunt. de teſti.
8 l. ſi quis emptionis. §. ſed hæc ſuper. C. de præſc. xxx. vel xl. an.
9 d. l. ſi quis ad ſe fundum.
10 cle. j. de ca. poſ. Abb. c. ex conqueſtione. de reſt. ſpol.
11 c. j. de reſt. ſpol. in vj.
12 l. is, qui ſe obtulit. de rei vend.
13 l. qui cum maior. de bo. lib. in princ.
14 l. ſi conſtiterit. C. fini. reg.
15 c. bonæ. vbi Ab. de appel.
16 d. l. ſi quis in tantam. cũ d. l. ſi conſtiterit.
17 glo. c. non ſolùm. de appel. in vj. Bal. l. præſcriptione. C. ſi contra ius.
18 d. cle. j.
19 d. c. bonæ. Rot. deciſ. xiiij. in nouiſ.
20 arg. intellect. per c. ex cõqueſtione. de reſt. ſpol.
21 c. fi. de ord. cog. c. item ſi quis. de reſt. ſpol.
22 gl. ij. q. ij. c. ij.
23 l. fi. C. de excep. c. inter. de re iud.
24 l. j. de ſuperfi.
25 Inn. Paul. de eleaz. Io. de leg. Abb. d. c. ex conqueſtione. Rot. deciſ. cv. in nouiſ.
26 d. cle. j. vbi Card. Io. And.
27 Abb. d. c. paſtoralis. glo. pe. d. cle. j.
28 l. eleganter. §. ſi quis. de cond. ind.
29 d. c. paſtoralis.
30 l. non debet. de reg. iur.
31 l. cum hi. §. planè. de trãſ. gl. l. fi. C. qui pot. in pig.
32 Anch. d. cle. j. ij. opp. Abb. d. c. ex conqueſtione.
33 l. ij. C. de cõſer. eius litis. c. inſinuante. de off. deleg.
34 Bar. l. j. de exce. Feli. d. ca. inſinuante.



eſſet[1]. Contradicit & Andr. Siculus[2], aliíque recentiores: quia exceptio dilatoria, quæ
cauſam ſucceſsiuam, ſeu tractum habet, ſemper poteſt opponi[3]: at hæc ſpoliationis huiuſ
modi videtur eſſe. Sed reſponde falſum id eſſe, cùm ſemel nata ſit hæc exceptio, non au-
tem quotidie naſcatur[4]. Sanè ſubiicit Barto. nec tunc reum ſpoliatum reſtitui, aut audiri,
cùm petitorio conuentus adſeuerat ſe poſsidere: qui enim poſsidet, non eſt deiectus. ſi igi-
tur interdicto experiatur, erit repellendus tanquam contraria allegauerit[5]: quæ ſenten-
tia dubia eſt, cùm ad eam diuerſitatem reſpiciendum non videatur, quæ ex exceptio-
nibus depræhendatur: cùm licitum ſit reo contrarias exceptiones opponere[6], nec ſuper ex
ceptione quis regulariter condemnetur[7]. nam & cùm diuerſa hæc iudicia ſint, ſuprà dixi
nihil referre, quod quis ſit contrarius[8]. Sed quid, ſi nihil adſeruit: quia non fuit interro-
gatus, an poſsideret? & tunc admittetur, vt interdicto experiri poſsit, & in petitorio po-
terit ferri ſententia, qua reus abſoluatur: quia non poſsidet, & nihilominus actor decla-
retur dominus[9], quod hîc Barto. ſentit. Ego accepi, quoties actor ſciens reum non poſsi-
dere, ab eo rem vendicauit, non poſſe huiuſmodi ſententiam ferri, ſed ſimpliciter abſol-
uendum reum[10]. qua de re ſupra quarto intellectu. Sed quid iuris erit in interdicto adipi-
ſcendæ? & Barto. per illud impediri petitorium iudicium, quo aduerſarius experitur, exi-
ſtimat, ídque propter contrarietatis itémque ordinis regulam. quod non procedit, ſi di-
uerſæ poſſeſsionis reſpectu agatur, vt ſuprà in quinto intellectu vidimus. Item non proce-
dit, ſi reus poſt litem conteſtatam proponeret id interdictum: ceſſat enim regula ordinis:
quia exceptio quod prius de poſſeſsione cognoſcatur, eſt dilatoria, vt ſuprà vidimus. er-
go poſt lit. conteſt. non poterit opponi. obſtaret tamen regula contrarietatis, ſi in ipſa con
teſtatione reus confeſſus ſit, ſe poſsidere: eſſet enim ſibi contrarius ideóque repellendus[11].
ſícque Barto. cenſuit quem cæteri ſequuntur. Petr. tamen & Cin. indiſtinctè non impediri
mutuo concurſu hæc iudicia exiſtimarunt, quorum ſententia mihi videtur verior. vt qua
ratione in perſona eiuſdem tolerãtur[12], eadem & in diuerſis: quod & ſuprà in interdicto re
tinendæ tractauimus: ideóque hîc non repeto. Cæterùm proſequitur Bart. quid in caſu cõ-
trario dicendum ſit, cùm vnus primo interdictum propoſuit, aduerſarius deinde vendica-
65 tionem, & concludendum eſt idem, quod ſuprà diximus, vt interdictum recuperandæ † im-
pediat petitorium: quia ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus[13]: quod procedit non ſolùm,
ſi petitorium excipiendo inducatur, ſed etiam ſi agendo, quod hîc Bar. tradit, ſupráque di
ximus etiam reſpectu diuerſarum rerum locum habere[14], quicquid hic Iaſon comminiſca
tur. adde id etiam facta reſtitutione procedere, nec teneri eum, qui ſemel ſpoliatus fuit, &
reſtituitur aduerſario ſuper dominio contendenti reſpondere, niſi tanto tempore poſſe-
derit, quanto deiectus manſit[15]. quod intelligendum eſt, niſi plenaria reſtitutio ſit facta fru
ctus impenſéque, itémque omne quod intererat reſarcitum iam eſſet[16], ídque (vt Bald. ait)
ad vltimum vſque quadrantem[17]. Sed quid, ſi conſentiente ſpoliato fuerit iudicium petito
rium cœptum. & refert qualis fuerit hic conſenſus. ſi enim renuntiatum eſſet poſſeſſorio,
tunc ſine dubio ſuper dominio dũtaxat cognoſceretur[18]. idẽ ſi cõſenſerit ſpoliatus, vt reus
quæſtionem dominij referre in tali iudicio poſſet[19]. Idem, ſi pactus fuerit, non agere tali iu-
dicio poſſeſſorio, verba enim & hoc caſu clara ſunt[20]. ver. verò ſimpliciter permiſerit ſe re
conueneri, tunc ſuper vtroque erit procedendum: priùs tamen ſuper poſſeſſorio iudican-
dum[21], & quamuis mutuæ petitiones regulariter eodem tempore iudicentur[22], tamen hoc
non obſeruabitur, quoties priùs de poſſeſsione in iudicio recuperandæ conſtaret. nec enim
diutius differetur ſententia, vt expectetur, quid in petitorio ſit iuris[23], quod rectè Pontificij
tradiderunt[24]. Sed quomodo conſenſus ſpoliati probabitur? & non videretur admittenda
hæc exceptio, ſi per ſolos teſtes probaretur, tanquam non videatur ille ſponte cõſenſiſſe[25],
cùm nec coram iudice, nec coram notario, aut conſanguineis, quorum pręſentia metus
præſumptio eliditur[26], id factum proponatur[27]. an & quod huiuſmodi probatio altio-
rem indaginem requirit, ideóque videtur ab hoc iudicio ſummouenda[28]? quod alibi
diſputaui[29]. Quod ſi verba conſenſus renuntiationem petitorij inducant, an & poſſeſ-
ſorio renuntiatum videbitur. & hæc apud Pontificios videnda ſunt[30], nóſque ſuprà
adtigimus ea quæſtione, an exceptio dominij notoria hoc in iudicio agenti obſtet[31].
Addit hîc Aretin. quoties ex euentu petitorij pendet, an perſona agens interdicto ſtare
in iudicio poſsit, tunc differri reſtitutionem[32]. Sed quid cenſebimus, cùm quis priùs
interdictum retinendæ propoſuerit? & conſtat eum, qui deinde vendicationem & propo-
nit, reiiciendum. vendicando enim fatetur ſe non poſsidere, at litigando in interdi-
cto vti poſsidetis, contrarium ſentit, qua de re ſuprà ſatis dictum eſt. Excipiuntur
1. tamen tres caſus. Primus, cùm diuerſis reſpectibus actum eſt. Alter, cùm reus
vendicationem intendit, priùſquàm lis in poſſeſſorio conteſtata ſit: nec enim an-
te litem conteſtatam cenſetur contendere, ſeu adſerere ſe poſsidere. Tertius, quan-
do iudicium petitorium proponitur pro poſſeſsione, quæ poſt litem conteſtatam amiſſa

 ſit, quæ

1 l. ſi quis ita hæres inſtituatur. de hæred. inſtit. glo. fi. c. paſtoralis. de except. Abb. c. cum ſpeciali. de appel.
2 Barb. d. c. ex conqueſt.
3 l. j. vbi gl. & Doct. de feriis. Felin. c. accedẽs. ij. vt lit. non conteſt.
4 Aret. l. ita demum. in fin. de procur.
5 l. j. C. de fur. c. ſolicitudinẽ. de appell.
6 l. nemo. de excep.
7 gl. l. ij. §. pe. de adult. Bal. c. cùm dilectus. de ord. cog.
8 §. in poſitione caſus. arg. §. noſtri.
9 l. ſi à te. §. j. de exc. rei iud.
10 l. nam ſi actor. de rei vẽdicatione. Math.
11 d. l. j. C. de fur.
12 d. §. quia autem.
13 d. l. ſi quis ad ſe fundum.
14 d. c. fi. d. c. item ſi quis.
15 c. j. c. tandiu. iij. q. ij. Abb. c. venerabili. de off. deleg.
16 ca. accedens. ij. vbi Abb. not. pen. vt lit. non conteſt. Cur. Iun. conſi. xlj. in fi.
17 Bald. ca. conquerente. de reſt. ſpol.
18 c. j. de reſt. ſpol.
19 Alex. conſi. lxxvij. in fi. ij. cxiij. v.
20 l. ſi quis in conſcrib. C. de pact.
21 Abb. c. ij. eo. tit. in fi. Socin. d. c. conſi. lix. iij.
22 c. cùm dilectus. de ca. poſ.
23 c. j. de mut. pet.
24 c. ij. de ca. poſſeſſ. & j. videbimus. q. iiij. Bar.
25 c. ij. de reſt. ſpol.
26 l. tranſactionem. C. de tranſact. Soci. conſ. lix. in iij.
27 c. iij. de reſt. ſpol. j.
28 l. iij. §. ibidem. ad exhib.
29 l. cùm te. C. de traſ.
30 c. j. c. ij. c. iij. de reſt. ſpol.
31 §. j. lectura.
32 l. ſi res. C. de ord. cog. vbi Bald.

ſit.quæ omnia ſuprà tractata ampliùs non repeto. vnum illud notandum eſt, quod Bartol
ſubiicit, eum qui petitorium poſtea proponit, cenſeri poſſeſsioni (de qua priùs litigabat).
renuntiaſſe,& ideo ferendam eſſe ſentẽtiam pro primo,tanquam ille ſit potior in poſſeſsio
ne: cùm enim cenſeatur ſecundus etiam liti, & inſtantiæ renuntiaſſe[1], non videtur poſſe
definitiuam ferri, ſed ab obſeruatione iudicij duntaxat liberandum actorem, quia reus li-
ti renuntiauerit[2]. Sed reſponde verum id eſſe,niſi aduerſarij interſit,vt definitiua potiùs fe
ratur,puta ob damni reſtitutionem,quod poſt Bald.Aretin.hîc tradidit[3]. poteſt enim inſta
re, vt vlteriùs procedatur ſi integrè ſibi ſatisfactum non ſit[4], quod & alij hîc docuerunt.
Quid verò, cùm eodem tempore vnus petitorium, alius poſſeſſorium proponit? ſatis ex
ſuprâſcriptis declaratum eſt.Subiicit Barto.ſi eodem tempore vtrinque interdictum,& vẽ-
dicatio proponatur,debere ſemper priùs cognoſci in poſſeſſorio[5].Quod dupliciter reſtrin
gendum eſt,in primis, vt admitti poſsit cumulatio, ſi vterque adſumat onus probandi ſu-
per vtroque, petátque non aduerſarium condemnari ad reſtituendum, ſed ſimpliciter ius
ſuum declarari, quod Caſtr. tradidit[6], defendíque poteſt, quicquid hîc Iaſon cenſuerit.
Rurſus reſtringendum eſt in incorporalibus,in quibus procedunt petitiones quamuis con
trariæ[7],quod hîc Iaſon Ruin.cæteríque aduerſus Aretinum diſputant.Et hęc quidem Bar.
vij.combinationib.non indiligenter diſputauit,quamuis tamen non ideo omnes adtigerit
caſus,qui controuerti hac in materia poſsint.Quid enim ſi vnus, & idem poſſeſſorium re-
cuperandæ intendit,accumulétque aliam actionem, qualis eſt condictio ex canone redin-
tegranda[8],vel vi bonorum raptorum,vel actionem criminalem ex lege Iulia de vi[9].Quid
ſi interdicta iſta commiſceat, vt quia agat recuperandæ, itémque retinendæ poſſeſsionis
cauſa: vt enim Iaſon hîc ait, videtur concedendum,ſi tamen diuerſis reſpectibus agatur[10].
quod & à Caſtrenſe reſponſum eſt,cùm quis & retinendę & adipiſcendę interdictum pro-
poſuiſſet[11]. Idem & Bald.tradidit,cùm quis ex lege Iuſtin.ſe mitti in poſſeſsionem tanquã
hæredem ſcriptum peteret:quod remedium adipiſcendæ eſt, & ex ciuiliſsima poſſeſsione
à ſtatuto tranſlata, vel retinẽdæ vel recuperandæ poſſeſsionis cauſa experiretur[12].Quòd
ſi vnus aliquod interdictum propoſuiſſet,aduerſarius aliud,vt enim(inquit Bald.) videtur
hoc paſsim concedendum[13], excepto tamen interdicto recuperandæ,in quo nullus eſt re-
conuentioni locus: niſi ex eodem interdicto alterius ſpoliationis cauſa[14]. qua de re latiùs
apud Orianum diſputatum extat[15].Rurſus principaliter dubitat Bart.an caſibus quibus ſu
pra concluſum † eſt non concurrere ſuprâſcripta iudicia neceſſe ſit opponi exceptionem, 66
an verò etiam ea non oppoſita reus ſit abſoluendus? & concludit exceptionem omnino
obiiciendam[16]:quia aliàs reus cenſeretur conſentire,qui conſenſus ſibi præiudicaret:ſicut
videmus & in contumacia, quæ conſenſum fictum habet[17]: procedítque concluſio, quo
ties ratione ordinis impediatur cumulatio[18]: ſemper enim obiicienda eſt exceptio: Vnde
quod vulgò dicunt pontificij,per iudicium poſſeſſorium ceſſare petitorium[19],intelligitur,ſi
pars opponat,vt rectè Claud.hîc docet,qua exceptione oppoſita non poſſet iudex, etiam
ſi ex ſtatuti vel reſcripti forma liberum ampliſsimúmque arbitrium haberet,eam reiicere
quod idem Claud. diſputat,& alibi traditum eſt[20]. Procedit etiam concluſio,ſiue ea ratio-
ne impediatur cumulatio: quia abſolutoria vnius præiudicium alteri faceret[21], ſeu quia
electione vnius alteri renuntiatum cenſeretur.cùm enim non cogatur quis eligere,niſi ad-
uerſario opponente quod Cinus tradidit[22], conſequens eſt,vt antequam opponat,admit
tatur cumulatio.Quæ ſententia certiſsimè procedit, quoties actiones origine non ſunt cõ
trariæ, ſed ſolùm exactione tolluntur[23]. vel exercitatione ſola ſe mutuo impediunt[24].tũc
enim ſemper opponenda eſt exceptio[25]. Quando autem id fiat, declarat alibi Barto.[26]
Idem quoties earum natura eſt, vt per ſequentem tollatur prima[27]. intelligitur enim ita
demum tolli,ſi pars oppoſuerit[28].ſed tamen neque hæc perpetua ſunt. Quid enim,ſi ſuprà
ſcripto caſu non vna poſt aliam,ſed eodem tempore intendantur,& cùm non ſubſit ratio
cur vna magis quàm alia extinguatur, valebit tum quoque iudicium, niſi pars opponat,
quod Bar.hîc cenſuit[29].& ſicut in contumacem id admitteretur[30], ita & in eum:quia non
opponendo cenſetur conſentire.Et hæc quidem ſecundum regulam procedunt.Excipitur
ille caſus,quo non eſt exceptione opus:cùm ratione contrarietatis*impeditur cumulatio: 67
etenim proceſſus talis ipſo iure eſt nullus[31]:potéſtque iudex libellum ſibi repugnantem la-
cerare[32], qui enim contraria proponit ſeipſum excludit[33]. Hinc eſt, quòd † ſi de actioni- 68
bus agatur,quæ origine ſint contrariæ, vna propoſita, alia quæ deinde proponatur, non
ſubſiſtet tanquã iã perẽpta[34], quia per huiuſmodi electionem tollitur alia ipſo iure[35]. qui
igitur aliã deinde proponeret,cẽſeretur de facto agere:nõ debet aũt iudex de facto agentẽ
audire,qđ alibi à me declaratũ eſt[36].Quid rurſus,propoſitis iis duabus contrariis actioni-
bus.ſuper altera duntaxat proceſſerit,videbitur libellũ correxiſſe[37]:& ideo ſuper ea quam
perſequutus eſt,obtinebit[38]:& qđ hîc rectè Bar.tradit:quoniã libellus nõ cẽſebitur nullus:
cùm tacitè correctus fuerit,quicquid Aret. hîc diſſentiat.Sed & ſi cõtrarietas nõ eodem in
iudicio,

1 Bar.§.iij.lectu.
2 l.properandum. §. pe. C. de iud l.j.C.quãdo prou. nõ eſt neceſſ.
3 Bal.l.poſtquam liti. C. de pact.
4 l. ſi reus. de procur. vbi Bar.claud.Ripa.Mod. repe.
5 l.j.§.huius.vti poſsid.l.inter litig.de iud.l. mater. C. eod.
6 Paul.l.ſi.de vi.de iud.
7 Bal.l.j.§.pe.C.de cad.tol.
8 c.reintegranda.iij.q.j.
9 l.j.ff.vi bo.rapt.
10 Iaſ.lud.Rom.hic in iiij. comb.
11 Paul.conſi.lxxviij. videtur dicendum.in ij.
12 Bal.rub.extra de conſuetud.Alex.l.in ſuis. de lib.& poſth.
13 Bal. l. incerti.q.xj. C. de interd.
14 c.ſi.de ord.cogn.
15 Lanfr. Orian. rep. rub. de cauſ.poſſeſſ.
16 c. cùm dilectus. de ord. cog.
17 l.ſi.C.de ann.excep.
18 l. ſi mancipium. §. j. de euic.vbi glo.& in l.ij. com. diuid.
19 Doct.c.ex conqueſtione. ca. literas. vbi Abb.j.no. de reſt.ſpol.
20 Felin.c.j.de conſtitut.
21 l.fundi.l. generaliter. de excep.
22 Cin.l.ſi.in j.opp. C.com. de leg.
23 l. Aurelius. in ſi. de lib. lega.l.reſcriptum.§.ſi pacto. de pact.l. non ſolum. de rei vend..l. ſi cum.§. eum, qui. quod met.cau. Aret.hic.
24 glo.l.j C.de fur.
25 l. exceptionem. de prob. l.peremptorias C.de ſen. reſcind.
26 l.j. §. vnde quæritur. de pub.
27 l.ſi filius.j.reſp. de mino.
28 l. poſtquam litig. C. de pact.Bar.hîc.
29 argum.l.j.§.quia autem. quo.leg.
30 d.l.ſi.C.de ann.excep.
31 c.exhibita. de iud. c.imputari.de ſid.inſt.
32 gl.l.j.§.de off.aſſeſſ.
33 l. j. §.ſed ſi alius. quando app. ſit l. vbi repug. de reg. iur.
34 l.ſi.C.de codic.
35 l.qđ in hærede.§.eligere. de trib.l.cùm filius. §.natu. de lega. ij.l. nemo. ex iis. §. quoties.de reg.iur.
36 l.ſi Titius.de verb. obli.
37 l.edita.C.de edend.
38 d. l.ſi.C.de ann.exce.



iudicio,ſed in diuerſis ſit?Fuerê aliqui,qui opus eſſe exceptione crederent, quod alibi adtin
gitur[1].Illud certum eſt acta in primo iudicio in alio eſſe exhibenda, etiam ſi inter eaſdem
perſonas,& ſub eodem iudice ageretur[2].quod Bart.hîc cenſuit,& ſequuntur cæteri, & ceu
notatu dignum Matheſil[3].commendat nam quod vulgò dicitur, acta productione aliqua
non indigere[4]:& rurſus actis rem effici manifeſtam[5],intelligitur in eodem iudicio: in alio
verò ſecus eſt,vt hîc omnes docent.Sed & caſibus,quibus nõ natiuitas,ſed exercitium im-
69 peditur,neceſſariam eſſe exceptionem ſuprà docui[6]. Addunt aliqui † eum, qui contraria
proponit audiendum quoque eſſe, ſi ea non coniunctim,ſed alternatim proponat[7].cui ſen
tentiæ conſequens eſt,vt idem ſit,ſi conditionaliter[8],propoſita fuerint.qua de re alibi[9].Sa-
nè quoties iuris interpretatione contrarietas illa ordine competenti accipi poteſt, non eſt
reiicienda intentio[10]. Dixerit aliquis, cùm libelli verba etiam impropriè accipiantur,vt
ſuſtineri poſsit[11], cur coniuncta in contrariis pro diſiuncta non accipitur[12]. Reſponde
non fieri talem interpretationem in iudiciis, quoties reus redditur incertus, quem lex vo-
luit omnino certum fieri,vt ſciat, contendere,an cedere debeat[13]. Illud non omittendum
haudquaquam neceſſarium eſſe,vt reus explicitè opponat,ſed ſatis eſſe ſi generaliter, ſeu
ſimplici contradictione libello non adſentiatur, quod rectè Decius ex facto reſpondit[14].
ſed quid ſi iudici delegato mandauerit Princeps, vt cognita cauſa poſſeſsionis, de proprie
tate quoque deinde cognoſceret,& ille de proprietate prius cognouit, quia pars non oppo
nebat,& Alexand.Iaſónque proceſſum nullum eſſe ipſo iure exiſtimarunt[15], quia forma
mandati obſeruata non eſſet[16]. ſed contraria ſententia aliis placet,tanquam iuriſdictio de
legati de re ad rem prorogata conſenſu partium videatur[17]. & ſic remiſſa cenſeatur illa
forma,quæ fauore impetrantis erat inducta[18], ídque & mihi placet,ſi de conſenſu,ſeu pro
rogatione adpareat,aliàs ex ſolo ſilentio non eſt credendum formæ literarum voluiſſe im
70 petrantem derogari[19].Subſequitur Barto.diſputátque nunquid † in iudicio poſſeſſorio lis
ſit conteſtanda?& videtur non conteſtanda: vt ſicut per contumaciam transfertur poſſeſ-
ſio abſque conteſtatione[20], ita & principaliter cùm de ea agitur, transferri per ſententiã
poſsit.ſed certè aliud eſt per interlocutoriam ſinere,quem in poſſeſsione eſſe, aliud ipſum
71 poſſeſsionis iudicium definire,qua ratione,vt per negligentiam*perditur poſſeſsio[21]:& ta
men per contumaciam,quoties definitiuè iudicandum eſt,non perditur, cùm à regula nõ
ſit temere recedendum,qua traditum eſt,ad difinitiuam non niſi lite conteſtata proceden-
dum eſſe[22]. Quæ regula & in poſſeſſoriis iudiciis locum habet[23],cùm ſententia in eis lata
ſit definitiua[24].Plus ergo vrget,quod in huiuſmodi iudiciis admittuntur etiam, qui legiti
mam perſonam non habent[25].ſed quamuis exceptio perſonæ ſit ſublata,non eſt cõſequẽs,
vt ideo & ordo qui iudicij ſubſtantiam reſpicit,ſublatus ſit[26]. Dubium autem non eſt litis
72 conteſtationem*cardinem eſſe,& fundamentum totius iudicij: meritò ergo receptiſsima
eſt ſententia in iudiciis poſſeſſoriis neceſſariam eſſe[27].ideóque ſi agatur interdicto retinen
dæ,lis conteſtanda erit[28].Nec mouet quod hoc iudicium eſt duplex,& quòd actore abſen-
te ferri poſsit definitiua[29]. Reſpondeo,eſt duplex,poſtquam comparuit vterque, petitio-
néſque in iudicio porrexit:tunc enim actor, qui litem proſequi detrectat cogi poteſt,vt li-
tem conteſtetur,aliàs perinde proceditur ac ſi lis verè eſſet conteſtata. quod ſingulari iure
lex nouella induxit.nec enim poteſt lis conteſtari,niſi vtroque pręſente[30], aliàs potuiſſet
actore abſente ad diffinitiuam procedi,quod falſum eſt[31]: meritò ergo non videtur reum
conuentum interdicto retinendæ,qui nõ alium ſtimulauit,ſed ipſe ſtimulatus eſt,pro acto-
re habendum,nec legi nouellæ hoc caſu locum eſſe.Idem quoque dicendum eſt,ſi interdi-
cto recuperandæ actum ſit[32],& tunc enim lis conteſtabitur.quod & Põtificij manifeſtè ſen
ſerunt[33],tametſi Bald.non vno in loco hoc caſu Gulielmum ſit ſecutus[34],& odio ſpoliato-
ris non eſſe neceſſariam conteſtationem ſcripſerit[35],quæ ſententia reiecta eſt. Idem etiam
interdicto adipiſcendæ proditum eſt[36].Addunt aliqui & cùm quis ex canone redintegrari
ſe petit[37]. Adiicit Bartol.concluſioni in interdictis quoque exhibitoriis locum eſſe[38]. Vi-
73 deamus nunc quibus caſibus locus concluſioni non ſit. & in primis † Bartolus non proce-
dere ait,quoties aduerſus incertam perſonam ageretur, vt cùm quis tanquam hæres mitti
ſe in poſſeſsionem poſtulat[39], cui conſequens eſt,vt ſi quis confirmari ſe in poſſeſsione pe-
tat, & aduerſus neminem vnum agat,haudquaquam neceſſaria ſit conteſtatio: quod Ci-
nus ſimpliciter ſenſit, cùm actor nihil ſibi dari aut fieri petit, talis enim intentio ad-
uerſus certam perſonam non eſt[40]. Rurſus non procedit (inquit Bartolus) cùm lex iudi
cium ſummatim cognoſci iubet, ſententiáque in eo lata, nec quidem poſſeſ.irreuocabili-
ter definit[41].cuius rei exemplũ in Car.edicto eſt,in quo,adueniente pubertate,niſi filius ca
ueat,exceptione,poſſeſſorij iudicij tutus non eſt[42],alias verò vbi ſententia ius poſſeſsionis
omnino definiret,neceſſaria eſſet cõteſtatio:nec referret quod lex ſummatim cognoſci vel
let[43]:quia intelligeretur vel reſpectu ordinis,vel reſpectu probationis vt alibi Bart. diſtin-
guit[44], ex ſubiecta ẽm materia hęc dictio interptationẽ recipit,& ſi lex aduerſus latitantẽ
requi

1 l.huiuſmodi.§.ſi. de leg. j.& in l. ordinarij.C. de rei vendica.
2 l.cum ante).C.de arbitr.
3 not.clxix.Alexand.conſil. lxxxij.in j.
4 c. quoniã cõtra. de prob.
5 l.geſta.C.de re iud.
6 d.l.Aurelius.d.l.j.
7 l.papinianus.§.ſi quis.& irri.de inof.teſt.
8 l.qui de in officioſo. eod. tit.d.glo.
9 dixi d.l.edita.
10 l.ſi res.vbi Bal.C.de ord. cogno.
11 l. ſed & ſi. §. item circa verò.de iureiur.
12 l.ſi titio.de vſu.leg.
13 l.j.de eden.ca. j. de libel. obl.
14 Dec.conſi.lxxxiiij.
15 c.venerabili.de off.deleg.
16 l.diligenter.mand.
17 c.cum olim.de of.deleg.
18 c.ſi.§. ſi autem. eod.tit.
19 d. c. venerabili. Bald. C. de ſente.
20 l.ſi quis ius.§. pen. C.de præſcri.xxx.
21 l.furtum.§.j.ſ.tit.j.
22 l.prolatam.C.de ſen.
23 l.properandum. §. ſi autem reus.C.de iudic.
24 glo.j.in ſi.l.j.C.ſi de momen.
25 l.ſi.C.qui leg.perſ.
26 glo.d.l.prolatam.
27 l. j. §. neceſſario. ſi ven. mul.
28 §.hodie.Inſtit.de interd.
29 auth. qui ſemel. C. quo. & quando iud.
30 arg.l.j. C.de lit. conteſt.
31 l.& poſt.in ſi.de iudi.
32 l.ſi.C.ſi per vim.
33 d.c.ij.vt lit. non conteſt.
34 arg. l. ſi quis ad ſe. verb. protinus.ad l.iul. de vi.
35 Bal.q.accuſatus.verſi.xv.
36 l.ſi. quorum leg.in gl. in verbo interdicto.
37 iij.q.j.redintegranda.vbi Archid.Iaſ.hic.
38 glo.l.locum. §.ſi tabulæ. de tab.exhib.
39 l.ſi.C.de ed.diui Ad.toll.
40 Cin.auth.ſi omnes. in ſi.. C.ſi min.ab hæred. Bar.con. fundo.
41 l.iij.§.cauſæ. de Car.edi.
42 l.de bonis.§.ſi.eo.tit.
43 l.tigni.§.ſi quis non. §. ad exhib.
44 l.j.§.ſi.de pręto. ſtip.

requirat ſummatim cõſtare debere[1],neceſſario intelligetur abſente parte,alioqui nõ latita
ret[2].ego in Carboniani edicti*quæſtione litis cõteſtationẽ non requiri magis ex auctorita 74
te Bartoli arbitror quam quod nulla lege ſatis probetur.Addit idem Barto.in cauſa appel-
lationis neceſſariam non eſſe conteſtationẽ[3],tanquam ſufficiat ea, quæ in prima inſtantia
contracta fuerit[4]. quod intelligendum, ſi pars altera abſens ſit, aliàs vtraque præſente lis
omnino conteſtanda eſt[5].Et ſi alter detrectet,debet iudex comminari,niſi litem conteſte-
tur ſe pro conteſtata eam habiturum, quod Paul.Caſtr.reſpondit[6].quæ omnia in aliis cau
ſis defendi poſſunt[7].In hac verò poſſeſſoria ſatis putarim caſibus, quibus appellatio per-
mittitur, poſſe abſque conteſtatione definiri, præceptúmque illud ſeu comminationem
omitti, tametſi pars ſit præſens,quod ſentire videtur Barto. vt hoc ſaltem naturæ iudicij
ſummarij tribuamus,& quæ aduerſus iuris regulas ea appellatio inducitur. Subiicit idem
Doctor[8],quoties Iudici liqueat de cauſa ſpolij haudquaquam conteſtationem neceſſariã
ſicut enim parti permittitur incontinenti rem vnde deiectus eſt recuperare[9],quia hoc ipſi
recuperanti liquet.Idem ergo ſi & iudici liqueat. Vnde conſequens eſt, quoties euidentiſ-
ſime de ſpoliatione conſtaret,defendi Gulielm.Baldíque ſententiam poſſe, cùm in noto-
riis ordo ſit non ſeruare ordinem[10].ídque & Claud.hîc tradit. Illud quoque ſuprà diximus
reſpectu actoris non eſſe neceſſariam conteſtationem: quia, dato libello, cogitur in lite
perſiſtere,quod ex lege nouella retulimus[11],vt in odium ipſius deſiſtentis ad definitionem
perueniri poſsit, non tamen ſuprà ſcripto caſu deneganda ei eſſet emendatio, aut muta-
tio libelli, cùm verè lis conteſtata non ſit, quod Salic.cenſuit. Cæterùm præter ſuprà ſcri-
pta addunt Doctor.& alios caſus, quibus litis conteſtatio non videtur neceſſaria, ex qui-
bus Bald.ſi periculum in mora ſit, non expectandã conteſtationem diſputauit[12]. Etenim,
quoties † mora damnum immodicum factura eſt, recedimus plerunque à regulis iuris, 75
quod pluribus exemplis libro de verb.ſig.primo oſtendi[13]. Nec me mouet Alexan. ratio,
qua cauſa(inquit)damni infecti celeritatem deſiderat: quia periculum eſt in mora, & ta-
men in ea lis conteſtanda eſt[14].Reſpondeo,periculum illud non admodum graue eſt,cùm
reſarciri debeat,quicquid dãni,pẽdente iudicio,emerſerit[15].Intelligetur ergo Bald. ſenten
tia,cùm periculum eſt irreparabile,quod Claud.& alij tradiderunt.Sanè in iudicio,quo ad
tentata reuocantur, cùm de poſſeſsione tractatur, receptum quoque eſt conteſtationem
nullam requiri,ſeu in prima inſtantia,ſeu pendente appellatione nouatum ſit[16],cui conſe-
quens eſt, vt ſi Iudex aliquem in poſſeſsionem non ſeruato iuris ordine, neque lite conte-
ſtata miſerit,petatúrque reuocatio,non ſit neceſſaria conteſtatio[17].quod Bar.ait, & pleri-
que ſequuntur vt quæ de facto geſta perperam ſunt de facto quoque reuocentur[18]. Addit
Alexan.quoties Iudex ad certum tempus delegatus eſt, licere ei etiam lite non conteſtata
rem definire,ne in rei facultate ſit,eius iuriſdictionem eludere,diémque præfixam tergiuer
ſando eximere.ſicque conſtitutionem Pontificiam interpretatur[19], quæ ſententia proba-
bilis eſt,tanquam periculum tali caſu ſit in mora. is tamen intellectus à Doctoribus ea in
conſtitutione non ſat probatus eſt,receptiórque ille eſt, quo conteſtatam litem ibi aiunt.
Nec omittendum quod ait Innoc.licere epiſcopo eum, qui ſacerdotium abiurauit,confe-
ſtim abſque vllo iuris ordine vllâue conteſtatione poſſeſsione priuare[20]. Quo exemplo
ego generaliter conſtituendum arbitror, vt quibus caſibus poſſeſsio alicui cauſa indicta,
ſeu abſque citatione auferri poteſt, iiſdem & nulla conteſtatio requiratur[21], quod quate-
nus permittendum ſit, ſuprà expoſuimus. Illud quoque admonendi ſumus ſuprà ſcripta,
procedere, cùm interdicti quæſtio propoſita ſit, ſed ſi ad hoc ſolum agatur, vt cognoſca-
mus,quis actoris partes,pendente iudicio ſuſtinere debeat[22], quod poſſeſſorium ſumma-
riiſsimum vulgo appellatur[23],tunc nulla litis conteſtatio ſuper tali articulo requiritur,
imo nec citatio,vt aliqui exiſtimarunt[24].Enimuerò,& illud † quæſtionis eſt,quoties poſſeſ- 76
ſorio iudicio adiunctum eſt petitorium, an vtrunque eadem ſententia definiendum ſit? &
concludendum eſt debere vna ſententia definiri[25], niſi tamen priùs de cauſa poſſeſsionis
liqueat: quia eius definitio expectatione petitorij non erit retardanda[26], quæ ſenten-
tia antiquorum fuit[27], videtúrque receptior, vt ſicut iure ciuili ſeparatim poteſt ſuper
eo capite quod iudici liquidum eſt, pronuntiari, & aliud interim differri[28]: ita &
iure Pontificum dicamus, nec facile diſcordiam inter legiſlatores conſtituamus,
quicquid hîc ſcripſerit Bartolus, ſed quid ſi ex vna parte poſſeſſorium, ex alia peti-
torium intendatur? & putarim idem, vt priùs de poſſeſsione iudicetur, ſi de ea liqueat.
Nec me mouet Innocentij Decretalis[20]: quia in ea non ſolùm à diuerſis perſonis
intendebantur actiones, ſed etiam de diuerſis rebus alter ob damna ſibi illata alter ob
quãdam poſſeſsionẽ ſibi vi raptã,meritò propter naturam reconuentionis vna ſententia
omnino res vtraq; definiẽda eſt[30].Nec rurſus me mouet,quod & hoc caſu recõuentioni lo
cus eſſe debet[31].Reſpondeo cùm cauſa poſſeſſorij ſit*ſummaria,locus eſt reconuẽtioni ea- 77
tenus,vt ab eodẽ iudice res cognoſcatur non vt vno cõtextu definiat[32].quod ergo Bar.ait
recon

1 l.cùm proponas.C.de bo. auth.iud.poſsid.
2 Bar.l.fulcinius.§.j.ſ.e.tit.
3 l.fi.§.illud.C.de tẽp.appe.
4 l.ita demũ. C.de procur.
5 l.j.C ne lic.ter.c.Raynaldus.de teſta.
6 conſi.ccxv.in cauſa.
7 Rot.deciſ. viij.in nouiſ.
8 Bar.viij.fundo.
9 l.iij. §. cum igitur. de vi & vi.arma.
10 c.ad noſtram.de iureiur.
11 auth.qui ſemel.vbi Sali. C.quomodo.& quando iud.
12 l. ait prætor. §.ſi debitorem.quę in fi.cred.c.quoniã. vt lit.non conteſt.
13 l. de pupillo.§. ſi quis riuos.de no.op.nunt.
14 Bar.l.iiij.de dam. infect.
15 l. ſi finita. §. eleganter eo.tit.
16 glo.cl.ij.vt lit.pend. Abb. c.ex parte ij.de reſcr.
17 Barto. l. fi. C.de ed.diui. Ad.toll.ver.ſi verò non aliter.Alex.conſi.v.lib.ij.
18 glo.l.minor.de euict.
19 c.cõſultationibus.de off. deleg.
20 Inno.c.iij.in fi. de reſti. ſpol.Rom.conſi. ccclxxxiij.
21 Rot.in antiquis.cccxxx iij.Aret.l.j.§.ſi vir. ſ. eo.vbi dixi.
22 l.pen.de aq.quot.l. vt liberis.in fi.de lib.cau.
23 Paul.cõſ.iij.l ij. dixi ſupra.l.ſi priùs.de op. no. nũc.
24 Inn. c.cùm venient. de inſtit.cur.conſi. lx. in fi.
25 c. cùm dilectus. de cauſ. poſſeſ.
26 c.ij.eo.tit.vbi cau.
27 Pet.Cin.l.in certi.Rom. Imo.Iaſ.hic.Ab. c.j.de mut. pet.
28 l.non idcirco.de iudi. l. etiam.§.ex cauſa.de min.
29 c.ij.de ord.cog.
30 l.j.in fi.quę ſent. ſin. appel.
31 auth.& conſequenter.C. de ſent.vbi nota.
32 Bar.d.auth.



reconuentioni hoc caſu locum eſſe,etiam vt eadem ſententia definiatur,eo duntaxat caſu
defendi poſſet,cùm ex reſcripto Principis, vel ex ſtatuto etiam cauſa petitorij ſummaria
eſſet,quod Aret.hîc,& alij quidam docuerunt:quoties enim Priceps ſuo reſcripto cauſam
aliquam ſummariam efficit, locus eſt reconuentioni tanquam & aduerſarij cauſa effecta
ſit viciſsitudinis ratione ſummariam[1],quãto magis in caſu noſtro,in quo aduerſarij cauſa
(quia poſſeſsionis eſt)iure ſuo eſt ſummaria[2]: quod intelligo etiã ſi lis quod regulariter eſt
in ea cõteſtetur:nõ enim ideo minùs ſummaria eſt,quicquid hîc Bar.ſcripſit, quem Clau.
aliíque recentiores rectè improbant.Sed quid ſi prius de petitorio,quod raro contingit cõ-
ſtet:& illud prius videretur expediendum,quod Pet.& Cin.ſenſerunt[3]:at Bart.contra,pro-
pter naturam reconuentionis,quem ſequor,nihil enim impedit hoc caſu, quod cauſa poſ-
78 ſeſsionis*ſummatim tractetur cum iam de petitorio liqueat: vnde tantòminùs erit expe-
ctandum.ſed quid refert iudiciũ poſſeſsionis expectare,cùm per proprietatis cauſam eua-
cuetur[4]?Reſpondeo,poteſt non parum intereſſe partis,vt acceſsiones, expenſáſque conſe
quatur[5],quod & Alexander reſpondit[6].

1 l.iij.quod quiſque iur.gl. cle. ſæpe.verb. voluerit. de verb.ſignific.
2 Bar.extrauag.ad reprimẽdum.verb.ſummariè.
3 arg.l.qui prior.de iud.
4 l. j. in fi. de aq.quot. d. c. dilectus.
5 l.vtique.de rei vend.
6 Alex.conſ.xlv.iij.

## SVMMAE.

1 *Poſſidere vitio omiſſa deſinimus.*
2 *Interdicta mobilibus dari.*
5 *Poſſeſſionem variè condici.*
6 *Dominij exceptionem ex cauſis reſpui.*
7 *Poſſidentium, non ſibi, ſed dominis, remedia, & horum cauſa.*
8 *Redintegrandæ vis.*
11 *C. Cum ad ſedem. de reſt. ſpol. ſenſus.*
12 *Dominij probandi modi.*

1 REM, QVAE NOBIS. Rei vel furto,vel vi amiſſæ † poſſeſsionem
perdimus,niſi ea apud filium,vel ſeruum noſtrum ſit[7]. Quid, ſi apud de-
poſitarium,aut commodatarium ſit?Et ſi illi ſolùm animum inficiãdi ha
beant,adhuc poſſeſsio noſtra remanet,quod hîc Accurſ.ait[8].quòd ſi rem
ipſam inficiẽtur, tũc etiã poſſeſsione me priuãt[9],huiuſmodi enim infica-
tio quaſi furtum eſt[10].quòd ſi non ſolùm inficientur, ſed etiam cõtractẽt,
2 tunc verè furtum feciſſe dicuntur[11].Sed nunquid † pro re mobili amiſſa recuperanda, cõ-
petat nobis aliquod interdictum?Et Accurſ.negat[12]:quia rerum mobilium vilis,& abiecta
3 eſt*poſſeſsio[13].Qua ratione(ſi vera ſit)nec quidem retinendæ interdictum,vtrobi,compe
tere debuiſſet:& tamen competit[14],veriſimilis eſt noluiſſe legiſlatorem cauſam poſſeſsio-
nis à proprietate in his ſeparari:quia ſatis conſultum per alias actiones credidit[15].Sanè in
conſequentiam quandoque dari interdictum conſtat: cùm deiecto de poſſeſsione aliquæ
res quoque ſunt ablatæ[16],quod lege Iuſtiniani etiam inductum eſt, quoties rem vacantem
4 quis occupauit[17].Rei etenim appellatio etiam mobiles*compræhendit:vtitúrque lex exẽ
plo rerum furto ſubtractarum.At conſtat in ſolis mobilibus furtum committi, ſicque om-
nes recentiores hîc docuerint.Ad res quoque mobiles,conſtat competere ſaluianum inter
dictum,ſicut & illud de liberis ducendis[18]:quorum materia locis ſuis eſt reſeruanda. Addit
Bar.pro poſſeſsione rei mobilis condici poſſe,ſi is,qui agit,ius in re habeat, vt creditor, cui
5 pignus ablatum eſt[19].Quòd ſi ius nõ habeat,dum tamen poſsideret,adhuc † poſſeſsio con-
dici poterit,quandoque triticaria[20],quandoque condictione indebiti[21],quandoque condi-
ctione ex lege[22]. quas omnes condictiones ego incerti eſſe arbitror, cùm ad poſſeſsiones
duntaxat competant[23], quod & aliqui cenſuerunt. Sed an agenti condictione obſtabit ex-
6 ceptio dominij?Et putarim obſtare[24]:cùm † huiuſmodi iudicium perſonale,& ordinarium
ſit[25],niſi quòd receptori hominis fugitiui non videtur hoc indulgendum[26],ſicut nec ei qui
ſpoliaſſet,in eius enim odium,qui ſpoliatus eſt,cùm poſsideret, dominus quoque videtur
7 præſumendus[27],quod diſertè hîc Raph.docet.ſed in eo,qui † non poſsidet,putà commoda
tario,& depoſitario?Accur.Bar.& cæteri,dari eis officium Iudicis,ſeu actione in factum ex
tra ordinem ſuccurri,generaliter cenſuerunt[28].Quæ ſententia eſt probabilis,cùm aduer-
ſus furem ageretur[29]:qua in actione non tã poſſeſsio,quàm id,quod intereſt, perpẽditur[30],
vel cùm actione vniuerſali ageretur, qualis eſt petitio hæreditatis[31],vel cùm dominus eſt
abſens:quia ipſe experiri non poteſt[32].aliàs videretur ſecundum iuris regulas,eum debere
dominum admonere:vel ipſe agat,vel actiones ſibi cedat[33].Nec me mouet,quòd quamuis
lex ſimpliciter dicat colono, vel inquilino, non competere interdictum, Vnde vi[34], Do
ctor.tamen ex equitate officiũ iudicis dari exiſtimant[35]. nam id ego non facilè admiſerim
niſi cùm is qui ageret poſſeſsionẽ aliquã ciuilẽ,vel naturalẽ prętẽderet,vt quia donatũ ſibi
vſum domus diceret, in quo inquietaret: vt ſicut fructuario interdictũ,datur, ita huic vſua
rio officiũ cõpetat[36]:aliàs nulla ſubeſt ratio cur qđ interdicto nobis vetuit,ptor[37]. indiſtin-
8 ctè cõcedat officio.Subiiciũt Doct,hodie pro recuperãda † re ſiue immobili,ſiue mobili agi
reinte

7 l.iij.§.Nerua.ſ.eo.
8 l.iij.§.ſi rem.ſ.eo.
9 l.ſi quis rem.ſ.eo.
10 l.inficiando.ſ.de fur.
11 d.§.ſi rem.
12 l.j.§.ſi quis de naui.de vi, & vi arma.
13 l.ſi rem.ſ.eo.
14 l.j.§.vtrobi.
15 d.§.illud.
16 d.§.illud.
17 l.fi.C.vnde vi.
18 l.iij.de lib.exh.
19 l.& ideo. §. Neratius.de cond.fur.
20 l.j in fi.de tritica.
21 l.indebiti.§.j.de cõd.ind.
22 l. ſi coloni. C.de agri. & cẽſ.lib.xj.
23 l. vbi autem. §. ſi quis id qđ.de verb.oblig.
24 l.ſi de eo.§.fi.ſ.eo.
25 l.dolo.de dol.excep.Bar. l.pe.ſ.de cond.ob tur.cau.
26 d.l.ſi coloni.
27 l. ſi quis emptionis. §. ſed hęc.C.de pręſcriptio.triginta vel quadraginta ann.
28 l.fi.§.j.C.de furt.in gloſ. ver.rem furtiuam.
29 l.is.qui.ſ.loca.
30 l.ſi fur.ſ.de vſufr.
31 l.& nõ tantũ.de pet. hær.
32 l.j. C.ſi per vim.l.ſi longius.de iudic.
33 l. cùm in plures. §. meſſem.loc.
34 l. j. §. deiicitur. de vi,& vi arma.glo.l.ſi de fundo.C. loca.
35 Socin.conſi. xvij. in iij.
36 l.Aquilius. in fi. de don. Bar.l.de vſu.de var. & extra or.cog.
37 d.§.deiicitur.in fi.

reinte grandæ poſſeſsionis remedio poſſe[1],quod longe plenius, fauorabiliúſque eſt inter-
dictis:& ideo competit etiam contra eum,qui bona fide poſsideat,ſatíſque in eo eſt, ſi pro-
bet actor antiquiorem poſſeſsionem penes ſe fuiſſe.recentior enim præſumetur clandeſti-
na,ſeu vitioſa poſſeſsio[2].reſponſúmque ita extat variis conſiliis,quibus hæc ſententia,tã-
quam communis adſeritur[3].At Bar.hîc,quem noſtrates ferè crebriùs probant, hoc mode-
ratur,vt duntaxat procedat,quoties bonæ fidei poſſeſſor titulum ab auctore vitioſo habe-
bat,réſque ipſa effecta erat vitioſa,vt quia furtiua,vel per vim erepta[4].Idem, vt ego puto,
ſi per metum extorta[5],aliàs ſaluis iſtis caſibus, puto potiorem eſſe poſsidentis conditionẽ,
nec inquietari tali remedio redintegrandæ poſſeſsionis eum poſſe[6], ídque Iuliani auctori-
tate[7],cui Doct. non videntur mihi hactenus rectè reſpondiſſe. ſi enim ibi antiquior poſſeſ-
ſor, & quidem cum titulo non habet ius aduerſus poſteriorem, quantò minùs in caſu no-
ſtro huic antiquiori poſſeſsio reſtituenda non eſt,qui de titulo non docet:Adde quòd licet 9
aliqua ſit pro antiquiore poſſeſsione præſumptio,tamen*cedit poſteriori, quoties ea titu-
lo,ſeu bonæ fidei coniungitur[8].nec enim clàm poſsidere videri poteſt,qui titulo poſsidet[9].
taléque clandeſtinæ poſſeſsionis vitium perſonam dũtaxat adficit,nec ad ſingularem ſuc-
ceſſorem progreditur[10].Quod ſi verum eſt, illud remedium à Pontificibus fauore animæ
inuentum,iam aduerſus bonæ fidei poſſeſſorem inefficax eſſe debet,qui nullius peccati ſi-
bi conſcius eſt,nec quidem litis conteſtatæ tempore.Quod maximè adtendimus, vt actio
dari poſsit[11].præſertim,cùm nullus actoris titulus inducatur.Nec mouet,quòd mala*fides 10
in ſucceſſorem plerunque tranſit[12]:quoniam hoc reſpectu vſucapionis locum tantùm ha-
bet,quæ non ſimpliciter prohibetur,ſed in longius tempus differtur:non autem Publicia-
næ[13]:neque enim ſemper paribus paſsibus remedia hæc ambulant[14]. Ego fortiùs credide-
rim ca. illud redintegranda. nihil noui iuris inducere quod Innocen. quandoque ſenſit[15].
ſi enim†originalis Euſebij,vel Ioannis Papæ epiſtola videatur,vnde illud acceptum eſt:ſa 11
tis cognoſcetur aduerſus eos tantùm loqui,qui mala fide poſsidebãt, & epiſcopos ſuos vel
ſpoliauerant,vel ſede deturbauerant.Et ideo alibi ſimpliciter refert capitulum illud ad di-
ſpoſitionem iuris,dum legibus(inquit)ſunt redintegranda[16].Nam & ante conciliarem cõ
ſtitutionem,conſtat nullo remedio aduerſus tertium poſſeſſorem conſultum fuiſſe[17]:quod
falſum eſſet,ſi redintegrandæ iudicium competiiſſet.quicquid Gofre. comminiſcatur, qui
declaratoriam eam conſtitutionem ait,non autem noui iuris inductiuam:quam interpre-
tationem verba non patiuntur.Nam & cùm quis petiiſſet eccleſiam cum poſſeſsionibus ſi-
bi reſtitui ſanxit Pontifex obtinere non poſſe,niſi aduerſus eum,qui ſpoliauit,aut,vt id fie
ret,mandauit,aut ratum habuit[18].Atqui ſi verum eſſet ſupraſcriptum redintegrãdæ reme-
dium,debuiſſet obtinere,cùm petitio,concluſióque actoris,etiam tali iudicio cõueniret[19],
quicquid commentetur Soci.Addit alibi, Barto.[20],aduerſus hunc bonæfidei poſſeſſorem,
etiam iure ciuili prouiſum eſſe condictionémque triticariam.Itémque condictionem ex le
ge[21],competere.quod rectè Alex.& Iaſ.hîc improbant: cùm potior eſſe debeat poſsidentis
conditio,qui titulum habet[22], quíque dici non poteſt,cùm aliena iactura effectus locuple
tior,imò de damno vitando agit[23].

NEC SVAM QVIDEM POTEST. Quærunt hîc Docto.quemadmodum
quis probet ſe eſſe talis rei † dominum[24]: & tradunt aliquos huius rei modos. Primus eſt 12
per occupationem rerum, quæ ſui naturâ in nullius bonis fuiſſe poterant, ſicuti lapilli &
gemmæ[25], vnde conſequens videtur, vt licet regulariter ex poſſeſsione dominium, de
quo principaliter diſputatur, non præſumatur[26], tamen ſecus in hiſce rebus ſit. Sed an
idem ſit in agris incultis? & ſuprà negaui, ſed potiùs præſumi reipub. in cuius territorio
ſunt[27]. Sed quid in pecunia? & cùm hæc ab artificibus cudatur, non poteſt videri ſua na
tura in nullius bonis fuiſſe, quod hîc omnes tradiderunt: quibus & ego adſentior: niſi
aduerſus eum, qui quæſtionem dominij refricare nequeat, quod Barto. ſenſit[28]. Item,ni-
ſi is, qui conuentus eſt,poſsideat:præſumetur enim pro eo:niſi actor probet contrarium[29].
Ideóque ſi in nemore ſacculum pecuniæ inuenero,mea erit[30]: niſi, qui amiſit,probet eſſe
ſuam[31]. tenebor tamen procurare quantùm poſsim, vt inueniam eum,qui amiſit, illíque,
ſi probabilia indicia adtulerit reſtituam,ne aliàs furti nomine ſim alligatus[32]. Sed an, ne-
mine inuento, tenebor ad epiſcopũ adferre? Et dixerit ſcrupuloſior aliquis,teneri[33].quod
tamen lege vlla non probatur,nec quidem ſi in loco ſacro rei inuenta ſit[34]: niſi quoties
pecunia modo illicito,puta fœneratitia prauitate ab incertis perſonis extorta eſſet[35],vel cũ
de hæreditate peregrini agitur:nec eñ lucro hoſpitis eſſe debet,ſed quo iure vacãtia bona
ad principẽ deferũtur:eo hodie peregrinorũ ad epiſcos pertinet[36]. Alter modus eſt quoties
pdia tributaria biẽnio inculta vacarũt,pditur tali tẽpore & poſſeſsio & dominiũ[37].quæ ſen-
tẽtia iure dũtaxat veteri videtur procedere.cùm eñ vacãtiũ pdiorũ noĩe ad tributa ordo de
curionũ ciuitatis teneretur[38],& pleriq; hac cauſa ad pauperiẽ redigerentur, ideóq; ſolũ ver
terẽt[39]:neceſſariũ fuit,breui tẽpore rẽ definiri.vnde putarẽ etiã hodie hiſce in locis, quibus
prædia

1 iij.q.j.c.redintegranda.
2 c.licet cauſam. de prob.
3 Clau.& Iaſ.hic.
4 l.ſiue autem.§.hæc actio. de publicis.
5 l.ſi cum. §. aliquando. qđ met.cauſa.
6 Alex. conſil. cxviij. in ij. lxxxix.in v.Soc.xxxix.in iij.
7 d.l.ſiue.§.ſi duobus.
8 d.§.ſi duobus.
9 l.clàm.in prin.ſ.eo.l.ſi de eo.in fi.ſ.eo.
10 l.Põponius.§.cùm quis. vbi glo.ſ.eo.
11 l.ſi Titius.de verb.oblig.
12 authen.malæ fidei. C.de præſcrip.lon. tem. Bar. hic. & d.l.fi.§.j.C.de furt.
13 l.eum, qui.§. prætor.vbi Bar.de Publicia.vt hic.Alexan.docet.
14 d.§. cùm quis. vbi Doct.
15 c.cùm ad ſedem. de reſt. ſpolia.
16 c.j.iij.q.j.
17 c.ſæpe.de reſtit.ſpol.
18 c.cùm ad ſedem.de reſti. ſpol.
19 c.dilecti.de iud.Dec.con ſi.cxxxvj.
20 d.l.ſi coloni.
21 l.ſi me & Titium.ſi cert. pet.
22 d.§.ſi duobus.
23 l.ſi eum.ſi cer.pet.
24 l.cùm res.vbi Docto. C. de prob.
25 l.j.in prin.ſ.eo.
26 Bar. l.quidam.in ſuo.de condit.inſtit.
27 l.in agris.ſ.titu.j.dixi.in l.j.
28 l.nam & ſi fur.ſi cer. pet.
29 l.fi.C.de rei vend.
30 arg.l.iij.§.Nerua.ſ.eod.
31 d.l.fi.
32 l.falſus. §. qui alienum. de furt.
33 Bald. Alex.Iaſ.
34 gl.xiiij.q. v.c. ſi quid inueniſti.
35 glo.c.quia fruſtrà.de vſu. Doct.l.interdum.§. j.ſ. eod.
36 authẽ. omnes.C.com.de ſucceſſ.
37 l. qui agros. C. de omn. agro deſ.
38 l.j.C.eo.
39 l. generali. l. neminem. C.de decu.lib.x.



prædia omnia tributaria ſunt,ei conſtitutioni locum non eſſe,ſed legitimum.vſucapionis
tempus expectandum[1]. nec enim hodie curiales,tributa abſentium ipſi ſoluunt:vt tantus
rigor obſeruari debeat[2]. Tertius eſt modus,cùm officio iudicis facta eſt proclamatio: vt
quiſquis prætendat ius in tali re, intra talem diem compareat &c. & nemo comparuerit.
quæ ſententia duobus caſibus certa eſt. Alter, cùm is, qui fundum tributarium poſsideat
abeſt & conſtituto per edictum ſemeſtri tempore, nõ reuertitur[3],quod ſpeciale eſt in curię
fauorem,quæ aliàs de ſuo ad tributa teneretur[4].Alter eſt,cùm creditor etiam poſterior, iu-
re hypothecæ ſuæ,rem pignoratam vẽdit, & alius progammate admonitus comparere ne
glexerit,cenſetur remiſiſſe hypothecam[5],quod fauore bonæ fidei poſſeſſoris inductum eſt,
& quia ſaluæ remanerent creditori actiones,aduerſus principalem[6], & quia probabiliter
venditor pignoris ignorabat quenquam anteriorẽ eſſe,aliàs non per generale edictum,ſed
ſpecialiter admoneri ille debuit[7].Et cùm huiuſmodi caſus ſpeciales ſint,& contra regulas
communes inducti,non putarim extendendos eſſe[8]: nec iudicis præcepto ob talem negli-
gentiam dominium cuiuſquam amitti poſſe[9].Quid ergo de probatione dicemus? Et puta
rim,ſi quis probet poſſeſsionem,quia plerunque ex poſſeſsione dominium præſumimus[10],
ſi accedat etiam coniectura,quæ ex tali proclamatione oritur, tunc confirmari poſſeſsio-
nis præſumptionem,& generaliter dominium præſumi, vt quæ ſingula non proſunt,con-
iunctim inuenit[11].Qua ratione communiter hîc receptum eſt, ex huiuſmodi edictis, ſeu
proclamationibus,probari dominium, dum tamen excuſsio ſeu nuntij indagatio quoque
accedat[12].Sed an poterit deinde probari contrarium? Et non videtur dubitandum: quia
13 vna præſumptio*alij contrariæ cedit[13].Addit Raph.huiuſmodi edicto pupillos,& furioſos
& quorum res vſucapi non poſſunt,non compræhendi[14].Addo ego nec abſentes quidem,
qui tuto comparere non poſſent[15].Idémque videtur de hæreditate iacente[16]:qua tamen in
re aliter atque aliter ſtatutis municipalibus promiſſuri eſt,ad quorum verba ſimul.& ratio
nem ſemper reſpiciendum eſt.Addunt Pontificij,quamuis hodie non valeat ſtatutum,quo
14 creditor poſt certum tempus ad agendum* non admittitur[17], tamen ſecùs eſſe ſi iuberet
priùs proclamationes fieri:quibus elapſis,excluderet creditorem[18],videtúrque tali caſu tã
quam res pro derelicta habita fuerit, præſcriptione directum dominium acquiri[19]. Qua
tamen in re ampliùs deliberandum eſt. ſubeſt enim ratio prohibitionis, ne, ſcilicet, debi-
tor,qui malę fidei eſt,præſcribat,& rem alienam tenendo peccet[20].Nec tam veriſimile eſt
rem pro derelicta habitã, quàm edictum proclamationémue ad notitiam creditoris non
perueniſſe[21].

1 l.j.C.de vſuc. transfor.
2 Ang.Im.l.ſi ab eo.§.j.ſ.e.
3 l.locorum. C. de om. ag. deſer.
4 d.l.j.C.de om.ag. deſer. vt ſupra dixi.
5 l.ſi eo tempore. C. de remi.pign.
6 l.diſtractis. C. de pign.l. fi.ſ.& ſi præfatam. C.de iur. deli.
7 Bar.d.l.ſi eo.Alex. conſil. clvj.in ij.Barb.conſi.xv.
8 Ang.conſil.cclxxxix.viſo facto.
9 Bar.l.fi.in fin. C.de edict. diui Hadr.toll.
10 Bar.d.l. quidam in ſuo.
11 l.j.§.ij.vbi Bar. de quæſt.
12 l.ſi tamen.vbi Bar.in fin. de leg.ij.& l.in illa.de verb. oblig.
13 l.diuus.de in inte. reſt.
14 l.fi.C.in quib.cauſ.in integ.reſt.
15 clem. paſtoralis. §. cæterum.de re.iur. Bart.l.ſi quis ſub cõditione. de cõdi. inſt.
16 Iaſ. ſ.tit. j.l. ſi is, qui pro emptore.
17 c.fi.de præſcrip.
18 d.l.locorum.Felin.d.c.fi.
19 Bar.d. l. cùm res. ij. lect. Iaſ.l.traditiõibus. C.de pac.
20 d.c.fi.
21 auth.qui ſemel. C. quo. & quan.iud.

## SVMMAE.

2 ☞ *Poſſeſſionem variè amitti.*
6 *Dominij definiti etymon & vis, generáque. & acceptiones. 10. 15. 16. 17.*
8 *Dominium varie vetari, & minui. 11.*
12 *Dominij vtilis genera & effectus.*
14 *Quaſi dominij effectus.*

## LEX SI QVIS VI. §. DIFFERENTIA.

§.DIFFERENTIA. Faciliùs ergo poſſeſsio quam dominium perditur:cùm illa ſo
1 lo animo*abſquæ alio facto perdatur,etiam ſi id agatur, vt deinde reſtituatur:at dominiũ
ſolo animo non perditur:quia ſicut in eo acquirendo traditione poſſeſsionis opus eſt[22],ita
2 & in amittendo dimiſsio†poſſeſsionis eſt neceſſaria:item dominium,quod quis transfert,
vt incontinenti reſtituatur,non trãſlatum cenſetur[23].in dominio enim quod iuris eſt, plus
3 poteſt legis interpretatio,quàm in poſſeſsione*quæ facti eſt[24].Quid ergo ſi rei meæ poſſeſ
ſio apud alium nomine meo poſsidentem ſit? & ſicut tali caſu ſolo animo poſſeſsio non per
ditur[25],multò minùs dominium.Quid ſi ego non poſsideam,nec alius nomine meo? Et tũc
ceſſat ſupraſcripta ratio,poterítque nuda voluntate dominium amitti,tãquam rem, quod
in me eſt,pro derelicta habeam[26]. Quid ſi ego poſsideam rem conſtituámque nolle eius
eſſe dominus? Et Dinus Rain.Bar.Pont.Clau.amitti etiam poſſeſsionem aiunt,ceu neceſ-
ſarium quoddam antecedens[27].At Accurſius Iacob.Albe.Caſtr.Aret.contrariũ ſentiunt[28]
quæ ſententia verbis legis noſtræ conuenit. alias enim euidenter violaretur. Conuenit &
4 rationi, vt renuntians dominio*non cenſeatur renũtiare poſſeſsioni, cui adhuc inſiſtit[29].
quod Imol.& Alexan.aiunt, vt præſumptio, quæ ex retentione poſſeſsionis oritur præua-
leat[30],& quia nihil commune proprietas cum poſſeſsione habet[31], cùm aliqui ſint caſus,
quibus dominium,ſalua poſſeſsione,perdi poteſt[32]. Quod ergo dicitur,qui vult cõſequẽs,
5 velle*etiam neceſſarium antecedens:non procedit in re, quæ ſui naturâ ſeparatẽ cauſam
habeat,& quandoque non antecedat,quod Aret.hîc ſenſit:tunc enim potiùs actus ille con
ſequens remanet nullus[33],ídque ex præſumpta agentis mente. quod alibi Alexan. poſt Sa-
lic.docuit.Illud certum eſt,ſi quis ſimpliciter conſtituat, rem pro derelicta habere, intelli-
gi tam reſpectu dominij quàm poſſeſsionis:ideóque tunc legi noſtræ locum nõ eſſe[34],quod
non pauci hic tradiderunt: niſi tamen de re agatur, quam quis renuntiare nequeat,
vt cùm

22 l.traditiõibus.C.de pac.
23 l.qui ſic.de ſolu.
24 l. denique. ex quib. cau. maio.
25 l.peregre.§.quibus.ſ.eo.
26 l.j.& ij.ſ.pro dere.
27 l.illud.de acq.hære.
28 arg.l.iij.in fi.de ſer.ruſt. prædi.
29 l.an pars.ſ.pro dere.
30 l.Paulus.ſ.rem ra.hab.l. naturaliter.
31 §. nihil commune. ſ.de acq.poſſeſ.
32 l.iiij. C. de ædi. priua.l. commiſſa.de publica.l cum duobus. §. idem reſpondit. pro ſoc.
33 l.in vendendo.de cõtrahen.empt.l.fi.C.de hæred.inſtit.vbi Alex.
34 d.l.j.& ij.pro dereli.

vt cùm ſacerdos conſtituit ſe nolle habere ſacerdotium,nihil enim agit[1].nec reſpectu qui-
dem poſſeſsionis,vt Bald.cenſuit.qua de re alibi per pontificios[2].

DOMINIVM. Videndum in primis,quid ſit dominium. Et puto commodè ſic† fi- 6
niri poſſe.Eſt ius[3],atque auctoritas in re noſtra[4],vendicationem nobis,alióſque effectus pa
riens.Videtur autẽ dictum ἀπὸ τοῦ δόμεναι quod eſt dare : vt Pallada Græcus poëta ait,vnde
& vulgò dicimus,dare id eſſe* quod dominum transferre[5].Bar.tamen aliter definit,vt do- 7
minium ſit ius de re corporali perfectè diſponẽdi , niſi lex prohibeat.Prohibetur autem† à 8
lege quandoque propter imbecillitatem ætatis,vt in minoribus [6],quandoque , ne ius alte-
rius imminuatur,vt in emphyteuta,& beneficiario qui,inconſulto domino , alienare ne-
queunt[7]:quandoque vt iuſſus teſtatoris obſeruetur,vt in eo,qui ex cauſa prohibitus eſt alie
nare[8].Idem ſi lex iuſſerit,vt cùm mandat digamæ,vt reſeruet donata filiis prioribus [9] , vi-
detúrque ex ſupraſcripta definitione dominium* in rebus incorporalibus proprie nõ eſſe, 9
ſed quaſi dominium:ſicut & in eis non poſſeſsio ſed quaſi poſſeſsio eſt[10],quod & Bar.tradit:
lex tamen ſimpliciter dicit nos poſſeſsionem,itémque dominium vſusfructus habere [11], &
alibi actionis perſonalis dominium,apud mulierem eſſe [12].Sed quotuplex dicemus eſſe do
minium?& Bar.receptiore† ſententia tradidit,duplex eſſe.Aliud enim directum,aliud vti- 10
le appellari[13].At alij vnicum duntaxat dominium eſſe dixerunt , cuius pars ſit illud , quod
vtile dicitur,imminuit enim alterius vtilitatem[14]:quæ controuerſia magis verborum,quã
effectus eſt.Eſt ergo directum dominium plenarium,quotieſcunque nullus alius in ea re ius
habet [15]. Etenim dicitur ea res pleno iure ad nos ſpectare , quæ nulla ex parte imminuta
eſt[16].ſanè imminuitur id† dominium quandoque maximum in modum,vt cùm alius non 11
tantùm poſſedit rem ipſam,ſed etiam lõgiſsimo tempore præſcripſit , quo caſu omnis eius
effectus,legis auctoritate euaneſcit[17].ſi verò mala fide præſcriptum eſt, licet aduerſus præ-
ſcribentem ſit,ad huc inutile tamẽ aduerſus quemlibet alium extraneum , apud quem res
reperiretur,poſſet reuiuiſcere [18]:quia non liceret illi de alterius præſcriptione aduerſus do
minium ipſum obiicere [19] . Imminuitur etiam , ſed minus , quoties alius in ipſa re ius vtile
prætendit,vt quia res in vectigal ſeu emphyteuſin ſit data [20], vel in clientelarem fiduciã[21],
vel etiam alius in ea ſuperficiarius ſit conſtitutus[22].Idem ſi ad longum tempus exiſtat con
ductor:hîc enim actionem vtilem in rem habet[23].imminuitur rurſus per ſimplicis poſſeſsio
nis alienationẽ: vt cùm alius vſumfructũ in re ille habet[24],quo caſu ipſe fructuarius natura
liter dominius ciuiliter poſsidere dicuntur.qua de re ſuprà[25].Hũc pertinet,& ſi quis fructus
talis fundi vendidit per centum annos , remanet enim vtilitas domini interim inanis : niſi
quod habet pretium.Súntque, qui adfirment , poſſe. hoc modo contrahi etiam ab emphy-
teuta,nec ideo iuſtè cõqueri dominum[26].qua de re alibi.Sed quid, ſi alius iure proprio poſ-
ſeſsionem habeat?Et tunc etiam dominij effectus imminui cõſtat,vt ſi ego quidem ſim do
minus,tu verò ſis exceptione tutus:putà,quia promiſerim tibi habere licere [27] : vel tranſe-
gerim,rémque tibi dimiſerim.quo caſu vtilis tibi in rem actio dabitur[28].Conſtat autem ta
le dominium penes me inutile fore:niſi quatenus vel tu nõ exciperes, vel ab extraneo ego
vendicarem,vt ſuprà dixi,cui non eſt abſimile,quod de eo relatum eſt, qui cùm dominus
eſſet,vendicationem ceſsit,ait enim Bar.ceſsionario quidem vtilem actionem competere
tametſi vtile dominium non habeat[29].At hîc videtur ſentire oppoſitum , tãquam quoties
lex ait,vtilem actionem dari,conſequens ſit,& vtile dominium ſubeſſe [30]. Ego diſtinguen-
dum puto,vt ſi tranſlatio vtilium actionum,legis auctoritate fiat,dicamus & tranſlatũ vti-
le dominium eſſe[31],ſi vero ex contractu fiat,ſecùs ſit [32], vt priùs dominium non cenſeatur
tranſlatum.quàm poſſeſsio rei penes ipſum ceſsionarium fuerit [33].Et hæc quidem de dire-
cto dominio ſatis.quibus conſequens eſt,vt etiã cognoſci varia vtilis dominij natura poſsit. 12
Aliud enim† eſt,quod directo aduerſatur,nempe quod per longi temporis poſſeſsionẽ quæ
ſitum eſt,quod & verum dominium appellari poteſt[34] , dici túrque is, qui præſcriptione
tutus eſt,pleno iure dominus eſſe [35].poteſt & proprietarius appellari[36]:lex tamen non ſim-
pliciter acquiſitione,ſed adiectione dominij eum eſſe ſecurum ait [37]. qua de re alibi dixi[38].
Aliud eſt,quod directum agnoſcit,illíque ſubiicitur,quale eſt emphyteutæ,clientis,& ſimi-
lium:& tales quoque( vt ego ſentio )poſſunt rectè proprietarij vocari,quia lex dicit habere
eos poſſeſsionis proprietatem [39]. ideóque & perpetuarij appellantur: quia ius perpetuum
habent[40],qua de re ſuprà dixi[41].Quid ergo,ſi emphyteuta alium emphyteutam etiam cõ-
ſentiente domino , conſtituit?Et alibi dicitur , nihil iuris primo emphyteutæ relinqui [42].
ideóque laudatiuum* primo domino ſaluetur,quoties ille alienauerit [43] : quod intelligen- 13
dum,ſi primus emphyteuta omne prorſus ius à ſe abdicauit.quod ſi canonem ſibi ſecundo
ſolui conuenit ceſſat ratio ſupràſcripta : ideò que laudatiuum ipſi præſtandum eſſet. Rur-
ſus intelligendum,niſi is,qui in fiduciam vniuerſitatem caſtri haberet , alium fiduciarium
in re particulari conſtitueret , haberet is vtile dominium inferius , concedens verò ſupe-
rius,quod Bald.tradidit [44], vt cùm Dux Mediolani, qui Imperatoris eſt beneficiarius, ali-
quod

1 c.quod in dubiis.de renũ. vbi Bal.
2 Bar & Alex.hic.in fi. Bal. conſi.v.de renuntiat.
3 l.quæſtio.de verb.ſignif.l. ſtip.ita.§.queſitũ.& §. ſi qui. de ver.
4 l.fi.de pig.act. Bar.l.j. de iuriſdi.om.iu.ver.ad huius.
5 §.ſic itaque.Inſtit. de act.
6 l.j.de reb.eo.
7 l.fi.C.de iure emph.
8 l.filiusfa.§.diui. de leg. j.
9 l.fœminæ.§.illud.C.de ſecund.nup.
10 l.ſeruus qui . §. incorporales.ſ.tit.j.Bar. l. in venditione.de bon.aut.Iud.
11 l.iij.ſi vſusfr.petat.
12 §.illud.in auth. de æqua. dot.
13 l. poſſeſſores.in fin. C. de fund. patrimo.lib.xi.
14 arg.l.iiij.de vſufr.
15 l. ſi ita ſtipulatus fuero §.j.de verb.oblig.
16 Bald.conſ.ccxciij.in iiij. Abb.c.cùm inter. de re iud.
17 glo.l. ſi ædes. in fi. de ſer. vrb.præd.
18 l. cùm ſeruum. vbi Aret. C.de ſer.fug.
19 l.ſi quis emptionis.§.j.de præſcrip.xxx. vel xl. anno.
20 l.j.ſi ag.vect.
21 ca.j. §.j. de inueſt. de re. alien.fact.
22 l.j.ſ.de ſuperficie.
23 Bar.l.pe.§.ij.de leg.ij.
24 l.ij.vbi Bal.de condit.inſtit.l.cuiuſcunque. §. fin. de vſufr.
25 ſ.d.l.naturaliter.
26 l.neceſſario.§.fi. de peri. & com.Bar.l. vſufructu. ſol. matr.
27 l.ſtipulatio iſta. in prin. de verb.oblig.in gl.ver.ſucceſſores.
28 l.ſi ſuper.in fi.l.ſi pro fundo.C.de tranſac.
29 l.fi.C.de hær.vel ac.vẽd. vbi Bar.
30 gl.j.ſ.de edend.Bal.l.per diuerſas.q.xj.C.mand.
31 l.ſi culpa.de rei vendi. l. idémque.in princ.ſ. qui potio.in pig.cum glo.
32 d.l.fi.l.ſi ſponſalibus. §.j. de iu.do.glo.l.iij.fam.erciſ.
33 §.interdũ.Inſtit.de re.diuiſ.l.traditiõibus.C.de pact.
34 Bar.l.j.ſ.eo.
35 l Iulianus.in fi.ff rei vẽd.
36 Bal.l.ij.de cond. inſtit.
37 l.iij.ſ.tit.j.
38 d.l.traditionibus.
39 l.locorum. C. de om. ag. deſ.lib.xj.
40 l.j.C.de off.co. ſa.pall.
41 d.§.nihil commune.
42 glo.l.j.in fin. C.vti poſsi. in l.emptor.in fi.C.de hære. vel acti.vend.in glo. fi.in fi.
43 glo.l.fi.C.de iur. emph. verb.aliis.Alex.l.ex eſſe. ad Trebell.
44 l.cæterùm.in fi. de iudic.



quod caſtrum iure clientelari dat militi. Aliud eſt vtile , quod directo adhærens eſt , quale
illud ceſsionarij , qui quandoque etiam directas actiones nomine domini intendit [1]. quip-
pe non impedit,quin ſolutio domino fieri poſsit [2] : niſi in tribus caſibus, vt ibidem notatur
videtur tale dominium ceſſum directo hærere ſaluo tamen effectu [3], cùm ab eo peruene-
rit. imò idem cum illo ſit : niſi quod diuerſitate perſonarum quibus cohæret , diſtinguitur.
Eſt & aliud dominium , quod legis interpretatione in alium tranfertur , cùm alius ſecun-
dum regulas communes ſit dominus [4], vt in re quam qui ex militis pupilli , eccleſiæ pec-
cunia emit [5]: vel quoties æquum legiſlatori viſum eſt , vt dominij vtilitas in alium transfe-
ratur [6]. qua de re alibi [7]. Sed de hoc quoque hactenus. Sunt tamen , qui vtile dominium
appellent,quaſi dominium,quod Bartolus improbat,& per quandam æquiuocationem ſic
14 dici arbitratur [8], cùm quaſi † dominium ſolùm de eo accipiamus , cuius nomine actio Pu-
blicana nobis competit [9]. Ego ſicut rerum incorporalium non poſſeſsionem , ſed quaſi
poſſeſsionem habemus [10], ita & non proprie dominium , ſed veluti dominium illius iuris
nos habere arbitror [11] : nec malè loqui , qui ita loquitur tametſi quandoque lex dicat iu-
rium nos poſſeſsionem dominiúmque habere [12] quod ſuprà teſtatus ſum. Et hæc quidem
15 ſunt dominij ſignificationes. Cæterùm eſt & alia dominij ſpecies † quam Doct. hîc omit-
tunt,ego figuratam appello , vt cum dominium κατ᾽ ἀχρηστικῶς pro maieſtate accipitur [13]
id eſt, ( vt vulgo dicimus ) pro maioritate & ſuperiore quodam principum iure [14]. de quo
alibi multa [15]. Huc pertinet & dominium , quod viduæ in domo mariti habent , quas ipſi
iuſſerunt eſſe dominas rerum ſuarum , & vſufructuarias. Ex Bulg. enim interpretatione
16 maieſtatem † præminentiámque intelligemus , vnà cum alimentis [16]. Vnde & mos vete-
rum fuit,vt vxores , dominas vocarent , & illæ viros , dominos [17]: quod & generaliter in
aliis quoque obſeruatum fuit [18] , vt eſt apud Senecam , Plinium , Martialem & cæteros.
17 Quandoque † κατὰ πρόληψιν id eſt anticipationem , dominium accipitur , vt cùm dici-
mus, mulierem nuptam habere dominium rei dotalis [19], vel filiumfamiliàs habere domi-
nium rerũ paternarum [20] veriſsimile enim eſt,moriente marito,vel patre, eos futuros do-
minos qua ratione mulier ceu locuples , non tenebitur ſatiſdare. tametſi filiusf. teneatur,
qui tam firmum ius non habet [21]. & hæc quidem ſatis.

1 d. l. emptor. vbi Doct.& Dec.l.ſi duo.de ſolut.
2 l.iii.C.de nouat. doct.d. l.ex aſſe.
3 l.ſi filius.§.j.Quod cũ eo.
4 arg.l.qua ratione.§.literæ.ſ.tit.j.
5 glo.l.idémque.ſ. qui potio.in pig.
6 l. j. C. de dona. quæ ſub mod.l. qui mortis.ſ. de donat.cauſa mor.
7 l.in bello.§.ſi quis ſeruũ. de capt.glo.l. ei , qui ita.de cond.inſtit.
8 Bar.l.minor.§.j.de euict.
9 aliæ.inſtitut.de actio.
10 l. ſeruus qui. §. incorporales.ſ.tit.j.
11 l.ij.§.quadam.de interdict.
12 l.iij.ſi vſusfr.pet.
13 l.non dubito.de capt.
14 ca.j.§.illud.de prohibi. feud alienat.per Fed.
15 Guid.pap.q.clj.
16 glo.auth. hoc locum.C. ſi ſecundo mul.nupſ.
17 l.fi.§.j.de aur.&arg.leg.
18 l.Neſennius.ad l.Falc.
19 l.in rebus.C.de iure dotium.
20 l. in ſuis. de liber. & poſthum.
21 l.ſciendum.§.ſi fundus. qui ſatiſd.cogant.

SVMMAE.


1 ☞ Poſſidet nobis procurator.
2 L. Quod meo. ſenſus. 13.
3 Poſſeſſionis per alium quærendæ modi.
5 Precarij vis.
6 Conſtituto niſi ex cauſis , poſſeſſionem transferri. 8. 11. 15. 16. 19. 20. 21.
9 §. Quibus. l. peregrè. reſtringi.
12 Iuriſditionem conſtituto transferri.
14 Poſſeſſionis probandæ inſtrumenta.
18 Conſtituti vis.
22 Conſtituto poſſeſſionem non transferunt adminiſtratores.


1 QVOD MEO. Rei à nobis poſſeſſæ † alium poſſeſſorem facere poſſu-
mus,ſi conſtituamus eius nomine nos poſsidere:cenſetúrque ille per nos,
tanquam per procuratorem poſsidere. clarum autem eſt poſſe procurato
rem domino poſſeſsionem acquirere [22]:nec alia ceſsione opus eſſe[23]:cùm
2 nudum miniſteriũ præſtet.Sed an † eadem poſſeſsio ſit,quę de conſtituen-
te in dominum tranſeat,& hîc videtur probari non eſſe eandem, imo illa
conſtituẽtis extinguitur, & in perſona domini noua incipit [24]. Sed quomodo citra animũ
3 ſeu factum † domini poteſt ei quæri poſſeſsio [25]: reſpõdeo,ſufficit generalis animus qui ad-
fuit,cùm procuratorem conſtituit [26]. quòd ſi procurator nõ ſit,requiritur ratihabitio:quia
lex ait acquiri nobis volentibus [27] , ergo voluntas probanda eſt. nam & in caſibus,quibus
abſenti quæritur,ſemper intelligitur ſi voluerit [28], qua de re infra.Sed quænam hæc poſſeſ-
ſio eſt,quæ per clauſulam conſtituti transfertur ? & fuêre qui fictam commentitiámq; poſ-
4 ſeſsionem crederent [29]. at Bart.veram * poſſeſsionem transferri cenſuit, licet per modum
à iure fictum inducatur [30]: lex enim eum , qui per conſtitutum poſsidet , propriè poſsidere
ait [31]. quod & lege noſtra ſatis probatur,receptiſsimáque hæc eſt ſententia , adeò vt etiam
in pœnis ei locum eſſe Salic.Iaſónque ſenſerit [32]: cui cõſequens & illud eſt, vt per conſtitu-
tum ciuilis naturalíſque poſſeſsio transferatur,quod Alex.hîc tradit:vt enim hîc dicitur is
qui ſe noſtro nomine prouidere cõſtituit,noſter procurator eſt:at dubium nõ eſt per procu
ratorem nos & ciuiliter & naturaliter poſsidere [33], cùm ipſe ſolùm rem detineat.ſanè quo-
ties lex fraudis ſummouendæ cauſa corporalem poſſeſsionem requirit[34],hæc quæ eſt cõſti
tuto transfertur,nõ ſufficit[35]:hactenúſq; dici poteſt nõ vera eſſe poſſeſsio. Sed & ſi quis nõ
5 ſimpliciter ſed † precariò conſtituerit ſe poſsidere, nõ cenſetur omnem poſſeſsionem in do
minum tranſtuliſſe [36]. habebit enim dominus duntaxat ciuilem poſſeſsionem,procurator
verò naturalem,quia qui precario poſsidet , naturaliter poſsidere dicitur [37]:vnde traditur
vulgò

22 l.j.C.eod.l. ea quæ ciuiliter.ſ.tit.j.
23 l.poſſeſsio.§.fi.ſ.eod.
24 l. ſi is qui pro emptore. §.pe.ſ.tit.j.l. pomponius:§. cùm quis.ſ.eod.
25 l.quemadmodum.ſ. eo.
26 l.j.§. item acquirimus. ſ.eod.
27 d.l.ea quæ ciuiliter.Di. conſ.xv.
28 l.certi cõdictio.§.ſi nũmos.ſi certum pet.Bar.l.frater à fratre.de cond.indeb.
29 l.j.vbi Bald.C. de ſuffr.
30 Bar.d.l.ſi is qui.in fi.
31 l.certè.§.j.de precar.
32 Iaſ.l.iij.§.ſi rem apud.ſ. eod.
33 d.l.j.§.per procuratorẽ.
34 d.l.j. C. de ſuffr.l.pe. in prin. C.de bon.profer. proſcrip.
35 Bar.l. poſt contractum. de donat.in l.Titia.de verb. oblig.
36 glo.l.Iulianus.§.ex vendito. de act. empt. Iaſ.l. ab emptione.ff.de pact.
37 l & habet.§.cum qui.de precar.

vulgò plerunque vtiliorem ſimplicis conſtituti clauſulam eſſe, quam ſi precarium adda-
tur[1]. Finge ergo, obligaui tibi omnia bona mea, eáq; conſtitui ſimpliciter nomine tuo poſ-
ſidere, ſi deinde aliquam rem vendiderim, & emptoris nomine rurſus poſsidere conſtitue-
rim, non cenſebitur in eum tranſlata aliqua poſſeſsio: quia cùm ego ſolùm detineam, non
poſſum in emptorem transferre poſſeſsionem, quā non habeo[2]. quòd ſi à creditore preca-
riò poſsidere me conſtituerim, tunc perſequens conſtitutum naturalem, quam habeo, in
emptorem transfero[3], & conſequenter creditorem etiam poſſeſsione ſua ciuili priuo, quę
ſuper mea naturali quieſcit, ídque receptior habet ſententia. Illud tamen conſtat quomo-
docunque debitor clauſulam cōſtituti conceperit, ſi per actum verum, ſeu corporaliter in
alium transferat cenſeri priorem poſſeſsione ſua priuare[4]: in hócque corporalem tradi-
tionem ab ea, quæ ex ſupraſcripta clauſula fiat, diſtare[5]. vnde cōpetet priori creditori con
dictio ex lege ad reuocandam poſſeſsionem[6]: nec poterunt extranei poſſeſſores tali caſu
excuſsionis beneficio ſe tueri, quod receptior habet ſentētia[7]: niſi tamen debitor per clau
ſulam precarij naturaliter poſſediſſet, ídque precarium eius morte finitum proponeretur,
quod Pont. ex facto reſpondit, & aliqui ſecuti ſunt[8], ego verum arbitror, ſi hypothecaria
dūtaxat creditor agat[9], nō ſi condictione ex lege quoniam in ea ſimpliciter dicitur quem-
piam, ſeu quemlibet alium cōueniri[10], intelligúntq; Doct. abſq; alia debitoris excuſsione.
Nec obſtat, quod precarium morte ſit finitum, quia nō ideo purgatur vitium accipiētis in
damnum poſſeſſoris[11]. erit ergo dictæ cōſtitutioni locus nō ſolùm in precario (qua in re du
bitat Corneus)[12], ſed etiam vim finito precario, vt ego ex mente Doctorum arbitror[13]. Sed
quid, ſi is, qui † cōſtituit ſe poſsidere in fundo nō ſit? & tunc per conſtitutum nō videtur trāſ- 6
ferri naturalis poſſeſsio, quam ipſe cōſtituens non habet[14], niſi in eo fundo colonū habeat,
etenim cōſtat per colonum naturalem poſſeſsionem nos retinere[15], ego tamen ſuprà cen-
ſui: tametſi quis in fundo non ſit nec colonum aliquem reliquerit, animo tamen naturalem
ſuam poſſeſsionem cōſeruare. quod Azo tradiderat, & quidam alij[16]. Quid ergo, ſi quis ci-
uiliter duntaxat poſsideat, nunquid per hanc clauſulam poſſeſsionem ciuilem transferet?
& Bar. cenſuit transferri[17], vt ſicut is, qui ciuiliter poſsidet rem conducēdo ciuilem illam
transfert[18], ita & in cōſtituente dicamus. Nec obſtat, quòd tranſlationi poſſeſsionis videa
tur neceſſarius corporalis actus[19]: quia ſufficit ſemel interueniſſe, cùm cōſtituens ipſe poſ-
ſeſsionem acquiſiuit[20]. trahitur enim ea acquiſitio etiam ad eum, cuius nomine deinde cō-
ſtituit ſe poſsidere: ſicut, re appręhēſa nomine noſtro ſufficit, ſi poſteà ratum habeamus[21].
arbitrórque ego hoc veriſsimum quicquid hîc Raph. & Aret. controuertantur, quos rectè
Claud. cōfutat. nec enim dubitandū eſt, quin, ciuilis poſſeſsio per actum ciuilem rectè trāſ-
feratur. probabilior enim fuit dubitatio in naturali, quæ facti eſt, & ſecundum regulas ciui
les non reſtringitur[22], quam tamen ſuprà cōcluſimus transferri. Sed nunquid fiet tranſla-
tio hæc per conſtitutum, etiam ſi nullus titulus præcedat? & Accur. ſenſit requiri titulum,
vt ſicut dominium abſque titulo * transferri nequit[23], ita & in poſſeſsione dicamus[24]. Sed 7
Din. Bar. cæteríque contrà: cùm enim transferatur poſſeſsio etiam ex titulo à lege prohibi
to[25], conſequens eſt, vt eadem ratione ex nullo tranſire poſsit: nec enim quicquam referet
quis nullum titulum, an reprobum habeat[26]. nam & videmus prædonem, occupatorémq;
violentum nihilominùs poſſeſsionem acquirere, & cōtra quemlibet, præter eum à quo vi,
clàm, precariò poſsidet, tutum eſſe[27]: & tamen huiuſmodi homines titulum nullum ha-
bent, veráque eſt hæc ſententia: nec arbitror ego aliud ſenſiſſe Accurſium. vt enim adfirma
tiuè verum eſt cauſas, quæ dominio transferrendo ſufficiunt, eas & transferendę poſſeſsio-
ni ſufficere[28]: ita è contrario falſum nō eſt aliquas cauſas tranſlationi poſſeſsionis ſuffice-
re: ex quibus tamen dominium nō transferetur, ſicuti cauſa conductionis, vel precarij[29],
vel nudi cōſtituti, vt in lege noſtra. Poteſt etiam defendi Accurſius, vt tunc demum clauſu
la conſtituti in inſtrumento tranſlationis dominij adſcripta, transferat poſſeſsionem, cùm
contractus principalis tenet[30]: alioquin, illo infirmato, etiam hæc clauſula, quæ cōtractui
cohæret, euaneſcit[31]. vnde & conſequens eſt, vt quoties conſtituens idem eſt dominus, ta-
li clauſula non transferat poſſeſsionem: niſi cauſa tranſlationi dominij ſufficiens adſit[32],
quod Bart. hîc ait, & nos ſuprà diffuſiùs adtigimus[33]. Sed quid, ſi is, qui † conſtituebat per 8
alium poſsidebat, & videretur tali cōſtituto poſſeſsionem nō transferri, ſicut nec tali caſu
nuda volūtate amittitur poſſeſsio, ſed tum demum cùm alius corporaliter occupauerit[34],
ſed tamen Bart. quem cæteri ſequuntur, aliter ſentit, locúmque legi noſtræ & hoc caſu eſſe
arbitratur, vt ſicut conſtituens per colonum poſsidet, ita dominus per conſtituentem tan-
quam procuratorem: nihílque referat, quòd colonus ſit huius cōſtituti ignarus[35]: nec vlla
ratio differentiæ ſit, an de acquirenda, an de cōſeruanda poſſeſsione tractetur. Quod ergo
dicitur in re, quam † per alium poſsidemus, nō amitti poſſeſsionem, niſi poſt corporalem 9
occupationem[36], nō procedit cùm non principaliter de amiſsione, ſed de tranſlatione in
alium tractamus: quæ tranſlatio ſpōte noſtra fiat[37], receptáq; cōmuniter hæc eſt ſententia,
quam

1 Alex. l. interdum. ſ. eod.
2 l. quamuis. §. j. ſ. eod.
3 l. interdū. §. fi. ſ. eod. vbi Alex.
4 l. iij. §. quod ſi ſeruus. ſ. eodem.
5 l. peregre. §. fi. ſ. eod. vbi Doct.
6 l. fi. C. eod. verb. quempiā alium.
7 Alex. l. exitus. ſ. eo. Corn. conſ. cxxviij. in ij.
8 Rom. conſ. clxxxix. in fi. Iaſ. §. item ſi quis in fraudē. inſtit. de action. verſ. iij. limit.
9 auth. hoc ſi debitor. C. de pignor.
10 d. l. fi.
11 d. l. fi.
12 Corn. conſ. lv. in iij.
13 Mod. tract. de pign. vj. par. j. membr. nu. li.
14 l. clàm. in fi. ſ. eod. Alex. d. l. interdum.
15 l. ſi de eo. §. j. l. ſi colonus. ſ. eod.
16 ſ. in l. j. vbi dixi.
17 l. quædam mulier. de rei vend.
18 l. qui bona. in princ. eod. l. ſi quis ante. ſ. eo.
19 gl. hic verb. miniſterio.
20 l. ſi me in vacuam. vbi Aret. ſ. eod. gl. l. ſi rem. ſ. eo. Claud. hic.
21 l. communis ſeruus. §. fi. ſ. eod.
22 l. j. §. ſi vir vxori. ſ. eod.
23 l. nunquam. ſ. tit. j.
24 l. iij. §. genera. ſ. eo.
25 d. §. ſi vir vxori.
26 l. eleganter. §. qui reprobos. de pig. act.
27 l. j. in fi. ſ. vti poſsid. l. clàm. in fi. ſ. eod.
28 d. §. genera.
29 l. qui bonę. l. interdum. in fi. ſ. eod.
30 Bal. rubr. extra de cauſ. poſſeſ. Alex. & Iaſ. d. §. ſi vir.
31 l. ſi quis ante. verſ. quod ſi nummo. ſ. eod.
32 l. ei, à quo. ſ. tit. j.
33 d. §. ſi vir vxori.
34 l. peregre. §. quibus ſ. eo. l. j. §. non autem. ſ. de vi, & vi arm.
35 l. qui vniuerſas. in fi. ſ. eod.
36 d. §. quibus.
37 glo. d. §. non autē. doct. l. iij. §. quod ſi ſeruus. ſ. eod. vbi Iaſ.



quam à Pontani argumentis Aretinus, Alex. cæteríq; defendunt. Sed quid, ſi cùm fundum
pleno iure poſsiderem, eius vſumfructum tibi conceſsi, eúmq; conſtitui tuo nomine poſsi
dere? & non videretur vſusfructus poſſeſsionem tranſlatam, nec enim penes me ſeruitu-
tis illius poſſeſsio vlla fuit[1], vnde nec eam trāſtuliſſe videri poſſum[2]: nec ego, qui ſeruitutē
hanc tibi debeo, videri poſſum iuris poſſeſsionem in ea habere[3], ne eadē in perſona actio
paſsióq; conſiſtat[4]. Nec quicquam facit, quòd retentio vſusfructus traditionem poſſeſsio-
nis inducit[5], quia hoc verum eſt, cùm qui plenā proprietatem habet, vſumfructum ſibi reti
net, ea retentio vim traditionis, nō autem patientiæ habet: at ſupraſcripto caſu nō niſi pa-
tiendo vſusfructus cōſtitui poteſt[6], ita Aret. & Claud. cēſuerunt. Sed Bar. aliíque contra re-
ceptiore calculo, cuius ſentētiam & ipſe ſequor: qui enim pleno iure poſsidebat, etiā vſum-
fructum cauſalem habebat[7]: vnde concedēdo alteri videtur cauſalem illum in formalem
trāſtuliſſe: meritò ergo cōſtitutum efficax erit. & quamuis videatur hæc diuerſa, lex tamen
propter magnā ſimilitudinem, quam ſimul habent, pro iiſdem accipit[8]: vnde quamuis in-
10 ter diuerſa iura nō ſit locus iuri * adcreſcēdi[9], tamē hæc iura mutuò ſimul accreſcunt[10], &
alterum alterius vice fungitur[11]. nec dubitandum eſt, quin per tale cōſtitutum transferat
proprietarius naturalem poſſeſsionem, quam habebat in fructuarium: cùm fructuarius na
turaliter poſsideat[12], at ex huius naturalis tranſlatione ius vtēdi fruendi ipſi quęritur per-
inde ac ex domini patientia[13]: quod alibi Soc. tradidit[14]. Sicut & ex rei corporalis tradi-
tione ius feudi trāſferri cenſetur[15]. Sed an idem in emphyteuta ſit: vt dominus, qui directū
dominium habet, vtile transferens, & rem ipſam nomine emphyteuſeos poſsidere conſti-
tuens, dicatur poſſeſsionem in eum trāſtuliſſe, & Bar. idem eſſe reſpōdit[16], ídq; etiam ſi do-
minus ipſe ciuiliter duntaxat poſsideret, vt ſpecialiter hoc caſu trāſferat dominus poſſeſsio
nem naturalem, quam ſeparatim nō habet, ſed arbitrio ſuo propter ciuilem producere po-
teſt[17], vt qua ratione vtile dominium à ſuo directo extrahit, generátque, eadem & natura
lem poſſeſsionem de ſua ciuili producat, quæ emphyteutæ ſit[18], hócq; caſu ſimiles ſint fru-
ctuarius, & perpetuarius, licet in pleriſq; differat[19]: in ſeruitutibus tamē prædialibus aliud
eſt. Vnde ſi tibi cōcedam ſeruitutem viæ per fundum meum, ad fundū tuum, conſtituámq;
11 tuo nomine † poſsidere, nō ideo trāſlata erit iuris eundi poſſeſsio: nec enim fundi mei poſ-
ſeſsionem naturalem vllam acquiris, ſicut fructuarius facit, ſed ab ipſo fundo debetur ſer-
uitus[20], quæ ex ſola patientia quæritur[21], quod hîc Bar. tradit, receptiſsimúmq; eſt. Quòd
ſi ego conſtituens nomine tuo deinde ea ſeruitute vterer, túq; ratum haberes, aliud eſſet[22].
vt Alex. hîc tradit nec tali caſu agens patienſq; eodem in ſubiecto eſſent[23], cùm nō ego ſed
fundus meus ſeruitutem debeat. Sed nunquid hæc procedant etiam in quaſi poſſeſsione iu
12 riſdictionis, & ſi aliquis princeps vēdat mihi iuriſdictionem, † conſtituátq; ſe nomine meo
poſsidere, nō eſt dubitandum cenſeri quaſi poſſeſsionem tranſlatā, vt quod de dominio di-
citur, in iuriſdictione quoque locum habeat[24]. Quòd ſi ipſi homines ſe iuriſdictionis ſub-
iiciant, conſtituántque ſe poſsidere, nihil agunt: cùm ipſi non poſsideant, ſed poſsidean-
tur. Putarim tamen videri iis verbis eos, poſſeſsionem domini interuertere, niſi, ipſo con-
ſentiente, ita conſtituant, quo caſu ſatis poteſt dici nouus poſſeſſor incipere vti iuriſdictio
ne[25]. Quid ergo, ſi populus liber ſit? & Bald. poſſe eos ſibi Principem creare[26], & hoc mo-
do poſſeſsionem iuriſdictionis, in eum transferre ait[27]. Vnde conſequens eſt, vt & ipſi no-
uam quaſi poſſeſsionem transferant, quæ priùs in eis non erat, & de actiua paſsiuam fa-
ciant[28]: neque enim ſibiipſis ſingulariter dominabantur, licet iuriſdictio territorio cohæ-
13 reret[29]. Enimuerò † vt legi noſtræ locus ſit, oportet conſtituentem poſsidere nec enim in
alium transferre poterit quod ipſe non habet[30]: ideóque, qui inſtrumentum producit, quo
14 venditor conſtituat ſe † emptoris nomine poſsidere, non cenſetur probaſſe emptoris poſ-
ſeſsionem: niſi cōſtituerit venditorem ipſum tunc poſſediſſe[31]. nec enim per ſolum inſtru-
mentum traditio poſſeſsionis probatur: licet in eo ſcriptum ſit, *Titius vendidit, dedit, tradidit,*
&c[32]. putarim tamen aduerſus ipſum venditorem, eiúſq; ſucceſſores alia probatione opus
non eſſe[33], quod Bald. alibi tradidit, & alij retulerunt[34]. Rurſus crediderim ex aliquibus
coniecturis quandoque præſumi hanc poſſeſsionem, vt ſi conſtet venditorem fuiſſe domi-
num adiecta inſtrumenti cōiectura veriſsimile fit & poſſeſſorem rei ſuæ fuiſſe[35], vt ſi in re
præſenti celebratus ſit contractus: credendum enim eſt & poſſeſſum, & traditū nunc eſſe[36],
vt ſi de poſſeſsione ante hominum memoriam probanda tractaretur: in antiquis enim ob
probationum difficultatem coniecturæ probabiles ſufficiunt[37]. Hinc infertur in ſeruitu-
15 te † prædiali (quòd ſuprà dixi) non tranferri ex conſtituto poſſeſsionem: cum conſtituens
non poſsideat, nec nouam poſſeſsionem creare poſsit[38]: quod ſecùs eſt erga fructuarium,
emphyteutam, & ſimiles. Item infertur tali conſtituto non compræhendi nomina obliga-
tionéſque perſonales: quia hæc non poſsidetur: & in his nudum miniſterium, vt hîc dici-
tur, non ſufficit, ſed ceſsione actionum opus eſt[39]: ideóque ſi quis donet omnia bona præ-
ſentia, & futura, conſtituátque ſe nomine donatarij poſsidere, non compræhendentur hu-
iuſmodi

1 l. v. in princ. ſi vſusfr. pet
2 l. traditio. ſ. tit. j.
3 l. rectè. de verb. ſignif.
4 l. ij. ſ. de ſtipul. ſer.
5 l. quiſquis. C. de donat.
6 l. iij. §. dare. de vſufruct. l. quoties. ij. de ſeruit. l. ratio. §. ſi iter. de act. empt.
7 l. qui vſumfructum de verb. oblig. vbi not. l. iiij. ff. de vſufr.
8 l. ſi à reo. §. ij. ſ. de fideiuſ.
9 l. ſed cū patron. ſ. de bo. poſſeſſ.
10 l. ſi ſibi. l. mulier. ff. de vſufr. adcreſc.
11 l. ſi alij. de vſufr. leg. l. fœminæ. cùm auth. ſeq. C. de ſec. nupt. vbi not.
12 l. naturaliter. ſ. eod.
13 d. l. iij. §. dare. verb. eum ve.
14 Socin. l. ij. §. j. verſ. ij. de verb. oblig.
15 c. j. de conſuet. recti feudi. vbi Bald.
16 Bar. l. interdū. §. fi. ſ. eod.
17 arg. d. l. quiſquis.
18 glo. l. iij. §. è contrario. ſ. eodem.
19 Bart. l. indebiti. §. ſed ſi nummi. in fi. de cond. inde.
20 l. q aliena. in fi. de neg. geſt.
21 d. l. pe. de ſeruit.
22 l. communis ſeruus. in fi. ſ. eod.
23 d. l. ij. de ſtipul. ſer.
24 Bar. l. j. in fi. de iur. omn. iud.
25 d. l. communis ſeruus. d. c. j. de conſ. rec. feud.
26 Bal. l. ij. C. de ſeruit.
27 l. j. ſ. de conſtit. princ.
28 d. l. quiſquis.
29 l. liber homo. ff. ad l. Aquil.
30 d. l. traditio.
31 glo. l. quāuis. §. vbi Ang. & alij. ſ. eod. Oldr. conſ. cxxix. Math. not. clxix.
32 l. prædia. vbi Bar. ſ. eod.
33 l. de rebus. vbi Bar. C. de donat. ante nupt.
34 Bal. l. ſiue. §. j. & ij. de publ. Are. l. interd. §. fi. ſ. eod. Claud. hic.
35 l. iiij. C. de probat. glo. l. quidam. de cond. inſtit.
36 l. quædam. de rei vend. l. j. §. ſi iuſſerim. ſ. eod.
37 Doc. l. pe. C. de iur. deliber. c. cùm cauſam. de prob.
38 d. l. quiſquis.
39 l. poſſeſsio. in fi. ſ. eod. l. iij. ſ. pro ſoc.

iuſmodi actiones [1], quæ citra ceſſionem transferri nequeunt.quod rectè Ang.& Pont.cen-
ſuerunt [2], egóq; alibi ſum ſecutus [3]. Rurſus infertur † eum,qui rem duntaxat detineat,non 16
poſſe conſtituēdo poſſeſsionem,quam non habet,transferre.Addit Bal.detentionem eam
plurimùm facti habere , ideóq; nec ipſam quidem per hanc clauſulam , quæ iuris effectum
habet,transferri [4], quod & Alex. hîc probat.Sed ego nō arbitror detētionem minùs tranſ-
ferri,quia facti ſit:cùm hac in re nudum miniſterium præſtetur , vt hîc dicitur,detentióque
iſta loco veræ poſſeſsionis ſit aduerſus omnes præter eos,à quibus vi,clàm, precariò poſsi-
demus [5], vel niſi domino ſoluatur merces [6], vel niſi detinēs nomine primi domini teneat [7],
& ideo aduerſus Bald. indiſtinctè arbitror priorem emptorē,cui detentio hoc modo tradi-
ta ſit præferri [8]. Sufficit enim quod corporaliter inſtiterit vel per ſe vel per alium [9], ſed an
colonus,qui & ipſe dūtaxat detinet,cōſtituendo alium poſſeſſorem faciat ? & receptum eſt
non facere:cùm ipſe nō poſsideat [10]:quod ſecundum ſupraſcripta intelligēdum eſt,excipit
Bart.illum caſum,cùm poſſeſsio eſt vacās:tunc enim,ſicut illum,cui penſionem ſoluit,poſ-
ſeſſorem efficit [11], ita etiam videtur efficere eum, pro quo conſtituit ſe poſsidere , quod hîc
Bart.ait:nec enim minùs operari debet quod colonus nomine meo rei inſiſtat, quàm ſi mi-
hi penſionem ſolueret [12]. Quòd ſi nō inſiſteret rei tunc nō arbitrarer ſolo conſtituto quic-
quam agi.Sed hoc caſu Alexandri ſentētiam aduerſus cæteros defendi poſſe, qui enim con
ſtituit,procurator eſt,nūdúmq; miniſteriū præſtat, vt hic dicitur,at nō occupata poſſeſsio-
ne,procurator domino nō acquirit [13], quod hic rectè Claudius docet.Quid ergo,ſi vacan-
te poſſeſsione,colonus pro vno poſsidere ſe cōſtituit,& nihilominùs alij penſionem ſoluat
& videretur eum,cui ſoluitur , veriorem poſſeſſorem [14] eſſe:nam & qui probat ſe percepiſ-
ſe fructus,meliùs poſſeſsionem probat,quàm,qui ſe araſſe , ſeminaſſéq; affirmat.Sed tamē
veriùs eſt quod Bald.ait,vt qui prior tempore hoc caſu fuit,potior ſit iure [15]: quia poſterior
poſſeſsio vitioſa præſumitur [16]. Sed quid,ſi quis cōſtituit pro abſente poſsidere, iſq; ratum
non habuerit,& conſtat poſſeſsionem non, niſi volenti acquiri [17]:ideóq; antequam ratum
habeat,poſſeſſor nō erit [18]: vnde infertur , vt ſi medio tempore contingat rem illam à præ-
done occupari non detur illi interdictum recuperandæ, tametſi deinde ratum habuerit [19],
quod Butr.Alex.atque alij cenſuerūt [20], debet enim , re integra, ratihabitio * fieri [21], quod 17
variis exemplis Claudius tradit.His nō abſimile eſt,quod ex quorundam ſententia Socin.
refert [22],vt ſi venditor nomine emptoris abſentis conſtituerit ſe poſsidere,notariúſq; dicto
nomine ſtipulatus ſit,nō tamen acquiri aut dominium,aut poſſeſsionem,priuſquam ille ra
tum habuerit:nec enim notarius abſenti ipſo iure acquirit [23].Quid ergo,ſi interim ille mor
tuus ſit?& extat Pauli Caſtrenſis reſponſum [24] ,in hæredem ius ratum habēdi non trāſire,
quod & pleriq; recentiores probant [25]: quod vix eſt, vt ego probem:quoniam in contractu
donationis , de quo iſti loquuntur , quæ abſenti facta ſit,lex ait quamuis adhuc rata habita
non ſit,ius in hæredem donatarij tranſire [26]. Poſſet tamen fortè eorum ſententia defendi,
cùm donatio non ſimpliciter in diem,ſed ſub conditione eſt , & abſens ante euentum con-
ditionis eſt mortuus [27]: nec enim tunc erat nata actio aliqua & ſic ius illi quæſitum:quod ſe
cùs eſt in obligationibus in diem, in quibus oritur ſtatim actio:licet exceptione elidatur [28].
Eadem quoque ratione dicendum eſt , clauſulam conſtituti ad futura bona non trahi.nec
enim futura poſsidemus,ſed præſentia [29].Quid igitur, † ſi quis expreſſè cōſtituerit ſe bona 18
omnia præſentia,& futura nomine alterius poſsidere?& receptior eſt ſententia valere con
ſtitutum [30],& facta in futurum acquiſitione tranſire poſſeſsionem in dominium,rémque à
principio incertam ex poſtfacto certificari [31]. quæ ſententia probabilis eſt in re quam ipſe
conſtituens poſsidebat, ſi incertum euentum alieno nomine poſsidere conſtituerit [32]. non
enim mutare obligationem ſuam poteſt [33]. item probabilis eſt,cùm cōſtituens deinde rem
illam acquirit eo animo,vt creditori ipſi poſsideat,quod & in dubio credēdum eſt, ne mu-
tatio voluntatis & perfidia præſumantur,vt Aret.& Socin.tradiderunt [34]. Sed quid,ſi mu-
tata voluntate vellet ſibi acquirere,non autem creditori,& Bald.clauſulam conſtituti hoc
caſu non procedere exiſtimauit [35] , tanquam potuerit in acquirendis creditori præiudica-
re [36]. ídque & Tigrinus & Claudius probarunt,ſed Salic.& Alex.contrà [37]: ne liceat ei,qui
ex contractu obligatus eſt mutare propoſitum [38]. Ego Bald.ſequor : quia hîc dicitur eum,
qui conſtituit nudum miniſterium præſtare,procuratorémque eſſe. Poteſt autem procura
tor,quamuis ex mandato obligatus ſit,ſi nomine ſuo,non autem domini accipiat,domino
non acquirere [39]. Fortiùs videretur reſpectu extranei, cui deinde acquiſita res alienata eſ-
ſet,conſtitutum illud non operari tanquam alienando in eum poſſeſsionem videatur con-
ſtituens declaraſſe ſe quo tēpore eam rem acquiſiuit,mutaſſe voluntatē [40].Etenim an pro-
curator velit domino acquirere,an ſibi,multum ex coniecturis pendet [41].ex eo autē,quod
ſubſecutum eſt,coniicimus quid à principio actum fuerit [42]. Hócque caſu defendi poterit
eorum ſententia,qui ſimpliciter conſtitutum trahi non poſſe ad futura dixerunt [43], vt pro-
cedat reſpectu tertij poſſeſsionis, quod ampliſsimus ordo huius vrbis Iuriſconſultorum
decreuit

1 Dec.conſi.cclj.
2 in l.ſtipulatio hoc modo.de verb.oblig.
3 in l.fi.C.de pact.
4 Bald. rubr. C. de contr. empt. q. xvj. Crot. l.ſi is, qui pro empt.
5 l.viri.ff.vti poſsid.
6 d.l.quamuis.§.j.ſ.eod.
7 l.pomponius.quib.mod. vſusfr.amit.
8 l.quoties.C.de rei vēdic.
9 l.ſi fundū.ſ. de fund.dot. cum glo.
10 d.l.quamuis.§.j.
11 l.qui vniuerſas.§.pen.in glo.ſ.eod.
12 l. interdum. in pr.ſ. eo. glo.d.l.clàm.§.fi. Clau.hic.
13 l.j.§. per procuratorem. ſ.eod.
14 l.Titia.de ſolut. l. ij. C. eodem.
15 l.arboribus.§.nam & ſi. vbi Bal.de vſufr.
16 c. licet cauſam. de probat.Bar.l ſi duo. §.j.vti poſ.
17 d.l.ea, quæ ciuiliter.
18 d.l. cōmunis ſeruus.§.j.
19 l.bonorū.ſ.rem rat.hab.
20 Rota dec.cl.in nouis.
21 Alexand.conſil.lxxxviij. Bart.l. ſi vxor.§.ſi quis vxorem.de adult.
22 Socin. l. j.§. ſi iuſſerim. in fi.ſ.eod.
23 l.iiij.ſ. rem pupill.ſalu. l.non enim vbi Alb.& Bal. q.vi.de Adopt.
24 conſil.cxcvij.
25 Dec.l. cōtractus.de reg. iur.& cōſ.ccxxvj. Curt.Iun. conſi. cxx.
26 l.quoties.ſ fi.C. de don. ſub mod.
27 l.ſi ego.§.ſi quid alicui. de iur.dot.dixi. c. cum contingat.de iureiur. & lib.iij. c.xiij.parergon.
28 l.centeſimis.in princ.de verb.oblig.vbi dixi.
29 l.i.in fi. vbi Bald.ſ. pro ſoc.l.cùm hi.ſ prin.de Trāſ.
30 arg.l.fi. C. quæ res pig. vbi Doct.
31 l.quamuis.j de preca.
32 l. qui abſenti. §. j. vbi Bald.ſ.eod.
33 l.cùm nemo.C.eod.
34 in l.iij.§.incertā.ſ. eod.
35 Bald. rub. C. de contra. empt.q.xxj.
36 arg.l.fi. §. ſinautem. C. eod.l.actione.§.j.verſ.quod vtique.pro ſoc.
37 in d.§.incertam.
38 l.ſicut.C.de act. & obli.
39 l.j.§.per procuratorem. ſ.eod.l. res ex mandat.ſ.tit. j.l.ij.C.de iis,quę à nō dom.
40 arg.l. multùm.in fi. C. ſi quis alt.Bar.l.q mihi donatum.ſ.de donat.
41 l. poſt mortem. in fi. ſ. quando ex fac.tut.
42 l. Iulianus. §. proinde. ad Maced.
43 d.§. incertam. vbi Moderni.



decreuit,obſeruátque.Qua tamen in re ampliùs eſt deliberandum. Ad ſupraſcriptam ſpe-
ciem pertinet,& cùm propter incertitudinem poſſeſsio vitiatur:tunc enim clauſula conſti
tuti eam nō transferet [1]: vnde ex facto reſpondit Dec. [2]. cùm quis donaſſet quartam partē
bonorum ſuorum adiecta dicta clauſula, nō eſſe tranſlatam poſſeſsionem [3]. qua tamē in re
ego ſentio cōtrarium:cùm enim donans præſumatur res ſuas ſcire, miniſteriúmq; præſtet,
poteſt,donatarius ignorās per alium poſsidere qui ſciat [4],nec tali caſu incertitudo vitiat [5].
qua de re infra [6]. Sanè alibi Bald.poſſeſsionē quæ à lege municipali inducitur, cum poſſeſ-
19 ſio defuncti in hæredem continuatur,negat transferri † per clauſulam cōſtituti poſſe, ne fi-
ctio fictionis inducatur [7]: quæ ſentētia plurimū dubitationis habet [8]. vt infra loco ſuo oſtē-
dam [9]. Cæterùm illud adiicit hic Bar.aduertēdum eſſe quomodo concepta ſint contractus
verba,ſi enim diſpoſitiuè quis cōſtituat ſe poſsidere, locus eſt legi noſtræ:quòd ſi per verba
enūtiatiua quis loquatur,tunc non diſpoſitio,ſed cōfeſsio duntaxat induceretur [10], quæ fi-
dei faciendæ ſufficeret,niſi contrarium probaretur [11]. Illud tamen ſciendum nihil referre,
an quis dicat conſtituo me tuo nomine poſsidere an vero cōfiteor me tuo nomine , &c. [12].
20 Illud quoq; ſupra diximus nō eſſe locum † clauſulæ conſtituti cum cōtractus principalis eſt
nullus,vel cum lex fraudem præſumit:qua de re ſupra loco ſuo [13]. recepit enim cōſtitutum
omnes qualitates atq; conditiones , quæ principali contractui inſunt [14] : vnde in contractu
vēditionis habet tacitam cōditionem, ſi pretium ſoluatur,vel de eo fides habeatur [15],quod
Bald. tradidit [16], & ſi vēditio ad menſuram facta ſit , non transfert poſſeſsionem, niſi poſt-
quam menſus fuerit ager [17],tanquam ex natura rei ita actum ſit,quod Bart.reſpōdit [18].hinc
ſi in teſtamēto dixerit , quis res legatas ſe legatariis donare,& conſtituerit eorum nomine
poſsidere , verius videtur nihilominus reuocari cōſtitutum propter vltimæ voluntatis na-
turam poſſe,nec obligari teſtatorem,quod aliqui reſponderunt [19]: tametſi Alb. atq; alij vi-
deantur diſſentire:qua de re alibi [20]. Sanè & ſi in tempus inhabile collatū ſit cōſtitutum,du
21 bium non eſt nullius † effectus eſſe , vt cùm quis donat Titio Caſtrum poſt mortem ſuam,
conſtituítq; in eum caſum ſe poſsidere [21]. nec enim poſt mortem poſsidere poteſt [22], cum
morte finiatur poſſeſsio [23].Quid autem ſi nō poſt mortem conferatur,ſed in vita ſeu in vl-
timo mortis articulo?vt in cōditione,Cum moriar,vel,ſi deceſſero [24]. & Oldr,Alexāderq;
ex facto reſponderunt illabefactam manere conſtituti vim [25]. Idemq; reſponſum eſt cùm
conſtituto adiecta eſt clauſula ex nunc,prout ex tunc [26]. qua tamē in re aliud ſe reſpōdiſſe
Claudius ſcripſit [27],quem & ego ſequor [28]. Sanè tum quoq; valere cōſtitutum cenſuit Iaſ.
ſi præſenti obligationi adiectum proponatur, quamuis facultas apprændēdi poſſeſsionem
poſt mortem duntaxat ſit collata [29]. Sed hoc vt verum ſit, tali conſtituto cēſebit tranſlata
poſſeſsio pignoris [30], quæ nihil ad quæſtionem continuationis hæreditatis pertinebat , de
qua conſultus fuerat Iaſ. Addunt alij idem quoq;,ſi cōſtitutum ſit purum, licet eius effectus
ſit poſt mortem collatus [31]: quæ ſententia probabilis eſt,ſi ſubiecta materia hanc interpre-
tationem ferre poſsit [32],ídque & Accurſius ſenſit [33]. Sed quid,ſi donaueris mihi fundum ea
lege,ne eum alienem extra familiam:alioquin dominium ad te retrò trāſeat , & in eum ca-
ſum ex ea die cōſtituerim poſsidere?& Bar.impediri tranſlationem dominij cēſuit [34]:quod
certum eſt,ſi tunc cùm alienaui , poſſeſsio mihi ſalua erat , quòd ſi iam tempore euenientis
conditionis eam amiſiſſem [35] videtur extremum à quo , obſtare, & conſtitutum in tempus
22 inhabile collatum eſſe [36]. qua de re alibi [37]. Non omittendum † eſt, quod ſuprà Bar.tradit,
nō poſſe tutorem,aut adminiſtratorem generalem,aut Epiſcopum res minorum,vel eccle
ſiæ per clauſulam cōſtituti transferre:cùm eas ipſi nō poſsideant quod quomodo intelligē-
dum ſit, ſuprà diſputaui [38], clauſulam autem cōſtituti in inſtrumētis ſemper cōſueuiſſe ap-
poni Socin.reſpondit [39], ideóque ſi omiſſa ſit pro appoſita habendam , adminiſtratorémq;
generalem poſſe per conſtitutum poſſeſsionem transferre , tanquam ſi ſpecialiter hæc fa-
cultas ei tributa ſit,cùm cōſuetudo adiectam eſſe in inſtrumento interpretetur [40] , qua ta-
men in re amplius deliberandum eſt,ſunt enim,qui contradicant,& fortè rectiús [41].

1 d.l.iij.§.incertā. vbi Bar.
2 Dec.d.conſ.ccxxvj.
3 Curt.Iun.conſ.cxx.
4 l.peregre.§.quæſiti.ſ.eo.
5 glo.d. §. incertā. vbi Iaſ. verſ.tertio.
6 in l.locus.ſ.eod.
7 l.j.de vſufr.leg.Bal.rubr. extra de cau.poſſeſ.
8 Bart. l. ſi is qui pro emp.
9 l.cum hæredes.ſ.eod.
10 l.cum falſa.C. de iur.& fact.ignor.
11 l.publia.ſ.depoſ.
12 glo.l.ij.C.eod.vbi Bald. Ang.verb.tradita.glo. l. ab emptione. vbi Iaſ. de pact. verb.conſtituantur.
13 d.§. ſi vir vxori.vbi dixi. Bar.l.poſt contractum.
14 l. id quod ſub conditione.ſ.de conſt.pec.l.prædiis. in prin.de leg.iij.
15 §. venditæ. inſtit. de re. diuiſ.
16 d.rub.q.xvj.
17 l.quod ſæpe. §. in his.de contr.empt.
18 Bar.conſ.lxxiiij.Petrus.
19 l.ſi fratres.§.idem reſpōdit.ſ.pro ſoc.Cur.Iun.lvj.
20 l.ſi ſtipulatio hoc modo. de verb.oblig.Alb. rubr. C. de donat.
21 Dec.conſ.ccxlvij.
22 l.quāuis.ſ.eod.vbi Ang. & Moder.
23 l.cum hæredes.ſ.eod.
24 l.qui duos.de man.teſt.
25 Old. conſ. cxxxix.Alex. lxxxiij.in ij.
26 l. huiuſmodi. de verb. oblig.Iaſ.conſ.cxlvij.
27 Claud.d.l. quamuis.§.j.
28 l.ſi forte.de caſtr. pecul. dixi.d.l.huiuſmodi.
29 Iaſ.conſ.cxlvij.
30 l.j.§.per ſeruum corporaliter.ſ.eod.
31 arg. l. cùm hic ſtatus.§. ſiue.de don. inter vir. Ripa lib.vlt.Reſponſ.conſ.vlt.
32 arg.l.pe.C. quando dies leg.
33 gl.ij.in fi.C.de dot.caut. non numer.
34 Bart. l. qui abſenti.§. j. ſ.eod. Doct.l. ea lege.C. de cond.ob cau.
35 l. non alienat.ſ. de reg. iur.
36 l.quoties.ſ.de nouat.
37 in l. ſi is qui pro empto re.ſ.tit.j.
38 Bar.l.j.in prin.ſ.eod.
39 Soc.conſ.cxxxj.in iiij.
40 l. fi. in fi. vbi glo. C.de fideiuſſor.
41 Alex. conſ. xxviij. in ij. Deci.d.conſi.ccxlvij.

S V M M AE.

1 ☞ *Naufragio dominium nō tolli, aut caſu quouis.*
4 *Remiſſionem penſionis non niſi ex cauſis fieri.*
5 *L. Si vno. loca. ſenſus.*
6 *Conductori rem quandoque perire.*

## LEX INTERDVM. §. QVOD EX NAVFRAGIO.

1 §. QVOD EX NAVFRAGIO. Res naufragio † amiſſæ vel aiectæ remanent
domini,in dubióque non videntur pro delictis habitæ [42]: & quoniam vitio adfectæ cenſen
tur,non poterunt vſucapi [43]: ad euitandam tamen criminis ſuſpicionem , ne furti actione
quis conueniatur,plerunque credendum eſt exiſtimaſſe reum talem rem pro derelicta ha-
bitam fuiſſe [44]. Adnotátque hinc Bart.nihil referre res naufragio,aut aquarum inundatio
ne perierit , an aliàs ſit deperdita . addit idem eſſe , ſi metu hoſtium quis ad eam accedere

42 l.qui leuādæ.ad l.rhod. l.pe.ſ.pro derelic.Bar.hic.
43 l.qua ratione. in fi.ſ.tit. j.§.fi.inſtit.de rer.diuiſ.
44 l.falſus. §. ſi iactum.de furt.

non audeat¹. Sed (vt inquiũt Caſtr. & Alexan.) hæc nõ ſunt perpetua, nec omnino ſimilia:
cùm occupatio hoſtilis temporaria ſit, chaſma, vel amiſsio perpetuum damnum plerunq;
inferãt, & quamuis æqualiter impediatur, qui in poſſeſsionem miſſus eſt, ſi via ſibi inunda-
tione vel metu hoſtium obſtruatur², non tamen conſequens eſt idem eſſe in quacunq; ma-
teria. vnde falſum videtur, quod aliqui generaliter conſtituunt iuris interpretatione, rem
quæ propter bellicos tumultus, coli tantiſper nõ poteſt, cenſeri prorſus periiſſe³: nulla eſt
lex, quæ hoc probet, & ratio naturalis ſtat contrà. Scribit T. Liuius⁴, agrum circum Ro-
mam, quem Hannibal manu captũ poſsidebat, nihil, imminuto pretio illis diebus à domi-
no vẽditum fuiſſe. Sed nunquid ſaltem eatenus valebit hæc æquiparatio, vt emphyteutæ
ſuccurratur & Iacobus ab Arena, quem Bar. ſimpliciter refert, ſuccurrẽdum cenſuit, quæ
ſententia multos habet aſſertores. Ego conſtituendam regulam ſecũdum verba legis arbi-
tror, vt emphyteutæ * nulla fiat remiſsio ex particulari detrimento, ſed duntaxat ſi res to- 2
ta pereat⁵: cuius rei illa eſt ratio, quòd cùm emphyteuta rem accipiat, vt meliorem reddat
ſicut vtilitatem omnem ex augumento ſibi retinet, ita & detrimentum omne ex caſu for-
tuito ſibi imputat⁶. quod Petrus Cin. Alb. aliiq; veteres tradiderunt⁷. Addunt alij aliam
quoque rationem nempe, quod canõ videatur ſolui non pro fructuum compenſatione, ſed
in directi domini recognitionem⁸, ideóq; nihil referat quòd fructus non poſsint tantiſper
percipi⁹. Verùm ego nõ ſat probo hanc ſentẽtiam, nec enim mihi ſit veriſimile iure noſtro
rem in emphyteuſin cõcedi leui pẽſione, ſed potiùs tali quæ fructibus reſpondeat: aliàs ſa-
peret hic cõtractus nõ tam emptionis aut cõductionis naturam, quod expreſsim lex ait¹⁰,
quàm donationis¹¹. clarum eſt autem emptiones, cõductionésve iuſta mercede ſolitas fie-
ri¹². Nam & videmus eccleſiam quæ non, niſi iuſto pretio, alienare poteſt, tamẽ in emphy-
teuſin dare cum deductione dũtaxat ſextæ partis propter caſus fortuitos, quibus ſolus em-
phyteuta ſubiicitur¹³. ſic & traditum eſt quoties perpetuario, * id eſt emphyteutæ princeps 3
rem concedit, nõ niſi per haſtam, & licitationem concedere¹⁴, hincque ſatis apparet cano
nem non in ſimplicem duntaxat recognitionem ſolui, ſed potius in mercedem fructuum.
Sunt & qui aliam rationem afferũt: cùm enim dominus directum emphyteuta vtile domi-
nium habeant¹⁵, res omnino pereat, æquum eſt domini directi periculo potius perire¹⁶,
cùm emphyteutæ non ſuperſit vnde ſoluat, & ideo cenſuit Bart. ſi in tantum res pereat, vt
canon percipi nõ poſsit, emphyteutam prorſus liberari¹⁷: quam ſententiam Abbas non ſe-
quitur: quia, vt ipſe inquit, nulla probatur lege¹⁸. improbat eam & Iaſ.¹⁹ ne durior ſit colo-
ni ſimplicis conditio, quàm emphyteutæ, nam colonus remiſsionem non obtinet, ſi vel di-
midiam eius quod ſoluit potuit percipere²⁰. ego quoque non probo²¹, quia hęc ſententia
verbis legis repugnat, quæ indiſtinctè nõ liberari emphyteutam ait, niſi res tota intereat²²:
merito ergo hæc quoque ratio non eſt recepta, ideóq; priori adhærendum, quæ veterum
fuit. Videamus nunc † quid ſi propter bellum res emphyteutica coli nequiuerit? & Iacob. 4
ab Arena, vt dictum eſt, exiſtimauit remiſsionem canonis faciendam tanquam res dica-
tur perdita, idque argumento legis noſtræ²³, ſed (vt dixi) plurimum refert, an res perdi-
ta dicatur, an temporarium impedimentum ſuperuenerit, durat enim adhuc ſubſtantia
ipſa, ſubéſtque ſpes probabilis, vt breui excolatur: præſtátque, quod ad ſe attinet, dominus
patientiam, ſicut ergo amiſsione partis rei non liberatur emphyteuta, ita nec temporario
impedimento, cùm de re ad tempus probabiliter argumentemur²⁴. ſicque aduerſus Iaco
bum cenſuêre hic plerique Doctores²⁵, atque Albericus communiter ita obſeruari²⁶, &
licet multæ quoque auctoritates in contrarium adducantur, tamen earum aliquæ ſimplici-
ter Iacobi ſententiam referunt, expreſsímque non approbant. Putauerim tamẽ aliquibus
caſibus poſſe eam iure defendi, & in primis ſi non de canone emphyteutico, ſed de tributo
agatur²⁷, quod & ad cenſum extendere videtur Accur.²⁸ ſed ego id non probo, nec enim
cenſus ad fructuum modum pertinet²⁹. Rurſus † defenditur, ſi canon in fructibus conſiſtat 5
ex eo pretio præſtandis quod coli non potuit, puta tot cadi vini, tot modij tritici, cùm
enim debeantur tanquam ſpecies ſi ea percipi nõ potuit, videtur debitor liberatus³⁰. quod
Suzarius tradidit³¹, egóque eatenus verum arbitror vt tamen ex ſequentium annorum
vbertate deinde ſoluatur³², quod & in penſionibus beneficiariis quas ſacerdotes ex fru-
ctibus ſoluunt receptum videtur³³. Poteſt etiam defendi ſecundum Raph. & Alex. quan-
do fundus ipſe manu captus ab hoſtibus eſſet, nec ſpes recuperationis proxima ſubeſſet³⁴.
perinde enim tunc haberetur ac ſi omnino res eſſet perdita, cuius rei exẽplum extat apud
T. Liuium lib. xxvj. veriſimile eſt autem, ſi diutius bellum durauit, conſumptam quoque
ſpem cenſeri, quod Claud. ait³⁵. ideóque Iaſon ſupraſcriptam Iacobi ſententiam reſtrin-
git, cùm durante impedimento belli canon peteretur, non ſi finitum eſſet. Rurſus & tunc
defendetur cum ſub iudice ageretur, qui ſola æquitate attenta procederet³⁶. fatẽtur enim
communiter Doctores hanc ſententiam æquiſsimam eſſe, licet ſtricto iure deficiat, qua in
re amplius cogitandum eſt, ne legi Zenonianæ iniuriam faciamus, iniquúmque dicamus.

Fuere

1 l. cùm vnus. in fi. de bon. auct. iud. poſsid. c. contingit. de dolo & contum.
2 l. ſi in venditone. in fi. de per. & cõ. rei vend. d. l. cùm vnus. in fi. & C. cùm contingat. de dolo, & contum.
3 Iaſ. l. j. C. de iur. emphy. Alex. hic.
4 lib. xxxvj.
5 l. j. C. de iur. emphy. §. adeò. inſtit. locat.
6 l. ſecundum naturam. de reg. iur.
7 in d. l. j. in glo. fi.
8 arg. l. itẽ ſi verberatum. §. item ſi fortè. vbi Bal. ſ. de rei vend.
9 Bar. d. l. j. ij. opp. Alex. hic Abb. c. potuit. de locat.
10 d. §. adeo.
11 d. §. item ſi fortè. l. ſi ſpõſus. §. circa. de donat. inter vir.
12 §. pretiũ. inſtit. de empt.
13 auth. ꝑpetua. C. de ſacr. eccl. §. lex itaque. verſ. dudũ. in auth. de non alien.
14 l. loca. C. de loc. pręd. ciuil. lib. xj.
15 l. j. ſi ag. vectig.
16 l. pignus. C. de pign. act. l. damnum. C. locat.
17 Bar. d. l. j.
18 Abb. d. c. potuit. in fi.
19 Iaſ. d. l. j.
20 l. licet. vbi Bar. C. de locat.
21 arg. l. iij. C. de fund. patrimonial. lib. xj.
22 d. l. j.
23 Io. And. in ſpec. §. nunc aliqua. verſ. cxxxvij.
24 l. miles ita. de teſta. mil.
25 Raph. Pont. Put. Alex. Claud.
26 Iacob. Ricard. Abb. d. l. j. Ang. §. quia verò leonis. in auth. de non alien.
27 l. neque. de imp. in reb. dot. l. forma. §. j. de cenſib.
28 l. inter. §. dáni. de dán. infec.
29 c. conſtitutus. de relig. domib.
30 Bar. l. quod te. ſi cert. pe.
31 Guid. Suz. d. l. damnum.
32 l. ex eo. de vin. trit. leg. glo. xij. q. ij. c. vobis. in fi.
33 Felin. c. ad audientiam. ij. de reſcript.
34 arg. l. qui habebat. de leg. iij.
35 arg. l. furtum. §. fundi. ſ. tit. j.
36 Bar. l. j. C. vt quæ deſunt aduoc.



Fuere & qui ſentirent tunc eſſe obſeruandum Iacobi Bartoliſque ſententiam, cùm em-
phyteuſis ob magnam penſionem contracta eſſet: tunc enim cùm pentio fructibus ipſis
par ſit, videtur quadam ſimilitudine cum ſimplici conductione cenſeri¹, vt meritò poſsit
tali caſu impetrari remiſsio²: Sicque Papiniani reſponſum poteſt intelligi³, quod tamen
Baldus⁴ aliter atque aliter intelligit, ſed ipſi eam legem interpretantur ſecundum ea quæ
ſupra in ſecunda ratione diximus, tanquam propriè emphyteuſis ſit, quæ pro modica pen-
ſione datur, vt cùm prædia ſterilia aut deſerta perpetuo locantur⁵, & quæ implantationi-
bus meliorationibúſque indigent, quod Ariſtoteles libro ſecundo œcon. de Byzantiis tra-
dit. vnde etiam perpetuarius contractus dicitur⁶, & ita ordo Iudicum Mediolani quan-
doque ex facto reſpondit. quam ſententiam Pont. Raph. Claud. hic ſequuntur⁷, & videtur
receptior, ſecundum quam Alexand. quoque reſpondit⁸, qui tamen hic aliud ſentit, cùm
hanc quoque defenſionem confutat, quia legem Zenonis violat⁹. Aliter quoque defen-
dit hanc ſententiam Torquatus, vt in prædio vrbano procedat, quod in militari deſtru-
ctum ſit. ſicut enim ſi fundus chaſmate pereat, liberatur Perpetuarius¹⁰, ita ſi parietes de-
ſtruantur, vel tecta corruant. etenim mutata rei forma res ipſa interiiſſe videtur¹¹, vt ſicut
fructuarius tali caſu vſumfructum amittit, ita & emphyteuta, liberetur. Sed tamen & in
hoc plerique diſſentiunt, cùm ſuper ſit area, quæ non modica eſt rei ipſius pars¹², & ita cen
ſuit Angel. quem & Iaſon ſequutus eſt¹³. ego in ſuperficiario veram Torquati ſententiam
arbitror¹⁴, qui in ſola ſuperficie non autem in ipſo ſolo ius dominij habet¹⁵. in emphyteu
ta verò non arbitror veram: nec enim poteſt dici totam rem periiſſe, cùm ius vtile ſibi ſu-
perſit in ſolo, niſi adeò vilis eſſet area, vt nullum inueniret emptorem: ſatis enim dicitur
interiiſſe, cuius æſtimatio nulla vel minima eſt¹⁶. Quid ergo ſi quis rem vendere Titio
promiſiſſet mille aureis, & accepta parte pecuniarum reliquum ad certum tempus ſtipu-
6 latus eſſet, interímque conductorio nomine ei rem habendam conceſsiſſet, & † Curtius
Iun. reſpondit periculum belli, ruinæ, incendij apud conductorem eſſe¹⁷: quæ ſententia
certa eſt, ſi non res duntaxat vendi promiſſa eſt, ſed verè vendita proponatur¹⁸: ſemper
enim periculum ad emptorem pertinet¹⁹, videtúrque dilatio fauore eius facta, qui tunc
integrum pretium non habebat²⁰: at in propoſito caſu voluit venditor interim dominio
incumbere, ſecurúſque eſſe: ergo res domini periculo videtur periiſſe²¹. amplius itaque
deliberandum eſt. Addit Iaſon quoties in inſtrumento promiſit quis non contrauenire ali
qua ratione vel cauſa, vel renuntiauit omni iuri quo contrafacere poſſet, nunquam au-
diendum, qui remiſsionem mercedis petat, quod Alberic. quoque cenſuit²². Ego genera-
litate horum verborum non excludi exceptionem ex natura contractus prouenientem
accepi²³, quod hic Claud. docet²⁴.

1 arg. l. naturalis. §. pe. de preſc. verb. glo. l. j. §. j. de ſuperfi. vbi Bar.
2 gl. auth. perpetua. verbo ſexta. C. de ſacr. eccl.
3 l. ſi vno. ver. hoc idem. ſ. locat.
4 Bald. d. l. j. de iur. emphi.
5 d. l. iij. de fund. patr. li. xj.
6 l. j. C. de off. co. ſa. pal.
7 Bal. Butr. Abb. d. c. potuit.
8 Alex. conſ. cxij. in primo. nu. iij.
9 d. l. j.
10 d. l. inter. §. damni.
11 l. repeti. §. rei. quib. mod. vſufr. amit.
12 l. domos. vbi Doctor. de leg. j.
13 Bald. & Iaſ. d. l. j. Ang. §. lex itaque. in auth. de non alien. deciſ. Neap. lxxxiij. nu. xij.
14 d. §. dãni. vbi glo. & Bar.
15 l. fi. vbi Bar. de ſuperf.
16 l. Labeo. j. l. mulieris. §. j. de verb. ſignifi.
17 Cur. conſ. lxxxij.
18 l. ſicut. §. interdũ. ſ. locat.
19 l. neceſſario. ff. de per. & comod.
20 Dec. conſ. cccxij. Alex. conſ. cxxj. in j.
21 d. l. pignus. C. de pig. act.
22 Iaſ. d. l. j. Aret. cõſ. xxxiij. Roman. cclj.
23 l. quæro. §. j. locat.
24 Felin. c. cauſam quæ. de reſcript.

SVMMAE.

1 ☞ *Aditionis vis.*
2 *Hæreditatem ex cauſis ſine aditione quæri. 6. diuerſum ſæpe eſt.*
3 *Feudum ſine appræhenſione quæri.*
4 *L. Iuſto. de vſuſcap. ſenſus. 5.*
7 *Continuandi ſtatutum variè reſtringi. 8. 9. 10. 11. 12.*

1 CVM HAEREDES. Aditione † hæreditatis tranſeunt iura hæ-
reditaria: poſſeſsio verò non tranſit: quia facti eſt, noua ergo appræhen-
ſione erit opus²⁵. dicitur autem poſſeſsio facti eſſe²⁶, id eſt, iuris natura-
lis²⁷, quod à lege ciuili in ſuis finibus relinquitur, nec mutari poteſt²⁸.
2 Sed an legis † noſtræ regula perpetua eſt? & negat Accurſius, filium enim
ſuum hæredem patri etiam ipſo iure poſſeſſorem eſſe cenſeri²⁹. qua
tamen in re cæteri contradicunt, & filio quoque neceſſariam appræhenſionem exiſti-
mant³⁰. Ego defendi Accurſium poſſe arbitror: quia filius, etiam viuente patre, natura-
lem poſſeſsionem habere cenſetur³¹. vnde eo mortuo abſque alia appræhenſione videtur
poſſe ſibi cauſam poſſeſsionis mutare³², & ſolo animo detentionem eam naturalem in ve-
ram poſſeſsionem vertere³³: neceſſarium tamen erit tali caſu, vt animum ſuum declaret,
ſicut & videmus in muliere, quæ, viuente marito, iure familiaritatis res viri adminiſtra-
bat³⁴, ſi poſt eius mortem perſeueret, non cenſebitur proprio iure detinere, nec cauſam
poſſeſsionis ſibi mutaſſe, niſi ab eo tempore, quo animum ſuum declarauerit, quod Soci-
nus reſpondit³⁵. Cæterùm Baldus alibi videtur diſtinguere³⁶, vt in filium vera poſſeſsio
abſque appræhenſione non tranſeat, ficta tamen & commentitia legis auctoritate tran-
ſeat, vt qua ratione dominium cenſetur continuari, eadem & poſſeſsio, quæ illi coniungi-
tur: non tamen ficta hæc poſſeſsio interdicto recuperandæ ſufficiet: cum adipiſcendæ ſo-
lum illi detur³⁷. vnde adparet modici effectus hanc fictam poſſeſsionem eſſe, ſaluo quod
ad vſucapionem pro hærede adtinet³⁸. In eccleſiarum quoque rectoribus non eſſe legi no
ſtræ locum tanquam non rectores, ſed ipſa eccleſia poſsideat³⁹, adeò, vt mortuo rectore,



non

25 l. j. §. ſcæuola. ſi quis teſt. lib.
26 l. denique. ex quib. cauſ. maior.
27 l. ſi vnus. §. pact⁹ ne pet. de pac. l. nec ſeruus. ff. de pecul.
28 l. j. §. ſi vir vxori. ſ. eo. l. in bello. §. factę. de capt. l. ij. de vſufr. ear. rer.
29 l. in ſuis. de lib. & poſth.
30 Bal. l. j. ad fin. C. de appel.
31 l. ij. §. fi. ſ. pro hærede.
32 l. non ſolùm. §. quod vulgò. ſ. tit. j.
33 l. qua ratione. §. interdũ. ſupra tit. j. Ioan. Fab. §. ſui. inſtit. de hær. & qual.
34 l. qui iure. ſ. eo.
35 Soci. cxxxj. Dec. l. dotis. C. de collat.
36 Bal. auth. de facto. C. ad Tertyll.
37 l. j. C. quorũ bonorum.
38 d. l. ij. §. fi.
39 Doc. c. cùm ſuper. de cauſa poſſ.

non tamen vacare poſſeſsio videatur[1], quod nos ſupra attigimus[2]. Addit alibi Baldus in
feudis legi noſtræ † locum non eſſe, cùm quis pro ſe & filiis beneficium adeptus eſt, intelli- 3
gitur enim filius, viuo patre, inueſtitus[3]: cenſetur & poſſeſſor: tametſi adminiſtratione ca-
reat[4], ideóque dominus abſque alia apprænenſione cenſetur: quod tamen in beneficio no
uo non procedere Beluiſius & alij tradiderunt[5]. Ego nec in fiduciis quidem poſſeſsionem
transferri exiſtimarim: niſi appræhendatur ſecundum legis noſtræ regulam. Sanè hîc o-
mnium ore receptum eſt, (quod ad finiendam vſucapionem à defuncto cœptam adtinet)
cenſeri hæredem poſſediſſe, & coniunctam vtriuſque poſſeſsionem fuiſſe[6]: licet enim abſ-
que poſſeſsione non procedat vſucapio[7], tamen iam cœptam poteſt hæreditas ipſa tan-
quam poſsideat abſoluere[8]. Cùm enim in quibuſdam hæreditas vice perſonæ fungatur[9],
hoc iure ſingulari receptum eſt: ſicut & cùm ſeruus hæreditarius ante aditam hæredita-
tem aliquid comparauit, quod Papin. docuit[10]. nec diſtinguit lex cauſam † peculiarem à 4
non peculiari, ſed ſimpliciter loquitur, cùm ſeruus hæreditarius emit: Vnde adparet non
eſſe reſtringendam cùm, viuente domino, emit, & hæc quidem (vt dixi) iure ſingulari ad-
miſſa ſunt, quod alibi appellatur ius conſtitutum[11]: alioquin ſecundum communes iuris
regulas aliud dicendum fuiſſet, & legi noſtræ ſtandum, vt non niſi à die aditæ hæreditatis
vſucapio incipiat, quod Vlpianus cenſuit[12]. Doctores tamẽ noſtri diſtinguunt vt in cauſa
non peculiari Vlpiani reſponſo locus ſit[13]. in peculiari verò procedat ante aditionem hæ
reditatis vſucapio, cùm in ea ſeruus ipſe corpore, & animo poſsideat[14], dominóque igno-
ranti quærat: ergo & hæreditati iacenti acquirere poterit: vt hactenus vice perſonæ hære-
ditas fungatur. Quæ diſtinctio receptior eſt, licet verbis legum non conueniat. Sed in vtro
que tam Papiniani, quàm Vlpiani reſponſo ariolatur, ſuperfluáque videtur peculiaris cau-
ſæ conſideratio, cùm mortæ domini cenſeatur regulariter reuocatum peculium[15]: licet
aliud ſit captiuitate, vt infrà dicam in hæreditate quoque captiui, idem eſt traditum, vt in
quæſitis per ſeruum peculiatum ſit locus poſtliminio: cùm ante captiuitatem domini ac-
quiſiuerit[16]. putarímque ego idem eſſe etiam ſi de cauſa propriè peculiari non agatur[17]:
dummodo, ſciente domino, ſeruus acquiſiuerit[18]. propter ſcientiam enim domini talis
cauſa peculiari æquiparatur[19]. Hincque eſt, quod alibi iuriſconſultus ſimpliciter loquitur,
cùm cœptum erat vſucapi[20]. id eſt, ſaltem ſcientia domini acceſſerat. Sed & ſi poſt capti-
uitatem ſeruus peculiatus acquiſiuerit, idem eſt, vt in cauſa peculiari procedat vſucapio,
quod Paul. ſcripſit[21] & receptiſsimum eſt[22]: conſideratur enim ad huc propter ſpem poſt-
liminij cauſa peculij, vt non videatur morte reuocatum eſſe[23]. Sanè ſi dominus reuerſus
non ſit, ſed apud hoſtes deceſſerit, qui caſus ad legem Corneliam pertinet, cenſuit † Papi- 5
nianus filiumfamilias interim vſucapere[24], quod & in ſeruo procedere aduerſus Accur-
ſium ego arbitror[25]. non tamen, vt interrupta per captiuitatem vſucapio continuetur, ſed
vt noua in perſona hæredis incipiat, ídque eſt quod ex Marcello Paulus tradidit: dum in
ſucceſſoribus (inquit) locum nouam habere vſucapionem[26]. quod iure conſtituto ſeu
quod idem eſt ſingulari receptum videtur[27]. fauorabilius ſcilicet accepta legis Corneliæ
fictione licet ſecundum regulas communes ſecùs eſſet[28]. quamuis enim vera poſſeſsio ciui
lis non ſubſit: quia tamen ſeruus naturaliter poſsidet[29], ſuccedit deinde legis fictio quæ fa-
cit vt dominica poteſtas eo tempore interueniſſe videatur ſiue ea fictio poſtliminij ſit[30],
ſiue legis communis, ſecundum quam aditio retrotrahitur[31]. Itémq; hæreditas vicem per-
ſonæ repræſentat[32]. & cum cauſa facti, ſeu naturalis non mutetur per fictionem legis[33]
hîc non videtur mutata: quia per ſeruum manſit ſalua. Addit Alexand. nec tunc regulam
legis noſtræ procedere, cum conſuetudine, vel ſtatuto cautum eſt, vt poſſeſsio defuncti in
hæredem continuetur † poteſt enim lex transferre ipſo iure poſſeſsionem[34]. quæ ideo ci- 6
uiliſsima dicitur, vt ſupra adnotauimus[35]. Sunt tamen aliqui caſus, quibus videtur ſuprà
ſcripto ſtatuto locũ non eſſe. Primus † eſt, cùm interim ab alio poſſeſsio appræhenſa eſt[36]. 7
impedit enim hæc vera tertij poſſeſsio ciuiliſsimam hanc quæ ex lege proficiſcitur[37], quod
Raphaël, Alexander, Iaſon, Socinus tradiderunt[38]. verùm quæ eſt in impropria illa & fi-
cta, quam ſupra dixi filium ſuum hæredem in bonis paternis habere[39]. at hæc quæ ex ſta-
tuto transfertur, longè efficacior eſt, cùm eam ſtatuentes pro vera habuerint, & hac po-
tiſsimum cauſa ita conſtituerint, vt tertium hunc occupatorem excluderent nec enim
poſſeſsio à quoquã iniuſtè apprehenſa & prodeſſe debet quod Iaſon reſpondit[40]. Putarim
itaque hunc caſum defendi non poſſe: niſi cùm occupatio, viuente teſtatore, facta eſſet: nec
enim tunc poſſeſsio defuncti erat, ſed alterius, quòd ſi defunctus ciuiliter adhuc poſside-
ret, vt quia non eſſet ſuſpicatus ſe poſſe repelli[41], iſta ciuilis vigore ſtatuti in hæredem
tranſlata cenſeretur. Alter † eſt caſus, cùm hæres poſſeſsionem hanc hæreditariam per 8
clauſulam conſtituti, transferre in alium vellet, reſpondit Baldus non poſſe[42], nec tali ca-
ſu pro poſſeſſore haberi: cùm enim hęc poſſeſsio ficta ſit, non poteſt per clauſulam conſti-
tuti transferri, ne fictio fictionis inducatur[43], quæ ſententia iudicio meo ambigua eſt:
quia

1 Felin. c. cum dilectus. e. cõſtitutus. de reſcrip.
2 l. prima.
3 Bald. l. cum antiquiorib. verſ. x. C. de iur. delib.
4 c. j. de feud. cogn. in glo. fi. vbi Iacob. & Præpoſ.
5 c. j. quid ſit inueſtit.
6 l. cũ miles. ex quib. cauſ. maior. l. iuſto. §. nondum. ſ. tit. j.
7 l. ſiue. ſ. tit. j.
8 l. cœptã. ſ. tit. j. d. l. iuſto. §. nondum.
9 d. l. ſi is, qui pro.
10 l. iuſto. §. nõdum. ſ. tit. j.
11 d. l. cœptam. l. j. de act. rerum amo.
12 l. fi. in fi. ſ. tit. j.
13 d. l. fi.
14 l. iij. §. ſaltus. l. peregrè. §. quæſitum. ſ. eod.
15 l. pen. ſi cer. pet. vbi dixi.
16 d. l. in bello. §. factæ. & l. pe. de capt.
17 glo. d. §. factæ. in glo. pe. Iacob. de Arena, & Andr. de Piſis.
18 d. §. ſaltus.
19 l. quod ſeruus. ſ. eo. l. nõ ſolum. de peculio.
20 d. §. factę.
21 d. l. pen. de capt.
22 d. §. factæ.
23 l. pe. ſ. ſi cer. pet.
24 d. l. iuſto. §. fi.
25 l. ait. §. j. planè. ex quib. ca. maio. glo. d. §. fi. l. iuſto.
26 d. l. ſi is, qui.
27 d. §. nõdum. d. l. cœptã. l. j. ff. rer. amot. l. ſi peculiũ. §. is cui. de ſtatulib.
28 d. l. fi. in fi.
29 d. l. quod ſeruus. l. ſti pulatio iſta. §. hæc quoque. ff. de verb. oblig.
30 d. l. pe. & l. bona. §. pe. de capt.
31 l. hæres quãdoque. de acquir. hæred.
32 l. ſi ex re. §. fi. de ſtip. ſer. l. omnia ferè. l. omnis. de regul. iur.
33 d. l. denique. d. §. ſi vir.
34 l. raptores. verſ. pe. C. de epiſ. c. ij. extra. de conſuetu.
35 ſupra. l. j. in princip.
36 glo. d. l. cùm miles.
37 arg. l. Põponius. §. quæſitum. ſ. eo.
38 Socin. conſ. xlix. Iaſon lxxxvj. in iij.
39 d. l. in ſuis.
40 Iaſ. conſ. cxlvj. in iiij.
41 l. clàm. in fi. ſ. eod.
42 Bal. rub. extra. de cauſa poſſeſſ.
43 Guliel. l. ab emptione. ff. de pac.



quia clauſula conſtituti veram poſſeſsionem transfert[1], & maximè operatur in ea poſſeſ-
9 ſione, quæ plurimùm iuris habet[2] qualis eſt hæc, quod ſuprà vidimus. Tertius eſt † ca-
ſus, vt hæc poſſeſsio non pariat interdictum recuperandæ, cùm enim in fauorem hæ-
redis prouiſio hæc inuenta ſit, non impeditur quin remedio adipiſcendæ vti poſsit, vt
veram poſſeſsionem eo conſequantur[3]. quòd ſi fateamur illud ei competere, conſe-
quens eſt, vt non poſsit recuperandæ interdicto experiri: ſunt enim hæc contraria[4], ídque
Alexander ex facto reſpondit[5]. Sed hæc ratio ſatis fragilis eſt, nihil enim impedit diuer-
ſis reſpectibus hæc remedia competere, alterum, ſcilicet, reſpectu veræ poſſeſsionis, al-
terum reſpectu fictæ & cõmentitiæ, quam lex induxit[6]. & ſicut lex interdictum vnde vi
ei concedit, qui ciuili poſſeſsione deturbatus eſt[7] ita etiam concedere debet ei, qui ci-
uiliſsimam hanc amiſit: auctoritate enim legis, & illi per omnes effectus æquiparatur:
licet ſecùs ſit in poſſeſsione continuata à patre in filium[8], quæ non æquiparatur ciuili, &
ob quam ſatis fateor nullum eſſe illi interdicto locum: quod Bald. Ioannes Faber aliíque
rectè tradiderunt[9]. at in hac quæ ex ſtatuto transfertur verius eſt huiuſmodi interdi-
ctum competere[10], aliàs non ſanè magni effectus hoc ſtatutum eſſet, quod Claudius hîc
docet, & Decius reſpondit[11]. Exiſtimarim tamen in hoc iudicio ſummariè oſtendendum,
quod actor ſit hæres ſcriptus per exhibitionem inſtrumenti non aboliti[12], ſi legitimus
per ſemiplenas probationes[13], & eatenus ſtatutum hoc ſecundum ius commune accipien-
dum eſſe: ideóque non magis appellationi in eo deferendum, quàm in cæteris poſſeſſoriis
eſſe[14], ídque non ſolùm ſi filij eo remedio vtantur, quod Baldus reſpondit[15], ſed etiam ſi
extranei aliàs minus hæredi tali remedio ſuccurſum eſſet, quàm aliis interdictis, quod
10 credendum non eſt. Quartus † eſt caſus cùm de poſſeſsione bonorum feudalium agitur,
reſponſum enim à Rapha. extat, nullorum continuationem nullam reſpectu poſſeſsionis
fieri[16], quæ ſententia in caſu quo ipſe loquitur vera eſt, nempe cùm de iure perſonæ co-
hærenti agitur, putà feudo quo quis ſolum vſufructum haberet, aliàs cùm cliens natura-
liter rem poſsideat, ius verò fiduciarium etiam ciuiliter[17], non video, cur ea poſſeſsio con
tinuari in hæredem non debeat[18]. Iaſ. tamen ſpecialibus quibuſdam locis motus probare
contendit leges ſimpliciter loquentes in feudis locum non habere[19]. ideóque in eis ſupra-
ſcripto ſtatuto locum non eſſe, quod non obtinuit[20]. Poteſt tamen defendi, quoties quis
ex inueſtitura in feudo non hæreditario vocatus peteret ſe in poſſeſsionẽ mitti: nec enim
is tanquam hæres ſuccedit[21]. at ſtatutum hæredi duntaxat fauet. quòd ſi hęres ſe in poſſeſ-
ſionem mitti poſtulet, abſque dubio etiam ratione feudalium iure communi mittetur: ex
ſupraſcripto verò ſtatuto iam miſſus cenſebitur[22]. Quintus caſus eſt quem idem Iaſ. adii-
11 cit, vt locum † nõ habeat ſtatutum in emphyteuticis eccleſiarum bonis, quod ex facto ipſe
reſpondit[23], licet nec tunc obtinuerit. nec enim quæſtio inueſtituræ, quæ cauſam petitorij
habet hoc in iudicio admittenda eſt, quod ad poſſeſsionem pertinet[24]. nec verum eſt hoc
ſtatutum omnino correctorium eſſe, ſed potiùs exorbitans, ideóq; generaliter ſecundum
literam quacunque in materia intelligendum eſt[25]. nec tali caſu de extenſione tractatur,
ſed potiùs de verbis aduerſus propriam ſignificationem non reſtringendis. Sanè aliquibus
ſtatutis cauetur continuari poſſeſsionem, quo ad omnes effectus iuris, quæ verba multas
12 difficultates dirimunt. Sextus † caſus eſt, vt decretum ſibi locum vendicet, defuncto poſsi-
dente: ſecùs, ſi alius poſsideat, putà proprietarius, qui ciuiliter poſsidet: nec enim tali ſtatu-
to credẽdum eſt, eum impediri, quin propria auctoritate poſsit, finito vſufructu, rem ſuam
accipere, quod Ioan. Imol. aliíque recentiores tradiderunt[26]. qua ratione idẽ reſponſum
fuit, cùm proponeretur defunctum iure familiaritatis duntaxat poſſediſſe[27]. Illud quoque
receptum eſt tali ſtatuto hæredi conſuli, non autem fideicommiſſario[28]. Sed an ei conſu-
letur, qui tanquam præteritus teſtamentum rumpit, poſſeſsionémque in qua continuatus
eſt hæres ſcriptus, auocat? & Alexander reſpondit[29], non eſſe locum ſtatuto, quod cùm
correctorium ſit, ſatis eſt, ſi in primo hærede ſemel fuerit obſeruatum[30]: quæ ſentẽtia ver-
bis ſtatuti repugnat: verũ enim eſt hunc, qui præteritus eſt, hæredẽ eſſe[31], nec poteſt videri
omiſſus is caſus, quem verba expreſsè deſignant[32]. Sed an tali ſtatuto locus erit etiam in
rebus mobilibus? & non videretur: tum quia poſſeſsio propriè ad ſedes refertur, ideóq; de
immobilibus dicitur: tum, quia hoc modo videretur correctus titulus, Si quis teſtam. li-
ber. &c[33]. quod vix credendum eſt. ſatis arbitror ab ea quæſtione id deſcendere, an in ſta-
tuto appellatione poſſeſsionis veniat ea, quæ rerum mobilium eſt, qua de re ſuprà[34].
Sed nunquid locus erit ſtatuto, cùm mortuus eſt clericus proximo hærede relicto ali-
quo ſeculari? & veriſimile eſt ſtatuentes de clericorum hæreditatibus nihil ſenſiſſe[35].
ſed eas ſecundum ius Pontificium tractandas reliquiſſe[36]. qua tamen in re ampliùs de-
liberandum eſt. Sed quid ſi ipſe teſtator huiuſmodi continuationẽ abrumpit, verbi gratia,
inſtitutis hæredibus, mãdauit executoribus, vt fundum Seian. acciperent & venderent[37],
nunquid hæredes cenſebuntur continuati in poſſeſsione eius fundi, poſsíntque ab execu-
G v toribus

1 Bart. d. l. ſi is qui.
2 Bald. rub. C. de cont. emp. quæſt. xvj.
3 l. j. C. quorum bonorum. Bald. d. auth. defunc. Iaſ. l. ſi ſorori. C. de iur. delib.
4 l. j. C. de fur.
5 Alexan. conſ. lxxxiij. in ij. xxxvij. in prin.
6 §. nihil commune. in v. intellectu.
7 l. j. §. ſiue autẽ. de vi arm.
8 d. l. in ſuis.
9 Bal. d. auth. defuncto. l. j. de appellat. Ioan. Fab. d. §. ſui. Alex. d. l. in ſuis.
10 Bald. rub. de cauſa poſſ. & c. item cùm quis. de reſt. ſpol.
11 Dec. conſ. lxxxiiij. Socin. ſ. eo. l. rem, quæ nobis. quęſt. vj. Iaſ. d. conſ. cxlvj. Rip. lib. j. reſp. cap. j.
12 l. fi. C. de edic. diui Hadr.
13 Bar. l. j. C. quo. bon.
14 l. j. C. ſi de mom. poſſeſ.
15 Bal. conſ. cccxxx. lib. j. & cxlj. eo. volu.
16 Raph. com. conſ. clxxiij.
17 Bart. l. iij. §. è contrario. ſ. eod.
18 c. j. in fi. de feud. cog.
19 Iaſ. conſ. cxlvij. in ij. clij. in iiij.
20 d. c. j. verſ. ſtrenuus.
21 Bart. l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. verſ. quæro quid ff. ſ. de oper. liber.
22 c. vnico. §. inter. ſi de feudo fue. cont. inter dom.
23 Iaſ. d. conſ. clij.
24 d. ca. ij. & l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad leg. Iul. de vi.
25 l. cum lege. ſ. de teſtam. vbi Aret.
26 Imol. cõſ. xvj. Barb. lviij. in ij.
27 l. qui iure. ſ. eod.
28 not. in l. fi. C. de edic. diui Hadria.
29 conſ. xxxvij. in j.
30 argu. l. boues. §. hoc ſermone. de verb. ſign.
31 l. vt liberis. C. de coll. l. j. C. quorum bonorum.
32 l. fi. in fi. C. de poſt. hære. inſtit.
33 in §. Scæuola. l. j. illo tit.
34 ſ. in l. j. in prin.
35 c. ij. de ſucceſ. ab inteſta. vbi Abb. vlt. not.
36 Imola. c. quod clericis. de for. comp. Alexan. conſ. xliiij. in v.
37 l. nulli. C. de epiſc. Bar. l. alio. de alim. & cib. leg.

toribus impediri? & reſponſum extat ius notorium executorium obſtare hæredi ex hoc
ſtatuto agenti [1], ſatíſque veriſimile eſt poſſe teſtatorem iuſſu ſuo impedire, quominùs hæ-
res ſuus continuetur [2], tametſi alij aliter.

## SVMMAE.

1 ☞ *Poſſidetur etiam pars.*
3 *Certum variè ſumi: effectus huius.*
5 *L. Locus. ſenſus.*

LOCVS. Certa † pars ſiue ratione loci, ſiue ratione quotæ tantùm pro 1
diuiſo, vel indiuiſo poſsideri poteſt, ſecùs, ſi omnino incerta ſit [3]. non ſo-
lùm autem certa pars pro indiuiſo poſsideri poteſt, ſed etiam alienari &
euinci [4]: adeò vt de ea iudicemus ſicut de loco omnino certo [5]. Sed quæ-
nam eſt huius legis ratio? & cùm poſſeſsio ex animo * cõſtet, & in re ipſa 2
ſit tanta incertitudo & animum impedit, & rem non diſcernit. videamus
nunc huius rei exempla. & † certum locum definiunt omnes, qui certis finibus ſit compræ- 3
henſus, certam verò partem pro indiuiſo poſsideri inquit Bartol. cùm tertiam, putà, par-
tem huius fundi habeo. Addunt veteres [6], & ſi neſciam, quantus ſit totius fundi modus.
vnde infertur, ſi vendas mihi, conſtituáſque nomine meo poſsidere centum iugera pro
indiuiſo ex tali fundo, qui eſt quingentorum xx. iugerum vel circiter, lege noſtra ſatis
probari certam eſſe partem: ideóque poſsideri poſſe. Nec me mouet, quòd ſumma totius
agri eſt incerta propter dictionem circiter. nam nihil hoc refert: cùm ſatis ſit, certos eſſe
fines, illáque clauſula * adiecta in hoc videtur, ne menſoris error noceat. Quid etiam erit 4
cùm venditæ proponuntur centum tabulæ terræ ex prædio tuo? & Iuo Peruſ. rem certam
eſſe cenſuit [7]. ideóque & poſsideri, & vindicari centum tabulas pro indiuiſo poſſe: niſi ta-
men ſpecialiter à contrahentibus actum eſſet, vt certus locus eligeretur [8]. nec enim ideo
res incerta dici poteſt. quia locus loci ſit omiſſus [9]. Quid ſi ſupraſcripto caſu adiectum ſit,
quod ſi non erunt centum tabulæ, quod deerit, ſupplebis ex tali alio fundo verſus orien-
tem? & ſatis putarim certum eſſe locum. quod rectè Decius tradit [10], facta tamen priùs
menſura [11]. Quid ſi donaui tibi quartam partem omnium bonorum meorum, conſti-
tuíque tuo nomine poſsidere? & Decius reſpondet [12]. incertam eſſe hanc partem. Ego po
tiùs certam eſſe arbitror: cùm donans ipſe præſumatur res ſuas ſcire, miniſteriúmque mi-
hi animo ſuo præſtet [13]. clarum eſt autem, quamuis ego ignorem, poſſe me per alium, qui
ſciat, poſsidere [14]. quæ ſententia certius procederet, ſi corporaliter res ipſas appræhen-
diſſem, vt appræhenſio certa præualeat contractui incerto. quod alibi ipſe Decius cen-
ſuit [15]. ſed quid, ſi Titius vendit tibi vniuerſa bona ſua, & quicquid ipſe poſsidet, conſti-
tuit nomine tuo poſsidere? & lex videtur dicere incertam eſſe hanc partem, ideóque nul-
lam transferri poſſeſsionem [16]. Sed tamen verba legis non hoc caſu loquuntur, quo Ti-
tius ipſe, qui ſuæ poſſeſsionis certus eſt, tuo nomine conſtituit poſsidere, cùm (vt ſuprà
dixerim) ſatis eſt, quòd is, qui miniſterium præſtat, certus ſit. tametſi dominus neſciat,
quod Accurſ. cenſuit, & cæteri communiter ſequuntur [17]. Intelligitur † ergo lex, vel cùm 5
Titius quoque ipſe incertus erat, vt hic quoque dicitur [18]. vel cùm nullum miniſterium prę-
ſtat. Hincque infertur, non ſimpliciter verum eſſe, quod Iaſon ait, cùm quis donat quic-
quid iuris habet in tali fundo, & conſtituit ſe pro donatario poſsidere, non transferri poſ-
ſeſsionem propter incertitudinem * cuius rei cauſa, Angel. citat auctorem [19]. at qui An- 6
gelus loquitur, cum ipſe quoque donans ignorabat, quid iuris haberet: alioquin ſi poſsi-
debat fundum, non eſt dubium, tranſlatam cenſeri eam poſſeſsionem. Sed quid ſi filiuſ-
familiàs mortuo patre, occupet hæreditatem, & dicat ſe velle legitimam ſuam conſe-
qui, an acquiret poſſeſsionem? & Bartolus negat [20]. quia ſubeſt incertitudo, in primis ra-
tione loci, quia legitima debetur pro indiuiſo ſuper bonis, at portio indiuiſa non poteſt
in loco demonſtrari [21]: deinde etiam ratione quotæ, quia propter deductiones, quæ fiunt
ob æs alienum, incertum eſt, quanta ſit tota pars hæreditatis. ergo & quota. quæ ſen-
tentia probabilis eſt, cùm filius eam legitimam citra titulum hæreditarium accipit. ſed
cùm id regulariter facere non poſsit, quia quamuis legitima quota pars bonorum ſit [22].
titulo tamen inſtitutionis hodie filius omnino vocandus eſt: ideóque legitimam * ac- 7
cipere non poteſt, & hæreditatem repudiare [23]: cúmque hæreditas intelligatur non
deducto ære alieno [24], apparet non ſubeſſe eam incertitudinem: ideóque appræhen-
ſione poſſeſsionem tertiæ partis pro indiuiſo acquiri. Sed ponè, Titius dominus fundi
Seiani in eo mihi vſumfructum conſtituit, tibi vſum, an poſsidere poſsimus propter in-
certitudinem? & conſtat ratione quotæ incertitudinem ſubeſſe: quoniam vſus incertus
eſt [25]. an & loci? & videretur idem, ſi pro indiuiſo poſsidere quilibet dimidiam videamur.
Bart.

1 argu. notatorum in §. nihil commune. in lect. j. l. naturaliter. ſ. eod.
2 arg. l. titia. §. j. vbi glo. de leg. ij. Docto. l. nemo poteſt. de leg. j.
3 l. ſi quis fundum. ſ. eod. l. ſi fur. in fi. ſ. tit. j.
4 l. falſo. C. de com. rer. alien. l. j. ff. de euict.
5 Decius conſ. ccliiij.
6 Oldr. Iac. Rain. Alberic.
7 l. ſi quis fundum. ſ. eod. j. ſol. Iaſ. d. §. j. Dec. conſ. cxvij. in fin.
8 Bar. l. iij. §. j. ſ. eod.
9 gl. l. emptor. ſ. tit. j.
10 d. conſ. cjxxix. in fi.
11 l. ſi in venditione. §. j. de peric. & com.
12 Dec. conſ. ccxxvj.
13 gl. d. l. iij. §. j. vbi Iaſ. verſ. tertio lim.
14 l. peregrè. §. quæſitum. ſ. eod.
15 Bartol. l. emptor. ſ. tit. ij. Dec. d. conſ. clxxix. in fi.
16 d. l. iij. §. j.
17 glo. & Doct. d. §. j.
18 l. noſtra. verb. ignorat.
19 Iaſ. d. §. j. Ange. l. qui de tota. §. j. de rei vend.
20 Bar. l. ij. C. quã. & quib. quar. par. lib. x.
21 l. mæuius. §. duobus. de leg. ij.
22 authẽt. nouiſsima. C. de inoff. teſt.
23 l. j. de acq. hær. Bar. l. gerit. eo. tit. Doct. l. j. de vulg.
24 Bar. d. l. vt iuriſiurãdi. §. fin. in fi.
25 l. vſus pars. ff. vſusfr. pet.



Bart. inſolidum nos poſsidere ait: ideóque loci incertitudinem non ſubeſſe [1], & conſequen-
ter vtrunque verè poſsidere. ego proprietarium fundi poſſeſſorem eſſe arbitror, fructua-
rium vel vſuarium quaſi poſſeſſores iuris percipiendi eſſe, naturalem verò poſſeſsionem
nullam prorſus habere: quod ſuprà docui. Tandem pone, Aſsignat quis mihi mille aureos
ex bonis ſuis, & conſtituit meo nomine omnia bona ſua poſsidere, an incertitudo vitiet
conſtitutum? Et Iaſ. reſpondit [2], non vitiare, quia hîc nulla incertitudo eſt in quota parte:
cùm de omnibus bonis loquatur. ſufficítque certitudo, quæ generaliter adeſt: licet in ſpe-
8 cie non adſit [3]. Ego tali conſtituto nullã poſſeſsionẽ tranſlatam * reſpectu mille aureorum
ſentio. Subeſt enim incertitudo & quotę & loci, imò & rei ipſius cũ ſolutione pecunię bona
liberentur [4]. ſolùm ergo cenſebitur pignori omnia bona eo nomine obligaſſe, dicetúrque
creditor pignoris ipſius poſſeſſor [5]. quòd ſi quæſtio debiti principalis in dubium refricetur,
interim quæſtio poſſeſſoria pignoris conquieſcet [6]. quod & ſuprà vidimus [7]. cùm ſublata
principali, obligatione, pignus quoque ipſum ſit peremptum [8].

1 l. ſi. vbi Bar. vti poſsid.
2 conſil. cxlvij.
3 arg. l. qui iure. de teſt. mi.
4 l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle. de ſol.
5 Bar. l. Celſus. ſ. tit. j.
6 l. ei à quo. ſ. tit. j.
7 dixi in l. j. §. ſi vir vxori.
8 l. ſoluitur. §. pen. quibus mod. pig. ſol.

## SVMMAE.

1 ☞ *Poſſeſſionem conductione perdi: ex cauſis contrà. 8. 9.*
3 *L. Si aliquam. & l. ei quo. de vſucap. conciliari.*
7 *L. Si aliquam. ſenſus. 12.*
10 *Conductionem rei ſuæ niſi ex cauſa, valere.*
11 *Conductum meum reuocare licet.*

1 SI ALIQVAM REM. Qui rem à ſe poſſeſſam † ab alio condu-
cit, ſi ignoranter faciat, poſſeſsionem non perdit [9]. Idem, ſi ſcienter, id
eſt, dum rem quaſi ſuam conducat: contractus enim talis nullus eſt [10].
niſi reſpectu poſſeſsionis tantùm ſit celebrata conductio. Quid ergo, ſi
ſcienter rem ſuam quaſi alienã conduxit? & Iuriſcõſultus ſentit tali caſu
amitti poſſeſsionem, quod & Accurſius hîc cenſuit. videtúrque receptior
aduerſus Bartol. ſententia [11], quam plurimis rationibus Alexander tuetur, contrariáque
argumenta diffusè confutat. Nec me mouet, quòd cùm etiam hoc caſu contractus ſit nul-
lus [12], non videatur conductor amittere poſſeſsionem cùm certa ſit regula quoties cauſa
tranſlationis coniuncta eſt contractui, reprobato contractu etiam tranſlationem poſſeſ-
2 ſionis * reprobari [13]. quod ſuprà vidimus, receptiſsimúmque eſt. Reſpondeo, verum id
eſſe, cùm contractus euidenter & apertè eſt nullus, vt cùm dominus rem ſuam, quaſi ſuam
conducit: manifeſtus enim iuris error vtrunque infirmat. Quòd ſi in ſpecie valeat, vt in
hoc caſu, quo rei quaſi alienæ facta eſt conductio. eatenus ſaltem operatur, vt poſſeſsio
transferatur. quod hac lege optimè probatur, quam Doctores non videntur rectè perpen-
diſſe. Rurſus non mouet Iaboleni reſponſum [14], vbi dominus conducens à poſſeſſore bo-
næ fidei, quamuis contractus ſit nullus, locatorem poſſeſsione priuat: tantùm abeſt, vt
3 in eum transferat. Reſpondeo † longè & latè Iaboleni caſus à noſtro differt. ibi dominus
non poſsidebat: ideóque à bonæ fidei poſſeſſore conduxit, & cùm conductio ſit nulla, ni-
hilominúſque dominus rem detineat, videtur poſſeſsionem locatoris interuertere, & ſibi
cauſam poſſeſsionis mutare. at in caſu noſtro, cùm dominus poſsideat, & nihilominùs con
ducat nõ quicquam interuertere, ſed potiùs poſſeſsionẽ in locatorem transferre velle exi-
ſtimandus eſt: nec enim poteſt videri aliud actum eſſe. Sed num hoc caſu, ſicut poſſeſsio, ita
etiam dominiũ amittatur? & Accur. negat, quẽ cæteri ſequuntur. ídque duabus rationibus.
4 Prima quia ſolo animo dominiũ * non perditur [15]. ſed cũ dixerimus amitti poſſeſsionẽ ni-
hil obſtat, quin amiſſa poſſeſsione ſolo animo dominiũ perdatur [16], & in poſsidentẽ tranſ-
eat altera [17]. quia quoties rẽ meã tibi trado tanquã tuã, nõ abdicatur à me dominiũ [18], quæ
ratio vera eſt: cũ tradens ignorat rẽ eſſe ſuã. at nos loquimur in ſciente [19]. Addit Alex. quia
nõ transfertur dominiũ quoties & titulus eſt fictus. & trãſlatio quoq; poſſeſsionis eſt ficta [20].
ne, ſcilicet, duæ fictiones concurrãt [21]. ſed & hoc non multũ me mouet. tacita enim dona-
tio, quæ à ſciente fit [22], ficta non eſt, ſed ex cõſenſu partium præſumpta. ſed & traditio quæ
per conductionem inducitur, nec ipſa videtur iure fictionis aduerſus veritatem induci, ſed
potiùs ſecundum veritatem legis auctoritate ſuffultam [23]. quod & ſuprà tractaui. Tametſi
5 & regula illa duas fictiones * concurrere prohibens, nõ ſat vera ſit, nulláq; probetur lege,
quod aliàs diſputaui. verior ergo eſt ratio, quod contractus iſte, quo quis rem ſuam condu-
cit, nullus eſt [24], at ex contractu nullo non transfertur dominium [25]: nec enim ſubeſt cau-
ſa, abſque qua nunquam dominium in aliquem tranſit [26]. Nec obſtat, ſi diceres, ſubeſſe fal-
ſam cauſam donationis, cùm à ſciente contractus celebretur [27]. Reſpondit Alexander po-
tiùs errorẽ iuris præſumi, tanquã crediderit dominus poſſe ſe rem ſuam conducere, quam
donauit [28]. Ampliùs extendit Bar. etiam ſi quis in emphyteuſin ab eccleſia recognoſceret
rem ſuam, tanquam fuiſſet eccleſiaſticus, adhuc non cenſeretur in eccleſiam tranſlatũ do-
6 minium: quia fictus hic titulus. & ficta * traditio non ſufficit transferendo dominio [29]. ego
ſupraſcr

9 l. mater. de inoff. teſt.
10 l. neque pignus. de reg. iur. l. qui rem. depoſ.
11 glo. & doct. l. qui rem. C. loc. Alex. hic.
12 d. l. neque pignus. l. ſuæ rei. de contra. empt.
13 l. ſi quis ante. verſ. quid ſi nummo. ſ. l. j. §. ſi vir.
14 l. ei à quo. ſ. tit. j.
15 l. ſi quis vi. §. differentia. ſ. eod.
16 §. interdum. inſt. de rer. diuiſ.
17 arg. l. j. & ij. pro derel.
18 l. iij. §. ſubtilius. de condi. cauſ. da.
19 argu. l. Iulianus. de cur. fur. Bar. l. j. de off. proc. Cæſ.
20 d. l. ei, à quo.
21 l. j. C. de dot. prom.
22 l. cuius. de reg. iur.
23 l. quarundam. ſ. eo. dixi ſ. l. j.
24 d. l. neque pignus.
25 ſ. l. j. d. §. ſi vir vxori. ſ. e.
26 l. nunquam. ſ. tit. j.
27 d. l. cuius.
28 l. eleganter. §. qui reprobos. de pign. act. l. ſi cùm aurum. de ſolut.
29 d. l. ei à quo.

ſupraſcriptam rationem magis probo, vt videatur potius erraſſe: ideóque dominium non
tranſtulerit [1]. confeſsio tamen iſta interim nocebit, fundabítque eccleſiæ intentionem: do-
nec probetur eum, qui conduxit, fuiſſe verum dominum. quod alibi Bart. docuit [2].

VTRVM QVASI. Supereſt alius articulus. Quando rem meam conduco à Titio
quaſi meam. & Iuriſconſultus manifeſtè ſentit † hunc caſum à ſuperiore differre. & ſicut 7
in illo transfertur poſſeſsio in iſto non transferri. Caſtrenſis & Alex. in hoc eſſe differen-
tiam aiunt, quòd ſuperiore caſu perdo poſſeſsionem, ita demum ſi, cùm conduxi, ſciebam
me eſſe & poſſeſſorem & dominum. ſed hoc poſteriore indiſtinctè perdo poſſeſsionem
etiam ſi neſcirem me dominum, quæ ſententia mihi non placet. nec in contextu quicquam
de hoc dicitur. & lex loquitur, cùm conductor ſciebat, & ſic æqualem ſcientiam vtroq; ca-
ſu perpendit, nec veriſimile eſt, eum, qui conducit tanquam ſuam, neſcire eſſe ſuam. cur e-
nim ſecundum hanc qualitatem contraxit? Quid ergo cenſendum? Accurſius hîc hoc ca-
ſu amitti & poſſeſsionem & dominium exiſtimat [3]. quem Iac. & Imol. ſequuntur. Bar. verò
receptiore ſententia negat transferri dominium: quia non ſubeſt titulus, cùm cõtractus ſit
nullus [4]. & quia ex ficto titulo fictáq; traditione non transfertur dominium [5]. addit Alex.
& cæteri: quia duæ fictiones ſimul concurrere nequeunt. ſi ex vno fonte proueniant [6]. ego
nec poſſeſsionem quidem † transferri arbitror: quoniam Iuriſconſultus id manifeſtè ſen- 8
tit, & quia quoties cauſa tranſlationis coniuncta eſt contractui, eo infirmato, nec poſſeſsio
quidẽ transfertur [7]. quod ſuprà docui. Si ergo ita concepta ſit cõuentio, Titius ſciens ſe eſſe
dominum, & poſſeſſorem talis fundi, eum à Caio conducit. non transferetur dominiũ. vt
aduerſus Ang. rectè Alex. hîc docet. nec transferetur poſſeſsio, nec quicquã facit, quòd qui
vult conſequens, vult etiam antecedens [8]. Reſpondeo, debet illud velle per actum habi-
lem & legitimum. at rei ſuæ conductio eſt nulla, ideóque non ſufficit tranſlationis domi-
nij, & error iuris potius præſumitur. Quid igitur ſi conſtet de animo donandi? & tunc de-
fendetur Angeli ſententia [9]. quia titulus cenſebitur habilis, vt hîc Alex. tradit. egóque ve-
rum arbitror etiam illis caſibus quibus aduerſus regulam in dubio promiſsio ex cauſa do-
nationis facta cenſetur, vt cùm cõiunctio perſonarum, vel merita hoc ſuadeat, quos alibi
Alex. adnotat [10]. Addit hîc Bart. ſequuntúrque cæteri idem eſſe, cùm dominus ab eccleſia
conduxit. videtur enim dominium incontinenti in eccleſiam trãſiuiſſe [11]. nec error aliquis
præſumi poteſt, cùm ſciens rem ſuam tanquã ſuam conduxit. Ego errorem iuris aliquantò
apertiorem hoc caſu eſſe arbitror, quàm ſuperiore, cùm tanquam alienam conducit. Nec
ſupraſcriptis obeſt quod lex ait [12]. quia rem propriã conducit, exiſtimans alienam, domi-
nium nõ transfert &c. quaſi ſentiat, ſi non exiſtimaret alienã, transferri dominiũ. Reſpon-
deo, in ignorante deciſio legis perpetua eſt: at in ſciente diſtinguitur ſecundũ ſupraſcripta
ſcilicet. Aut † conſtat de animo donandi, & transfertur. Aut non cõſtat, & tunc nihil refert, 9
ſciuerit, an ignorauerit, quod & Accurſ. cenſuit, & alij probauerunt [13]. Sed quid ſi locator
condictione ex lege egerit. obſtabítne ei exceptio, niſi dominus eſſem? & Caſtrẽſ. [14] atque
Alexand. hîc non obſtare ſimpliciter ſcripſerunt. quod intelligit Curt. & Decius [15], quando
ſcienter dominus cõduxiſſet, ſecus ſi ignoranter. ego Caſtr. & Alex. ſequor, vt exceptio do
minij obiici nõ poſsit, exceptio tamen poſſeſsionis poſsit. & ideo caſibus quibus ſuprà con
cluſi conductorem non amittere poſſeſsionem non erit locus ſupraſcriptæ conductioni.
Nec enim locator poteſt videri ſpoliatus poſſeſsione quam nunquam habuit, ſed ſemper
domino remanſit. vnde conſequens eſt, vt ſi non per contractum ipſum, qui irritus erat, ſed
per alios actus. putà, diutinã conductoris recognitionem [16], itémq; annuæ mercedis ſolu-
tione [17], poſſeſsio in locatorẽ trãſlata fuiſſet, cõdictioni locus ſit, agentíq; locatori nõ obſtet
dominij exceptio [18]. niſi tamẽ notoria. qua de re ſuprà [19], quicquid Curt. ipſe reſpõderit [20].

NAM SI REM MEAM. Poteſt ergo dominus rem ſuã ab alio poſſeſſam * re- 10
ſpectu poſſeſsionis cõducere, & valebit cõtractus [21]. dicetur autẽ reſpectu poſſeſsionis con
ducta, quãdo verba hoc inferẽt [22]. aliud enim eſt res ipſa, aliud rei poſſeſsio. In dubio quo-
que poterit agnoſci ex pretij qualitate, cũ pro ſola poſſeſsione longè minor merces conſti-
tuẽda videatur [23]. ex qualitate quoq; perſonarũ accipietur hæc interpretatio. vt ſi locator
ſolũ vſufructũ habeat, & tanquã fructuarius locet videtur naturalẽ poſſeſsionẽ quã habet,
in conductionẽ dare [24]: ſic & creditor, qui rẽ iure pignoris poſsidet, locãdo videtur dunta-
xat reſpectu poſſeſsionis cõtraxiſſe [25]. Subiicit Paul. Caſtr. ſi dominus rem ſuã ab alio poſ-
ſeſſam † conduxerit, cũ poſſet eam poſſeſsionẽ aliquo iuris remedio reuocare, non valere 11
conductionem [26]. quæ ſententia recepta nõ eſt, ne lege probatur. Addit idem, ſi quis domi-
nus eſt, etiam poſſeſſor ſit, nõ valere contractum conductionis ſolius poſſeſsionis, niſi cùm
locator aliquo remedio reuocare hanc poſſeſsionẽ potuiſſet. tunc enim perinde eſt, ac ſi lo
cator ipſe poſsideret [27]. idq; & Ang. cẽſuit, & probabile eſt, licet Alex. diſſentiat. ſed quid ſi
dominus idẽ, & poſſeſſor rẽ ſuã dicat reſpectu poſſeſsionis à Titio cõducere vt valeat con
tractus? dicemúſne voluiſſe eum in Titiũ poſſeſsionẽ transferre? Et Accurſ. Bart. & cæteri
ſentiunt

1 l. cùm falſa. C. de iur. & facti igno.
2 Bar. d. l. cùm falſa.
3 arg. l. qui rem. l. ad probatione. C. lo. à cõtrario ſenſu.
4 d. l. neque pignus.
5 d. l. ei, à quo.
6 Bar. l. ſi is qui. q. vij. ſ. tit. j.
7 d. l. ſi quis ante. Bal. l. non dubium. C. de legib.
8 l. illud. de acq. hær.
9 l. quiſquis. C. de donat. l. quædã mulier. ff. de rei ven. Cin. d. l. ad probationem.
10 Alex. l. à Titio. de verb. oblig.
11 l. ſi. C. de ſacr. eccle.
12 l. qui rem. C. loc.
13 l. ſi quis conductionis. C. loca.
14 Paul. l. qui rem. ſ. depoſ.
15 Curt. conſ. lxxj. Dec. d. l. neque.
16 Bar. d. l. cùm falſa.
17 l. quãuis. §. ſi conductor. ſ. eod.
18 Bar. d. l. ei à quo.
19 d. §. nihil cõmune. ſ. intel.
20 Curt. d. conſ. lxxj.
21 l. certè. ſ. ſi. de precar.
22 l. ſi mulier. §. qui poſſeſ. quod met. cau.
23 l. ſi duo. in fi. vti poſsid.
24 l. ſi quis domum. §. hîc ſubiungi. ff. locati.
25 l. rem pignori. vbi Paul. ſ. eod.
26 argu. l. ſi in emptione. §. rei ſuæ. de contrah. empt.
27 l. non videtur. ſ. eo. l. ſed & ſi eam. ff. de precar.



12 ſentiunt videri Titium poſſeſſorem conſtitutum [1], legémque noſtram etiam hoc † caſu
procedere intelligunt. quæ ſententia & nobis placet: cùm facilimè poſſeſsio transferatur,
ſufficiátque vel nuda voluntas [2]. meritò ergo cùm locator propter conſtitutum ſit effectus
poſſeſſor, habeátque interdictum, vti poſsidetis. valebit ſecundum ſupraſcripta condu-
ctio ab eo facta. quod & Imola Pontanus Alexandérque cenſuerunt. Sed quid ſi dominus
iſte rem reſpectu poſſeſsionis & proprietatis conducat? & Salicetus atque Alexander cen-
ſuerunt non ſolùm contractum eſſe reſpectu proprietatis nullum, ſed etiam reſpectu poſ-
ſeſsionis. quæ ſententia poteſt defendi, cùm conductio principaliter reſpectu proprietatis
facta eſt: licet in conſequentiam etiam reſpectu poſſeſsionis vti quia ſimpliciter res eſt con
ducta [3]. aliàs nõ videretur vtile vitiandũ ab eo, quod inutiliter geſtũ eſt. ſeparatæ enim hæ
ſunt cauſę [4]. ídq; & ipſe Alex. ſatis ſentit. Et hæc huius legis declarationi vidẽtur ſufficere.

1 arg. l. quod meo. ſ. eod.
2 d. l. ſi quis vi. §. differentia.
3 d. l. qui rem. d. l. ex conducto. eod. tit.
4 l. ſed ſi communis. de cõtrah. emp.

*DE VSVSCAP. ET VSVRPAT. RVBRICA.*

SVMMAE.


3 *L. Si is, qui pro. reſtringi & explicari.* 10. 20. 23. 153.
4 *Vſuſcapionem captiuitate, & morte ceſſare: ex cauſis contrá.* 7.
5 *Fictionis Corneliana effectus.*
9 *L. Iuſto. §. nondum. de vſuſcap. ſenſus.*
12 *Fictiones in poſſeſſione ceſſare. &* 18.
24 *Fictionis etiam altero inhabili locum eſſe.*
25 *Poſtliminij effectus.* 139.
27 *Vſuſcapionis origo ex vtraque poſſeſſione.*
28 *Vſucapit fictè ſeruus.* 29.
31 *§. Factæ. l. in bello. de capt. ſenſus.*
32 *Plenius variè interpretari.*
34 *Fictionis definitæ explicatio.*
36 *Fictionem ex cauſis inducit homo.*
39 *L. Vel viuo. de ſuis, & legi. explanari.*
40 *Fictioni diſſentanea.*
44 *Naturæ ob indiuiduitatem imitantia.*
50 *Fingi ex cauſis impoſſibilia poſſe.*
52 *Fingi potiùs contra ius, quàm naturam.*
54 *Spadonum & eunuchorum differentia.*
55 *Fictionem & naturam, ſed variè, concurrere.*
57 *Legitimari partim quem poſſe.*
58 *Fictionis comites cauſa & æquitas.*
62 *Fictionis in indiuiduis & connexis vis.*
64 *Vſuſcapionis cauſa.*
68 *Legitimare, ſtantib. fil. licere.*
70 *Fictione inductæ differentiæ.*
71 *Vitæ optimæ fructus.*
72 *Fictionum ſpecies & differentiæ effectus.* 82. 163.
73 *Moribus conſtituta.*
76 *Fictio in caſibus veritate debilior.* 78. 93. 94. 95. 96.
77 *Solutionis effectus.*
81 *Tranſmittit ex ſtatuto infans.*
83 *Fictionis inductiuæ definita limitata vis.*
85 *Fictionem in ſtatus cauſa ceſſare viritatiq; cedere.*
88 *Agendi quid inſtrumenta.*
89 *Fictioni ex cauſis cedit veritas.*
92 *Legitimatos quibuſdam bonis excludi.*
97 *Beneficium ſine onere, niſi connexo intelligi.*
98 *Originariorũ munus fictis nõ concedi niſi expreſſim.*
101 *Fictionis priuatiuæ definita vis.*
103 *Legis Corneliæ vis.*
107 *Fictioni priuatiuæ nec in iure, nec facto locum eſſe.*
108 *Fictionis tranſlatitiæ definitio.*
109 *Fictionem circunſtantiis transferri.*
110 *Fingi tempore variè.*
111 *Fictionem tranſlatitiam variè ceſſare.* 114. 117. 119. 120. 122. 123. 124. 125. 126. 128. 129.
113 *Monachum ex cauſis adire.*
115 *Fictioni tranſlatitiæ in ciuilibus locum eſſe: ex cauſis diuerſum.* 116.
118 *Fictionem ex cauſis trahi retró. quandoque diuerſum.* 121. 131.
130 *Vſucapionum conditionem, fictionémque non trahi quandoque retró.*
132 *Inhabilitatem extremi ratihabitioni, & vſuſcapioni obeſſe.*
136 *Extremi inhabilitas ex cauſis nõ ſpectanda.* 141. 143.
145 *Extremum ad quod vbiq; niſi ex cauſis aptandum.*
154 *Extremum ad quod conſyderabile: ex cauſis contrá.* 159. 161.
155 *Fictionem legis ex cauſis ceſſare.*
157 *L. Antepen. C. de don. inter vir. ſenſus.*
160 *Sacerdotum filij legitimabiles.*
164 *Fictionẽ perſonæ tranſlatitiã iure factóue variè cẽſeri.*
165 *Fingitur is cuius nomine quid fit, actui ineſſe in his quæ facti ſunt contrà.* 167.
169 *Fingitur in factis interpretatione adeſſe is, cuius nomine fit: ex cauſis diuerſum.* 172.
175 *Fictiones, niſi ex cauſis, concurrere. &* 184.
181 *L. j. C. de do. promiſ. ſenſus Bartoli reiectus.*
182 *L. Si verò non remu. §. j. mandati explicari.*


SI IS, QVI PRO EMPTORE. Captiuitate perditur
1 poſſeſsio * [5]. Ideóq; interrumpitur vſuſcapio * [6]: nec per ius poſt-
2 liminij, aut legẽ Corn. ſuſtinetur, vt hîc dicitur †, exceptò ſecun-
3 dum Iulianũ in re, quã ſeruus, capto domino, emerit, quod intel-
ligunt Doct. ſi ex cauſa peculiari hoc fecerit [7]. ſicut enim eo igno
rãte, & poſſeſsio, & vſuſcapio locũ habet, ita & eo captiuo [8]. Cer-
táq; eſt hęc limitatio in iure noſtro, & ita Iuliani ſententiã intelle
xit Triphon [9]. nempe in caſu quo rectè loquutus videri poſſet [10].
Atq; ita alibi ipſe Iulian. diſtinxit, licet nõ de vſucapione loque-
4 retur [11]. quæ noſtra eſt quęſtio. Cæterùm † quod ad vſuſcapionẽ adtinet Iulian. ſimpliciter lo-
quutus fuerat, vnde in lege noſtra nullũ verbũ eſt cauſæ peculiaris. Ideóq; Marcell. ſimpli-
citer eũ intellexit de vtraq; cauſa tam peculiari, quã dominica. & aduerſus eã limitationẽ
notas ſcripſit (fuit enim multis annis eo poſterior [12]) tribúſque argumẽtis eſt vſus. Primũ,
ſi hæreditas verè iaceret, vſucapio non, niſi à die eius aditæ, procederet, interim non pro-
cederet,

5 l. cùm hæredes. §. j. ſ. tit. j.
6 l. naturaliter. ſ. eod.
7 l. iuſto. in fi. ſ. eod.
8 l. pen. ſ. de cap. l. ait prætor. §. hi planè. ex quib. cau. maior.
9 in l. in bello. §. factæ. de capt.
10 l. dicere. §. j. de arbit. l. ſi is, qui. ſ. de teſtam.
11 l. bona. §. pen. de capt.
12 l. quidam ita. ad Treb. l. quæſitum. l. ſi pupillus. de acq. hæred.

cederet[1], ergo idem ſi † fictione legis Corneliæ interpretatione iaceat, vt pleniùs ea lex 5
accipiatur. idémque operetur, quod veritas[2]: tametſi aliàs propriè non dicatur iacere pro-
pter ſpem poſtliminij, vnde & interim adiri non poteſt[3]. ſecundũ, ſi per ſe, vel ſeruũ à prin-
cipio poſſediſſet, locus eſſet regulæ, & vſucapio non procederet[4]: ergo idem in his, quæ hic
ſeruus emit, cùm non plus debeat poſſe dominus per ſeruum, quàm per ſeipſum, imò o-
mnis ſerui capacitas ex domini iure pendet[5]: meritò ergo non ſolùm lex Cornelia, ſed
nec ius poſtliminij, eo reuerſo, prodeſſe ei non debet. quod argumentum Tryphonius
reprobat[6], veráque eſt eius ſententia in cauſa peculiari: etenim in ea manifeſta eſt ratio
differentiæ[7], de qua infrà diſputabimus. At in cauſa non peculiari, ad quam Marcelli ſen-
tentia eſt reſtringenda, videtur efficax. Tertium, hæreditas non generaliter, ſed in qui-
buſdam caſibus vicẽ perſonæ * ſuſtinet[8]: at in re non peculiari, ea iacente, à ſeruo em- 6
pta non ſuſtinet[9], ſicut nec in continuatione poſſeſsionis, quæ eſt meri facti[10], ergo
locus non erit vſucapioni, ſícque remanet confutata Iuliani limitatio, quatenus ex ſui
generalitate intelligeretur de his, quæ extra cauſam peculiarem interim ſeruus emiſ-
ſet. Defenditur † tamen (vt dixi) à Tryphonio, vt procedat in cauſa peculiari[11]. nam I.
in ea nihil dubitaſſe Iulianum ex coniunctione duarum legum adparet[12]. Quod in- 7
telligo ſiue poſt captiuitatem ſiue ante ex cauſa peculiari ſeruus emerit: ſubeſt enim ſem- II.
per eadem ratio[13], quod infrà adtingemus. Idémque ego arbitror, etiam ſi cauſa non III.
planè peculiaris ſit, ſed quaſi[14], vt quia ſeruus emerit ante captiuitatem, domino ſcien-
te: quo caſu locus eſt vſucapioni[15]: quæ Iacobi, & Zaffirij ſententia fuit, & infrà adtin-
gam. ſcientia enim domini * tacitam quandam conceſsionem peculij inducit[16]. qua de 8
re ſuprà diffuſiùs diſſerui[17]. Defenditur etiam hæc ſententia in filiofamiliàs, qui ca- IIII.
pto patre, non ex cauſa peculij quid emerit: ſi enim pater moriatur, cenſetur interim ſibi
poſſediſſe & vſucepiſſe[18], licet aliud ſit in ſeruo, vt Accurſius ait. Cæterùm, quia in V.
aliquibus codicibus in fine huius reſponſi nulla eſt negatio, poſſet illa opinio aduerſus
omnes defendi, vt in ſeruo quoque, ſicut in filiofamiliàs ante aditam hæreditatem nihi-
lominùs procedat vſuſcapio, etiam in non peculiaribus. Papinianus † enim ſimpliciter, 9
ſi ſeruus, inquit, hæreditarius aliquid comparauit[19], non diſtinctò, an cauſa peculij ſub-
ſit, an id minus. vnde nec in lege noſtra ſit talis diſtinctio: licet Doctores ipſi ſubaudiant,
vt ſupraſcripta quidem illa argumenta ſecundum communes iuris noſtri regulas pro-
cedant[20]. Sed tamen aliud ſit receptum iure ſingulari, ſeu conſtituto[21], id eſt extraor-
dinario & commentitio[22], ſecundum quem intellectum quod in textu noſtro dicitur † poſ- 10
ſe fictionem legis Corneliæ pleniùs accipi, interpretandum eſſet, vt talis fictio etiam ad ea
trahatur, quæ non ſecundum communes regulas, ſed ſecundum ius ſingulare inducta eſ-
ſent. non tamen eſt à communi ſententia recedendum: cùm Hetruſcæ pandectæ nega-
tiuam in fine habeant.

ET SI IPSI REVERSO NON PRODEST. Poſſeſsio * ergo amiſſa 11
per ius poſtliminij non integratur, ſed quæ † eſt ratio? Ius enim poſtliminij omnia capto 12
reſtituit, & in integrum reponit[23]. Cur ergo, eo reſtituto, ſaltem in conſequentiam etiam
poſſeſsio non reintegratur? cùm aliàs in conſequentiam reſtituantur etiam ea, quæ extre-
morum habilitatem actu ipſo non habent[24], vt infrà in fictione tranſlatiua videbimus,
& quot capita, tot ſententiæ. Caſtellio reſtitui ait poſtliminio, quæ quis tum amiſit, cùm I.
intra prȩſidia hoſtium deductus eſt[25], non autẽ, quæ iam anteà amiſerit: at poſſeſsio, ſtatim
vt captus fuit, amiſſa erat. quod Raphaël & Pontanus cæteríque non probant: nec enim
prius amittitur poſſeſsio, quàm captus, id eſt ſeruus hoſtium effectus ſit[26]. Angelus re- II.
ſtitui ait quod in pendenti ſtetit, non quod prorſus extinctum eſt. non enim vetus res
reſtituta, ſed noua data cenſeretur. ídque & Pontanus ferè probat. Poſſeſsio * autem 13
captiuitate omnino extinguitur. ſed & hoc non probant alij, cùm vſusfructus amiſſus re-
ſtituatur poſtliminio[27], qui tamen alius diuerſúſque eſt ab eo qui amiſſus fuit[28]. Ca- III.
ſtrenſis eum, qui captus ſit, deſiiſſe poſsidere ait: quia animum poſsidendi amiſit. at id
fingi retrò non fuiſſe haudquaquam poteſt cùm, fictus animus * retinendæ poſſeſsionis 14
non ſufficiat[29]. ſed & hoc aliis non placet: cùm nihil obſtet quin fictus animus ſuffi-
ciat: dummodò non mortuus, ſed viuus repræſentetur. Aretinus[30] fictionem poſt- IIII.
liminij in poſſeſsione ceſſare exiſtimauit, non quia extremum, à quo fictio ducitur,
ceſſat (vt Bartolus credidit) ſed quia extremum, ad quod trahitur, repugnat. quia poſ-
ſeſſus ab alio poſsidere * ipſe non poteſt[31]. quæ ratio probabilis eſt, cùm quærimus, cur 15
captus interim non poſsideat. at noſtra quæſtio eſt, cur reuerſus non fingatur retrò poſ-
ſediſſe. alioquin nec poſſet quoque fingi in eius poteſtate interim fuiſſe filios: quod ta-
men falſum eſt[32]. Adde, quòd fictio, etiam repugnante extremo ad quod ſolet induci,
dum ſola potentia vel in genere tale extremum ſit habile, vt infrà videbimus[33]. Bartol. V.
aliter nodũ hunc diſſoluit aitq; in poſſeſsione reſpectu vſucapionis non operari fictionem:
quia

1 l. ſi. in fi. ſ. eod.
2 d. l. bona. in fi. de capt. l. ſi filiusfam. ſi cert. pet.
3 l. nec nos. C. de poſtlimin. reuerſ. l. iij. in fi. ſ. de verbo. ſignific.
4 d. l. ait. §. j.
5 l. Labeo. ſ. eod.
6 in d. §. factæ.
7 d. l. penul.
8 l. hæreditas. ij. ſ. tit. ij.
9 d. l. ſi. in fin. ſ. eod.
10 d. l. cùm hæredes. l. j. §. Scæuola. ſi quis teſtamento liber.
11 d. l. pen. d. §. hi planè. d. l. iuſto. in fi.
12 d. §. factȩ. d. l. bona. §. pe.
13 d. l. pen. Iaſ. not. vj. hîc.
14 d. §. factæ. verſ. eorum.
15 l. ij. ſ. tit. j.
16 gl. rubr. & l. non ſolùm. ſ. de pecul.
17 in l. j. §. itẽ acquirimus. ſ. tit. j.
18 l. iuſto. §. ſi. ſ. eod.
19 l. iuſto. §. nondum. ſ. eod.
20 d. l. ſi. in fi. ſ. eod.
21 d. l. iuſto. §. nondum. d. l. cœpta.
22 l. j. ſ. rerum amot. l. ſi peculium. §. is, cui. de ſtatulib.
23 l. poſtliminij. in prin. de capt.
24 l. penu. ij. reſponſo. ſ. de ſuis & legit.
25 l. poſtliminij.
26 l. j. §. non autem. de vi, & vi armat. Imol. hîc in gl. j.
27 l. ſi ager. ij. quibus mod. vſusfr. amit.
28 l. ſi vſusfructus mihi in biennium. ſ. de vſufr. leg.
29 l. j. §. Scȩuola. ſi quis teſt. lib.
30 l. j. §. ſi. ſ. tit. j. Aret.
31 d. l. cùm hæredes. §. j. vbi Aret.
32 d. l. penu. §. ſi ab hoſtib. inſt. quib. mo. ius pa. poteſt.
33 l. noſtra. verſ. quòd ſi ſeruus. l. eandem. in princi. vbi Aret. de duobus reis.



16 quia fictio ex * æquitate oritur. at hîc iniquum eſſet induci vſucapionem, qua ius alterius
perimitur[1]: vnde & lex tale remedium iniquum appellat[2]. ſed hanc rationem non pro-
bant Doctores, cùm poſtliminium non trahatur ad poſſeſsiones etiam rei propriæ ipſius
captiui, in qua ſumma eſt æquitas, vt ſalua ea ſit domino: cùm rurſus trahatur ad poſſeſ-
ſionem in re peculiari per ſeruum quæſitam[3], in qua ſubeſt eadem iniquitatis ratio, vt hic
Iaſon oſtendit. ſicut & cùm hæreditas vſucapionem cœptam perficit[4]. Fingítque lex per-
VI. ſonam cùm alterius iactura. Aliter ergo idem Bartolus reſpondet, vt fictioni locus ſit,
neceſſarium eſſe, vt extremum à quo ducitur fictio, habile ſit[5]: quod variis exemplis
probat. & nos infrà diſputabimus. Cùm ergo iſte captus tempore, quo reuertitur non
poſsideat, & ſic tale extremum non ſit habile, meritò locus non eſt iuri poſtliminij, ſiue de
primo capite loquamur, quod ſecundum veritatem procedit, ſiue de poſteriore, quod fi-
ctioni innititur. Sed & hæc ratio non ſufficit: cùm enim in conſequentiam primi capitis
in priſtinum ſtatum omnia reuerſo reſtituentis id veniat, habilitas hæc extremi (vt di-
xi) nõ eſt neceſſaria[6]. Nam & debuit Bartolus docere, cur cùm captiuus reuertitur non re-
cuperet poſſeſsionem, ſicut & alia. potuit enim lex id facere, ſi voluit[7]. etenim conſtat
auctoritate legis citra vllum hominis factum transferri poſſeſsionem poſſe[8], quam no-
VII. ſtrates ciuiliſsimam vocant, quod ſuo loco docui[9]. Rurſus idem Bartolus aliter ſol-
uit, vt poſtliminij fictio ad ea, quæ ſunt iuris trahatur, ad poſſeſsionem non trahatur,
17 quæ facti[10] eſt. ſed & hoc dubium eſt: cùm fictio * maximè in his, quæ facti ſunt opere-
tur[11]. vnde lex fingit quem natum[12], quem viuum[13], rem traditam[14], pecuniam numera-
tam[15], vel ſolutam, vel promiſſam, vel ſimilia, quæ facti ſunt. & licet fingat ad effe-
ctum iuris, cur non & in caſu noſtro idem facit, vt fingat poſſediſſe ad effectum vſuca-
pionis. non ſatis ergo videtur Bartolus hanc rem explicaſſe: nec enim dubitandum eſt,
quin hæc ratio ſit vera, vtpotè quam ipſe Iuriſconſultus adduxerit[16], vt ab ea recedere fas
VIII. non ſit, tantùm opus eſt declaratione. Cyrillus Homodeus, Beſutius, Portius, ideo
ad poſſeſsionem non trahi fictionem poſtliminij aiunt, quia materia repugnat: euanuit
enim per captiuitatem poſſeſsio: vnde ſuſcitari ampliùs nequit[17], ne aliàs duæ fictiones
IX. concurrant. Crotus poſtliminio reſtitui iura ait, quæ nouo facto non indigent[18]. At
X. poſſeſsioni acquirendã neceſſariam eſſe appræhenſionem[19]. Ruin. generaliter ex regu-
la conſtituendum exiſtimat, vt quælibet diſpoſitio, quæ ipſo iure inducatur nunquam ad
poſſeſsionem trahatur[20], quæ factum, id eſt appræhenſionem ſemper requirit, quod exem-
XI. plo legis commiſſoriæ, vel adiectionis in diem probatur. Imol. maiorem eſſe legis pote-
ſtatem in his quæ iuris ſunt, quàm quæ facti arbitratur: & ideo dominium ipſo iure facilli-
mè transferri: quia iuris eſt[22]: poſſeſsionem verò non[23], quia plurimùm facti habet: in
rebus verò peculiaribus poſſeſsionem faciliùs reſtitui, quia tunc plurimùm iuris habet[24],
XII. quæ recentiorum traditiones eodem tendunt, nec rationem ipſam ſatis explicant. Ego
poſſeſsionem facti eſſe, id eſt iuris naturalis interpretor: lex enim ea, quæ iuris naturalis
ſunt, facti eſſe ait[25]: quia à iure ciuili in ſuis finibus relinquuntur, nec mutari poſſunt[26]
18 Ideóque ad † poſſeſsionem ſine qua vſucapio non procedit, fictiones non trahi arbitror.
quam lex ſecundum ius naturale, in appræhenſione ipſa, id eſt corpore, & animo conſiſte-
re permittit, nihílque in ea mutat[27]: niſi quod eam approbando efficit, vt non ſolùm na-
turalis, ſed etiam ciuilis dicatur. nec fingit lex aduerſus hanc naturalẽ rationem: licet quan-
doque ex magna cauſa aliud ſubroget[28]: nec ciuiliſsima poſſeſsio, quæ abſque facto ſola
legis diſpoſitione quæſita ſit, apud Iuriſconſultos noſtros vſquam legitur: & quæ exempla
adducuntur, iuris commentitiis ſunt[29]: & quod dicitur in conſequentiam fingi, etiam
quæ aliàs propter extrema inhabilia non fingerentur[30], non procedit in poſſeſsionem, in
qua fictio non ex accidenti, ſed naturali impedimento ſummouetur. quod impedimẽtum
in re peculiari per ſeruum poſſeſſa ceſſat. naturaliter enim ipſe poſsidet[31], licet ciuili ra-
tione poſsideat dominus[32]. At ciuilem rationem lex ciuilis & moderari & ſubuertere ar-
bitrio ſuo poteſt, naturalem non poteſt.

19 QVOD SI SERVVS. Quod ergo ſeruus * peculiari nomine cœpit poſsidere,
I. proficit ad vſucapionem reuerſo domino. Sed quæ eſt ratio? & Bart. ait, quia tali caſu
ipſe ſeruus eſt, qui quodãmodo poſsidet[33]. quia in peculiaribus dominus & animo, & cor-
pore ſerui poſsidet[34], meritò non curamus, quòd dominus ſit captus, cùm ad impedien-
dam vſucapionem non adtendamus ad id, quod modicè ei obeſt[35], ſicut aliàs videmus,
vbi præſcriptioni perficiendæ modicum impedimentum ex vſucapientis perſona ſuper-
ueniat, reſtitutionem ei dari[36]. Nam & Ang. Pont. Iaſ. capto domino nõ perimi vſucapio-
20 nem rei à ſe poſſeſſæ aiunt, quando paucisſimi dies ei abſoluendæ reliqui † eſſent[37], limita-
ríq; hoc caſu legis noſtræ principiũ cenſuerunt. quam ſententiã Imol. Beſut. Ruin. Polit. nõ
probãt. quos & ego ſequor[38]. nã & impedimentũ quod perſonã ipſam reſpicit haudquaquã
II. leue videri poteſt[39]: cũ ſemper potiſsima quȩſtio illa ſit an perſona ſit capax[40]. Subiicit
ergo

1 l. nec vtilẽ. ex quibus cau. maior.
2 in auth. vt eccl. Rom. circa medium.
3 d. verſ. quid ſi ſeruus.
4 d. l. cœptam.
5 l. bonorum. ſ. rem ratam hab. l. quoties. de nouat.
6 d. l. pen. ſ. de ſuis & legit. l. j. C. de poſtlim. reuer. Bar. ſ. q. v. verſ. ij.
7 l. ſi quis vi. l. non videtur. ſ. tit. j.
8 l. raptores. vbi Bald. C. de epiſc. & cler.
9 l. j. ſ. tit. j.
10 d. §. factæ. d. l. denique. ex quib. cau. maior.
11 l. retrò. l. in omnibus. de capt.
12 l. qui vtero. de ſtat. hom.
13 l. ſi. de vacat. mun.
14 l. quis. C. de donat.
15 l. ſingularia. ſi cert. pet.
16 d. §. factæ. d. l. denique.
17 l. qui res. §. aream. de ſolutionib.
18 l. cùm duæ. §. ſi. de capt.
19 l. cùm hæredes.
20 l. commiſſa. de publica.
21 l. ab emptione. cum gl. ſ. de pact. vbi Doct.
22 l. ſi. C. de ſacroſan. eccle. l. à Titio. de fur.
23 d. l. cùm hæredes.
24 l. ſequitur. §. Labeo. §. quod autem. ſ. eod.
25 l. nec ſeruus. cùm gl. de pecul.
26 l. ſi vnus. §. pactus ne. ſ. de pact. l. j. §. adipiſcimur. ſ. tit. j. vbi dixi.
27 d. §. factȩ. d. l. denique.
28 l. ij. ff. de vſuf. earũ rerũ.
29 d. l. cùm hæredes.
30 d. l. pen. de ſuis, & legit.
31 l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoque. de verb. oblig.
32 l. quod ſeruus. ſ. tit. j.
33 l. qui à ſeruo. in fi. de act. & oblig.
34 l. iij. §. ſaltus. l. peregrè. §. quæſitum. ſ. tit. j.
35 l. rerum. §. Labeo. ſ. eod.
36 Bar. l. qui fundum. §. bona. ſ. de empt. Doct. l. iij. §. Labeo. ſ. tit. j.
37 arg. d. §. Labeo.
38 arg. l. in vſucapionibus. ſ. eo. l. ſi fundum. in fine de fund. dot.
39 l. ſi mihi. §. regula. de legatis j.
40 l. ſequitur. in prin. ſ. eo. l. ij. vbi not. C. de edict. diui Adriani.

ergo aliã rationẽ Bart. nempe poſſeſsionẽ, quã dominus in cauſa peculiari per ſeruũ quæ-
ſitã habet, minimũ facti plurimum iuris continere. etenim etiã domino ignoranti acquiri-
tur & vſucapionẽ illi parit[1]. nec aliud factum domini requirit: cùm ſerui factum, id eſt ap-
præhenſio atque animus ſufficiat. cùm ergo dominus capitur, non ideo mutatur poſſeſsio:
cùm ſeruus in ciuitate remaneat, qui ipſe animo & corpore ſuo poſsidet. vnde, reuerſo do-
mino, ſtatim ipſo iure abſque aliquo facto etiam ſi neſciat, tale ius recuperat: quia extremi
inhabilitas nulla eſt, quæ ſibi noceat: cùm nec ſcientia quidem ſit neceſſaria[2]. ſed & hæc ra
tio dubia eſt: falſum enim eſt abſque aliquo facto dominum reuertentem id ius recupera-
re: imò neceſſariò debet ſerui ipſius poſſeſsionẽ appræhendere, vt per eum quis ita habere
poſsit[3]. nec multùm referre videtur, quod modicũ facti in hac poſſeſsione reſpectu domi-
ni ſit: cùm enim plurimùm reſpectu ſerui requiratur, debet perinde haberi ac ſi factum do-
mini adeſſet[4]: nec quidquã facit quod extremi inhabilitas non noceat, cùm ſcientia nõ re-
quiratur, quia ſaltem in genere ſcientia adeſt. nam & non arbitror ex extremi aptitudine
hoc caſu oriri fictionem. quod enim ſeruus hîc peculiatus fingatur retrò peſſeſſus, ex con-
ſequentia iuris poſtliminij eſt. at in his, quæ in conſequentiam veniunt, lex fingit nullo ex-
tremorum habito reſpectu[5], quod & ſuprà adnotauimus. Aliam ergo rationem adfert III.
Imol. quòd ſeruus * in re peculiari tanquã dominus ſit: vnde res furtiua in eius poteſtatem 21
reuerſa vitioſa eſſe deſinit, quod arguit loco domini eum eſſe[6]. Quãuis ergo interrupta ſit
domini per captiuitatẽ poſſeſsio, tamen ſerui, qui domini loco habetur, fuit cõtinua. vnde
meritò proceſsit vſucapio: quæ ratio ſat fragilis eſt. quid enim cõmune habet cum poſſeſ-
ſione[7]? tametſi & falſum ſit loco domini eſſe ſeruũ. purgatur enim vitium rei furtiuæ, non
quia ſeruus ſit loco domini, ſed quia res dicitur reuerſa in domini poteſtatem: cùm propter
dominicam poteſtatẽ, quod acquirit ſeruus, ſtatim domino acquiratur[8]. Addunt alij cùm
hæc vſuſcapio non ſerui, ſed domini commodo cedat, ſemper ipſius domini perſonam in-
ſpiciendam eſſe[9]. Ego rationem naturalem † ſeu cauſam facti, quæ fictioni reſiſtit[10], IIII.
in ſeruo peculiato ceſſare video, cùm ipſe corpore, atque animo poſsideat[11], dominus 22
verò duntaxat iuris authoritate propter dominicam poteſtatem cenſetur poſsidere, cùm
ergo dominica poteſtas iure poſtliminij reſtituatur, vſuſcapio procedit, quia cauſa natu-
ralis ſerui beneficio mutata non eſt. Quòd ſi hic ſeruus, capto domino, peculiũ ſibiipſi con
ſtituiſſet, ſecùs eſſet: quod Vlpianus ſcripſit[12]. quia non ſubeſſet cõſenſus domini ſaltem in
genere[13], qui facit vt poſsit ſeruus animo, & corpore ſuo ipſi domino poſsidere ſecundum
ſupradicta, tametſi Vlpian. reſponſum Beſut. & Iaſ. hîc aliter intellexerint, qui & Andreæ
Piſani intellectus fuit à Bart. & cæteris reprobatus[14]. Hinc infert vt dicamus idẽ eſſe in II. q. B.
re peculiari, quã ſeruus ante captiuitatẽ domini acquſiuerit[15]. ſubeſt enim eadem ratio[16]:
quia cauſa naturalis ſtat firma †: imò maior ratio tali caſu militat: cùm enim poſt captiui- 23
tatem domini ſeruus acquirit, nõ ſubeſt certa perſona, in qua fundatur acquiſitio, ſed om-
ne in pendenti eſt[17]: & tamen nihilominùs fictio poſtliminij locum habet, vt hîc dicitur:
ergo multò fortiùs, quando à principio aderat perſona quæ acquiſitionem ſuſtineret, & in
qua vſuſcapio inciperet[18], cùm faciliùs, quæ cœpta ſunt perficiantur quàm nouiter incho-
entur[19]: & ita ſe habet communis opinio. vnde conſequens eſt, vt hinc quatuor belliſsmè
adnotent Doctores. Primùm, quòd fictioni † ſit locus: quamuis extremi ad quod ſit in- I. notab.
habile[20]: tempore enim quo ſeruus iſte emit, dominus erat captiuus, & ſic eius reſpectu 24
non potuit incipere vſucapio: & tamẽ hîc probatur nihilominus fictioni poſtliminii locum
eſſe. vnde cenſet Bar. ſatis eſſe quod tale extremum potentia ſit habile. qua de re infrà. Rur-
ſus ſubiicit, ſatis eſſe ſi habile ſit reſpectu principalis. nihil enim curamus quòd in iis quæ
in conſequentiam veniunt, non ſubſit aptitudo[21]. Alterum, quod ius poſtliminij † non II.
ſolùm ad ea trahatur quæ ante captiuitatem quæſita erant, ſed etiam ad quærendã. quod 25
ego verùm in caſu legis noſtræ arbitror propter cauſam naturalem, quæ in ſeruo firma
manſit. & mandatum generale, quod captiuitatem præceſsit[22], alioquin regulariter poſtli-
minium ad res amiſſas ſolùm trahitur[23]. non videtur autem amiſſum, quod acquiſitum
nunquam fuit[24]. vnde & reſtitutio * principis ad amiſſa ſolùm extenditur, non autem ad 26
ea, quæ nunquam acquiſita fuerunt[25]: ídque in omnibus reſtitutionibus regulare eſt[26].
Tertium eſt, quòd ex mera detentione procedit † vſuſcapio. nec enim is ſeruus ciuili- III.
ter poſsidet, ſed ſolùm naturalem animo, & corpore ſuo habet, quam interim nec ius ci- 27
uile agnoſcit[27]. cùm dominus, cuius nomine poſsidet captiuus ſit, vt eleganter hîc Pon-
tanus & Iaſ. docent[28]. Sed ego ſubeſſe ciuilem quoq; poſſeſsionem arbitror, non verè, ſed
fictione poſtliminij: & ideo non crediderim poſſe vſucapionem finitam cenſeri, niſi poſt-
quam ſit reuerſus dominus. etiam ſi iandiu lapſis temporibus redierit. in præſcriptione ta-
men actionum aduerſus creditores: quia non ex poſſeſsione, ſed ex negligentia non peten
tis conceditur, non eſſet expectãdus reditus, ſed ſtatim lapſo tempore eſſet excluſus credi-
tor. ſaluo tamen illi iure in integrum reſtitutionis[29]. Quartum eſt, quòd ſeruus iſte rem IIII.
peculiarem

1 d. §. quæſitum. l. ij. §. Celſus. ī. pro empt.
2 d. §. pen. de capt. d. l. iuſto. in fi.
3 l. Homo liber. §. fi. ſ. tit. ij.
4 §. ei verò. Inſtit. de inutil. ſtipul.
5 d. l. pen. de ſuis & legit.
6 d. l. ſequitur. §. Labeo. ſ. e.
7 l. naturaliter. §. j. ſ. tit. j.
8 l. placet. de acquir. hære.
9 l. cùm dotem. ad l. Falcid. vbi Doct.
10 d. §. factæ. d. l. denique.
11 d. §. ſaltus.
12 l. fi. in fi. ī. eod.
13 l. j. §. item acquirimus.
14 d. l. iuſto. §. fi. Bar. hîc. v. oppoſit.
15 d. §. factæ. verſ. eod.
16 Iaſ. notab. vj.
17 d. l. iuſto. in fi.
18 l. ceptam. ī. eod. l. qui vniuerſas. §. per colonũ. ſ. tit. j.
19 l. patre. de his qui ſunt ſui.
20 Bart. iij. oppoſ.
21 d. l. j. C. de capt.
22 d. §. item acquirimus.
23 d. l. poſtliminiũ. in prin. l. j. C. de re mil. lib. xij. C.
24 l. Titio. vſuſfr. de condi. & demonſtr.
25 Bar. l. fi. C. de ſent. paſsis. Bald. auth. exciperetur. j. q. C. de bonis quæ lib.
26 l. ſciendũ. ex quib. cauſ. maior & no. l. Gallus. §. quid ſi tantùm. de lib. & poſt.
27 l. neque ſeruus. ſ. eod.
28 Iaſ. in not. vj.
29 d. l. ait prætor. §. hi planè. ex quib. cau. maior.



28 peculiarem † poſsidens verè non dicitur vſucapere, ſed ſolùm per fictionem quod indi-
cat verbum, intelligitur, hîc poſitum[1], & docuit hîc Bart.[2] cum enim ex ciuili poſſeſsione
procedat vſucapio[3], non poteſt ſeruus eã niſi ex perſona domini habere[4]: at dominus eſt
captus: meritò ergo expectatur eius reditùs, vt iure poſtliminij calore ciuili foueatur talis
poſſeſsio, quo tempore deinde dicetur perfecta vſuſcapio, & quidem propriè, cùm enim
ea iuris ciuilis ſit, fictiones circa ea, quæ iuris ſunt, ad veritatẽ cẽſentur pertinere.[5] Hincq;
eſt, quòd non raró videmus in iure ſcriptum per ſeruum vſucaptum eſſe[6], quæ verba veri-
III. q. Bar. tatis non fictionis ſunt. Sed quid iuris eſſe dicemus in re † non peculiari, quã ſeruus ante
captiuitatem dominij incœpit poſsidere? & videretur non eſſe locum vſucapioni: cũ enim
29 dominus ipſe ſaltem animo poſsideat[7] & captus fuerit, cauſa naturalis non videtur eſſe ſal
ua: ideóq; iuri poſtliminij locus eſſe non debet. Sentit hoc & Marcellus, dum æquiparat, an
dominus per ſe, an per ſeruum poſsideat[8]: ſentiunt & alij Iuriſconſulti, qui in re loquuntur
quam ſeruus cœperit ex cauſa peculij poſsidere[9]: ergo in re non peculiari ſecùs eſſe debet,
quãuis ante captiuitatem cœpta eſſet poſſeſsio. Idem etiam Bartolo placuit, quia hoc caſu
extremum à quo non videtur habile[10], cùm dominus ab hoſtibus reuerſus abſq; animo
30 ſeu ſcientia vſucapionẽ inchoare non poſſet. Animus * autem facti eſt[11], ad cauſam autẽ
facti non trahitur poſtliminiũ[12]. Addit Iaſ. & alias rationes, quas nihil adtinet referre, ſed
tamen contraria opinio verior videtur, quam quandoq; Accur. ſequutus eſt, & alij vete-
res[13], vt Iacobus Arenenſis, & Andræas Piſanus, quoniam lex tryphonij apertè hoc dicit[14]
nec aliter intelligi abſq; manifeſto cauillo poteſt. Suadet hoc & ratio cùm enim dominus
iam cœperit vſucapere, non attenditur impedimentum ex eius captiuitate proueniens[15],
dummodo reuertatur, quia faciliùs continuatur vſucapio quàm incipiat, ſicut & in bona
fide videmus, quæ ſufficit ſi à principio adfuerit[16]. Nam & videmus Paulũ hîc ſimpliciter
loquutũ eſſe, nec cauſam peculiarem ab alia, diſtinxiſſe: quia etiam quando ſeruus non pe-
culiatus acquirit poſſeſsionẽ, ſciente tamen domino, videtur de ea tanquam de peculiari
iudicandum[17]. Nec obſtat, quòd in peculiari ſeruus & corpore, & animo ſuo poſsideat, in
hac verò animo domini: nam reſpondeo cum dominus captiuus efficitur, cauſa naturalis
id eſt appræhenſionis ſeruo remanet, cauſa verò quæ in domino eſt, licet pereat, tamen eo
reuertẽte adiũcta fictione poſtliminij vſucapionem conſeruat. Nec Marcelli æquiparatio
me mouet[18]: quia dum ait idem eſſe, an per ſe, an per ſeruum dominus poſsideat, intelligi-
tur ſecundũ Tryphonij limitationem, dum non ex cauſa peculiari, vel quaſi per ſeruũ poſ
ſideat, ſed ex alia, quæ inſtar peculiaris non ſit, veluti quæſita à ſeruo iniuſtè[19], vel antequã
dominus ſciret & poſſet videri in peculium reliquiſſe: vel quando conſtaret, quod non de-
diſſet peculium, ſed inuito domino poſsideret[20], nec Iuriſconſulti, qui in re peculiari poſt
domini captiuitatem acquiſita loquuntur[21], excludunt caſum, quo ante captiuitatẽ res ex
cauſa peculiari acquiſita ſit, vt ſuprà vidimus: nec iſtum, quo ex cauſa non peculiari, ſed
quaſi cenſetur facta acquiſitio. Sed ideo ſic loquuntur, vt caſum magis dubium definiant;
nempe quãdo domini perſona tempore acquiſitionis non ſuberat, quod ſuprà docui. Nec
obſtat, quod de extremo à quo Bar. cominiſcitur: id enim pluribus modis diluit Iaſ. & certè
falſum eſt legem circa animum non fingere, licet aduerſus cauſam naturalem appræhen-
ſionis minimè fingat, & etiam ſi verũ eſſet nihil adhuc id obſtaret, cũ ſcientia hoc caſu fi-
ctione non indigeat, ſed præſumatur niſi probaretur obliuio[22], maximè cùm ſua interſit
meminiſſe: quãuis & illud certum ſit ex obliuione non interrumpi vſucapionem[23]. Cenſeo
itaq; concordari has ſententias poſſe, vt ſi ante captiuitatẽ, ſciente dñо, ſeruus cœperit poſ
31 ſidere, locus poſsit eſſe poſtliminio †, & ita loquitur Tryphon.[24] qui diſertè caſum expli-
cat quo cœptũ erat vſucapi[25]: & ita Iacobi Andræq; ſententia procedat. Si verò dominus
adhuc neſciebat, Bar. ſequamur: nec enim cœpit dominus vſucapere, nec potuit videri quę
ſita ad hunc effectum ignoranti poſſeſsio: & veriſimile eſt ita ſenſiſſe Accur.[26] non autem
pugnantia ſcripſiſſe[27].
I. PLENIVS. Vt vſucapio hæredi † procedat etiã in nõ peculiaribus[28], vt Roge-
32 rius interpretatur, quæ ſententia recepta non eſt. quia conſtat in non peculiaribus non in-
cipere vſucapionẽ, niſi à die aditæ hæreditatis[29], cum non prius ſubſit perſona[30]: nec ad-
II. ſit voluntas domini à qua facultas poſsidendi ſeruo cõpetit[31]. Hugoli. dictionẽ, Plenius
refert ad principiũ legis, vt in re poſſeſſa per dominum vel ſeruum non peculiariter ſit lo-
cus vſucapioni beneficio legis Corneliæ, licet non iuri poſtliminij, quæ ſententia ab omni
bus eſt reiecta: non enim conuenit verbis legis, nec rationi: quia potentius eſt ius poſtlimi-
nij inducendæ vſucapioni, quã lex Cornelia: cùm poſtliminium fingat, perinde ac ſi domi
nus nunquam captus fuiſſet, lex Cornelia ſimpliciter fingat ante captiuitatem deceſsiſſe
vt tanquam ciuis Romanus hæredem habeat. In fauorem verò hæredis nihil vlterius di-
ſponat, vt meritò hæſitauerit Iulianus in lege Cornelia. quamuis in iure poſtliminij nihil
dubitaſſet. Addit Bart. quãuis alias hæreditas iacens vſucapionem compleat[32], non tamen
hoc ad

1 d. l. qui à ſeruo. in fi. l. bona. §. pen. de capt.
2 Bar. in oppo. iij.
3 Bar. l. . ſ. tit. j. in defin. ciuil. poſſeſſ.
4 ſ. d. l. neque ſeruus. & l. quod attinet. ī. de reg. iur.
5 l. ſi maritus. ij. §. legis. vbi Bar. de adult.
6 d. l. pe. de capt. d. §. hi planè. §. rurſus poſt. de act. d. §. factæ. d. l. iuſto. §. fin. vbi gl.
7 d. l. iij. §. ſaltus.
8 hac l. ver. quemadmodũ.
9 l. pen. de capt. d. l. iuſto. §. fi. d. §. hi planè.
10 l. bonorũ. ī. rem ratam haberi.
11 l. bonæ fidei. ſ. tit. j.
12 d. l. denique.
13 glo. d. §. factæ. in gl. pen.
14 d. §. factæ. verſ. eorum.
15 l. nunquam. §. ſi ſeruus. infra eod.
16 l. j. verſ. hoc tantùmmodo. C. de vſucap. transfor.
17 gl. rubr. & l. non ſolùm. ſ. de pecul. dixi. d. §. item acquirimus.
18 in d. ver. quemadmodũ.
19 l. quod ſeruus. ſ. tit. j.
20 d. l. non ſolùm.
21 d. l. iuſto. d. l. penult. d. §. hi planè.
22 l. ſancimus. C. de teſta.
23 l. ſi is, qui. ſ. titu. j.
24 d. §. factæ.
25 l. ij. ī. tit. j.
26 d. §. ſaltus. eod.
27 Bar. in iiij. oppoſ. in fi.
28 d. l. iuſto. §. nondum.
29 d. l. fina. in fi. ī. eod.
30 d. l. iuſto. in fi.
31 d. §. item acquirimus.
32 d. §. nondum.

hoc ad hæreditatem captiui trahendum eſſe,quæ propriè non eſt hæreditas[1]. Acc.Bart. III.
cæteri pleniùs intelligunt,vt ſit quidem locus vſucapioni,ſed in peculiaribus tantùm: quæ
ſententia non conuenit verbis legis,quæ peculiaria à cæteris non diſtinguunt.nec conue-
nit verſiculo,quemadmodũ,vt Iuliani iã diu ante defuncti perſona ſubaudiatur, qui Mar-
cello reſpondent.Sed & hoc ſenſu lex hæc omnino Tryphonini reſponſo corrigeretur ad
uerſus Iuſtiniani edictũ[2]. Ego ſuprà ſcriptam interpretatus ſum eam fuiſſe Marcelli ſen IIII.
tentiam, vt nullo modo locus eſſet vſucapioni,non ſolùm reſpectu non peculiarium quod
cæteri fatentur,ſed etiam peculiarium: & quamuis quod ad ius poſtliminij adtinet,limita-
ta reperiatur hæc ſententia[3], tamen in lege Cornelia: & ſic reſpectu hæredis videtur eſſe
vera:quia(vt ſuprà dixi)lex Cornelia nihil fingit vltra tempus mortis captiui,ſed additio
hæreditatis retrò trahitur ad tempus mortis, non eius legis beneficio,ſed ex iuris commu-
nis regula[4],quæ ad ea,quæ facti ſunt,non extenditur[5]. maximè cùm perſona non ſubſit[6].
& morte domini cenſeatur reuocata voluntas,cui conceſsio peculij innititur[7].Meritò igi-
tur non debuit dubitare Iulianus,ſed pro certo habere non prodeſſe hęredi vſuſcapionem
nec contrarium dicitur à Tryphonino[8],cùm(vt admonet Accurſius,& Pandectæ Floren-
tinæ ſcriptum habent)non hæredi,ſed credi, legendum ſit. intelligendúmque de iure poſt
liminij tantùm,quo ſolo caſu non eſt locus Marcelli ſententiæ[9],& dictio,pleniùs, accipien
da eſt,vt idem operetur fictio*,quod veritas[10],vt ſuprà docui,ſícque citra vllam reſtrictio 33
nem Vlpiani reſponſum intelligi poteſt[11]. Nec ei aduerſatur Paulus[12], dum eo modo, in-
quit,etiam hæreditas nondum nato poſthumo aut nondum adita augeri per ſeruum hære
ditarium ſolet: quia hoc ad vſuſcapionem non eſt referendum,quæ diuturnius tempus re-
quirit,qua poſthumi natiuitas pendeat, ſed ad proximius quod dixerat ignoranti acquiri:
conſtat enim in peculiaribus id per ſeruum fieri[13]. Cæterùm fictionũ legalium materiam
diffuſè hîc proſequitur Barto.cuius veſtigiis & nos inſiſtentes à definitione incipiemus. &
quia alij aliter deſcripſerunt(vt Iaſ.hîc refert,qui in eundem tamen finem corruunt)vide-
tur ſic commodè finiri poſſe.Fictio eſt † legis aduerſus veritatem in re poſsibili ex iuſta cau 34
ſa tanquam rei veræ diſpoſitio.Conſtat autem ex genere & differentiis: genus eſt diſpoſi-
tio ſeu(vt Barto.inquit)pro vero adſumptio:cætera ad differentias pertinent.Quod ergo
dicitur,legis,indicat fictionem ab homine non induci[14],ſed ſola duntaxat legis*auctori- 35
tate: quod intelligendum in his,quæ iuris publici ſunt, vt quia certam formam à lege ha-
beant,quam mutare contrahentes non poſsint[15]: vel quia lex prohibitiuè concepta ſit[16].
nec enim ei derogare contrahentes queunt: vel quia tali fictione ius alterius imminuere-
tur[17].Vnde ſi fiduciam veterem cliens à dño ceu nouã recognoſcat,nihil agit[18]:non enim
auferre agnatorum ſpem poteſt,quominùs ex vetere ſuccedãt[19]. Hinc cùm duo ſocij arcã
communem in rationibus creditricem alterius ipſorum ſcripſiſſent, nihil hoc obeſſe aliis
Alexand.reſpondit[20]:&(vt puto)rectè[21],quin compenſatio ipſo iure facta cenſeretur[22]:&
hæc quidem receptiſsima ſunt. Cæterùm licet fictio ab homine induci non poſsit, vt verè
& ſecundum ſuprà ſcriptam definitionem id nominis habeat, effectúſq; iuris eò ſequatur,
lata tamen ſignificatione ſecùs eſt,& quatenus ſibi præiudicare homo poteſt,talis fictio lo
cum habebit[23]. Vnde † poſſunt conuentiones repetita die fieri,vt priùs regeſta videatur, I.
nocétq; hoc ipſis partibus,alteri non nocet[24]. Sic cùm quis fiduciam nouam clienti con 36
ceſsiſſet,adiecta clauſula, quòd antiqua ſeu paterna cenſeretur, reſponſum à pleriſque eſt II.
in concedentis damnum feudum pro antiquo eſſe,& fratri in ſucceſsione fratris locum pa
tere[25],ídque videtur receptius[26]: tametſi etiam non pauci aduerſentur[27], quorum ſenten-
tia probabilis eſſet quantum ſit in aliorum quàm concedentis damnum[28]. Sic cum do- III.
minus pactus eſſet,vt mortem iumenti præſtaret quæ facto contigiſſet,dum intra decẽ dies
probaretur,aliàs intelligeretur culpa paſtoris eueniſſe:reſpondit Alexand.ſtandum pactio
ni:& poſt diei lapſum fingi culpam[29]. Sic videmus quòd licet nemo poſsit facere,quo mi IIII.
nùs leges in ſuis diſpoſitionibus locum habeant, datur tamen nihilominùs plerunque ex-
ceptio ex quadam æquitate propter conſenſum[30]: & quod propter rigorem iuris valere
non poſſet, ſaltem æquitate fideicommiſsi ſuſtinetur[31]: quandoque & iure retentionis[32].
Sic licet filiuſfamiliàs omnia profectitia patri ſuo acquirat, nec eorum ſit capax[33], po- V.
teſt tamen pater conſenſu ſuo ſibi præiudicare vt profectitia * pro aduentitiis habeantur, 37
quod Ioannes Andreas cenſuit[34], & in donatione cauſa mortis probabile eſt[35]. Item in
dote. dos enim à patre profecta aduentitia efficitur, cùm eam pater reſtituit filiæ eiúſque
liberis & hæredibus ſtipulatus eſt[36], vel aliter adpareat ab eo tanquam ab extraneo da-
tum[37]. Idémque ſi iuramentum acceſsiſſet[38]. Sic, ſi teſtator expreſsè proteſtatus ſit le- VI.
gando bouem ſi de equo intellecturum, debebitur equus propter voluntatem: licet enim
in dubio error vel dementia arguatur, ideóque nihil valeat legatum[39], tamen in claris ſe-
cùs eſſe exiſtimandum eſt[40]. licet enim non valeat iure fictionis, vt hîc Bartolus tradidit,
tamen propter voluntatem ſuſtinetur[41]. Sic acceptilatio ſolutionis vim habet: licet VII.
ab ho

1 l.iij.in fi. de verb.ſignifi.
2 l.j.C.de vete. iur.enucle.
3 d.l.pen.d.l.iuſto. in fin.d. §.factæ.
4 l. hæres quandocunque. de acq.hæredi.l.omnis hæreditas.de reg.iur.
5 d.§.Scæuola.
6 d.l.iuſto.in fi.
7 l.iiij.locati.l. pen.ſi cert. petat.
8 d.§.factæ.
9 d.l.pen.d.l.iuſto.in fi.
10 d.l.fin.in fine.
11 d.l.ſi.in fi.
12 d.l.pen.d.l.iuſto.in fi.
13 d.l.j.§.item acquirimus. l.hæreditas.ij.§.tit.j.
14 l.ſi fortè de Caſtr.pecu. glo.l.ſi donatione.C.de col latio.
15 gl.§.in hac. verſ.ſed hæc ſolennia.inſti. de verb.obl.
16 l.qui teſtamentum.§.de prob.l.j.cum glo.in fi. C.ne fideiuſ.dotium.
17 c.j.de vaſallo decrepitæ ætatis.
18 c.j.anagnatus vel filius.
19 c.j.de eo,qui finẽ fecit.
20 Alex.conſ.cxlix.in ij.
21 l.peculium eſt.in prin. verſ.ſi verò.de pecul.
22 l. Vranius.de fideiuſ.
23 l. huiuſmodi.l.ſi ita ſtipulatus fuero.l.ſi Titius. de verb. oblig.vbi Aret.Bar.j. v.q.j.membro.in fi.
24 l.iij.§.de fid.inſtr.l.confeſsionibus.§.de interr.act.
25 arg.l.quicũque.in prin. C.de omni agr. deſer.li.xj.
26 Alexan.conſ.xxx.in j.& xxix.in v.Curt.Sen.xlix.
27 Oldr.conſ.clxxviij.Alexand.conſ.x.in iij.Iaſ.conſ. clij.in ij.Lud.Bolog.conſ.j.
28 arg. d.l.confeſsionibus.
29 Alex.conſ. clviij.in fin. in ij.
30 l.obligationum. §. planè.de act.& obligat.
31 l.codicillis.§. ſi.de lega. ij.l.ſi priore.ff.ad Treb.
32 l. militis. §. veteranus. de teſtam.milit.
33 l.placet. vbi Aret.de acquir.hæred.
34 in addit.ſpeculi.de inſt. editio.§.porrò.verſ.quòd ſi filiuſfami.l.tam is.de dona. cau mort.
35 Old.conſ.xxvj.
36 l.filiæ dotem. C.de collat.l.ij.§.j.vbi dixi.ſolu.matrimo.
37 l. profectitia. §. ſi pater non quaſi.& §.ſi quis certã. §.de iur.dot.
38 Corn.conſi.clxxxiiij.in ij. Ripa.l. ſi vnquam. q. xv. C.de reuoc.donat.
39 l.ſi quis in fundi.vbi dixi.de leg.j.
40 l. cum proponebatur. vbi Bar.in fi.ff.de legat. ij.
41 Bar.d.l.ſi quis in fundi.



ab hominibus fiat,idque propter cõſenſum[1]. Verùm quin lex eam adprobat & Galli Aqui
lij auctoritatem ſubſequuta eſt, non ſolùm iure exceptionis ſed re ipſa efficax eſt[2]. di-
VIII. citúrque lex ipſa tali caſu fingere non homo[3], vt rectè Bartolus declarat. Sed quid, ſi
non legis auctoritas, ſed iudicis duntaxat interueniat, an id ſufficiat inducendæ fictioni?
IX. & ſunt, qui exiſtiment nõ ſufficere[4]. Sed quid ſi fictioni hominis acceſſerit iuramẽtum
an propter vim religionis cenſeatur lex talem fictionem adprobare? & non puto cùm ſub
ſtantia iuramenti maximè in veritate conſiſtat[5]. niſi de his actibus loquamur,quibus pro
pter iuramentum prohibitio legis non adtenditur, vt ſi ex patria poteſtate oriatur[6]. Vn-
de valet donatio inter patrem, & filium, ſi ſit iurata, perinde ac ſi aduentitiorum bono-
rum eſſet, quod ſuprà dixi[7]. nam & propter iuramentum quandoque adſeuerationi con-
trahentis faciliùs creditur, vt non fingere ſed vera dicere exiſtimetur[8]. Quòd ſubſequi-
tur, *Aduerſus veritatem*. eò pertinet, vt fictionem à præſumptione differre ſciamus, præſum-
38 ptio enim veritati * innititur, & ſuper incerta re fundatur[9]: at fictio aduerſus certam ve-
ritatem inducta eſt. Vnde fit, vt contra fictionem legis nulla probatio admittatur[10]: cùm
tamen aliud aduerſus præſumptiones ſoleat obſeruari[11]. Sed quid ſi lex non quidem ad-
uerſus veritatem quidquam inducat,ſed priuilegia rei veræ ad aliam extendat? & videre-
tur non eſſe fictionem[12]. Vnde videmus poſtliminium ei concedi, qui apud hoſtes natus
conceptúſque eſt,& tamen is nunquam fuit verè captus[13]: vt Angel.Imola,Pont.& Iaſon,
aiunt. Verùm hoc ex fictione non inducitur,ſed potiùs cuiuſdam extenſionis iure, ſecun-
dum quod fauor poſtliminij ad talem quoque caſum producitur: qua ratione & cùm lex
ea, quæ filiis natis indulgentur,ad eos quoque extendat. qui in vtero ſunt[14], non tam vi-
detur fingere, quàm ius vetus ad hoc producere[15]. & ideo quandoque Doctores non fictio
39 nem hanc, ſed diſpenſationem vocant[16]. Nec obſtat, quod † lex dicat talem pro nato ha-
beri[17], vel perinde, ac ſi natus eſſet cuſtodiri[18], vel quodammodo in rerum natura eſſe e-
xiſtimari[19], quia talia verba etiam diſpenſationi iſti conueniunt, quæ propriè fictio non
eſt,cùm aduerſus veritatem principaliter non ſit inducta, licet, craſsiùs accepto vocabulo
poſsit ita appellari: non enim ipſe qui in vtero eſt, fingitur natus, ſed priuilegia natorum
ad eum ſicut ſi natus eſſet, trahuntur: & ideo lex pro nato haberi ait, quantùm ad moram
faciendam,&c.[20] Verba enim illa intelligi,haberi pro tali,quodãmodo,quamuis fictionẽ
indicent, plerunque tamen aliter accipiuntur, & diſpenſationem arguunt, quandoque e-
tiam improprietatem. quod enim pro tali eſt, propriè tale non eſt: meritò igitur hæc diffi-
40 nitionis verba, *Aduerſus veritatem*. † differentiã quandã ſignificant,per quã fictio à præſum-
ptione à diſpoſitione,ab improprietate atque etiam ab extenſione ſeparatur.Idq; quomo-
docunq; fiat illa extenſio, ſiue ſimilitudine rationis,ſiue iure æquiparationis,ſiue ex alia re
gula, vt cùm lex ait, videtur rem habere qui actionem habet[21], vel non videtur actionem
habere,qui aduerſus inopem inaniter agit[22],proximus libertatis habetur pro libero[23],pro
41 ximus cingulo, procincto[24]: vel non videtur poſsidere *, qui poſſeſsionem retinere non
poteſt[25], ſeu qui alij reſtituere debet[26]: vel tacens intelligitur conſentire[27]: vel poſſeſſor
42 habendus eſt,qui dolo deſiit poſsidere[28]:& intelligitur fraudem feciſſe,qui clam*rogatus
eſt[29]: & prætor, qui vni vetat, cæteris videtur committere[30], & mille huiuſmodi ſimilia,
quæ variis ſpeciebus argumentorum à Iuriſconſultis inducta ſunt,nõ vt quicquam aduer-
ſus verum fingant,ſed vt diſpoſitionem de caſu vero loquentem ad ſimilia extẽdant, quic-
quid hîc Ang.dixerit, quem Imo. & Pont.rectè improbant:quod ſcriptum eſt, *In re poßibili.*
43 ſic intelligitur,vt fictione * ea non inducamus, quæ impoſsibilia ſunt[31], vt libr.parergωn
vj. docui. Diſputat aduerſus Moſen Gallenus libr. de vſu partium xj. nec Deum quidem,
quæ naturæ impoſsibilia ſunt adtentare, quod præceptum & oratores & Poëtæ quoque ob
I. ſeruant. Igitur idem & de fictione dicendum, ea enim naturam imitatur[32]. Hinc † eſt,
44 quòd adoptio in his tantùm locum habet, in quibus eſt natura[33]. Nec enim poteſt quis ad
II. certum tempus, neque ad certum actum adoptari *, cùm naturâ id fieri nequeat[34]. Sed
45 & in emancipatione idem traditum eſt: non enim poteſt quis ad certum * actum emanci-
46 pari[35], vt receptior habet ſententia[36]. Quod & in legitimatione * receptum eſt, quæ ſi
III. pro parte fieret, monſtroſum quoddam induceret[37]. Húncque non legitimatio,ſed diſpen
47 ſatio & quidem odioſa diceretur[38]. Addit Accurſius non ſolum ea, quæ facto impoſsibi-
lia non fingi,ſed nec etiam, quæ iure[39], quod multis exemplis oſtendi poteſt[40]. Vnde cùm
48 qui bona non habet,iure noſtro*hæredem habere nequeat,non fingit lex Cornelia, vt ta-
lis habeat[41]. Hincque conſequens eſſe cenſuit Aretinus vt ſicut non fingitur aduerſus le-
49 gem, ita nec aduerſus * aliam fictionem à lege inductam[42] quod intelligendum, niſi ap-
pareat tali legi eatenus derogatum eſſe, vt infrà oſtendemus: facilius enim lex legi dero-
gat, quàm naturæ, vt mox dicam. Et hæc quidem ſecundum regulam procedunt: verùm
declaratione indigent.etenim multa exempla adduci poſſunt,quibus oſtenditur etiam im
50 poſsibilia quandoque fingi, quibus adducti Doctores non eodem modo † ſe extricant.

1 l.pen.de ſolutio.
2 §. eſt autem.inſtit. quib. mod.toll.obligat.
3 l.lege obuenire.de verb. ſign.l.j.§.omnia.C.de vete. iur.enucl.
4 l.ſi tibi.de adopt.
5 ca.& ſi Chriſtus.de iureiurando.
6 l.nam quod.ff.ad Treb.c. ſi. de iud.in vj.
7 Ripa d.l.ſi vnquã.q.xv.
8 l.cùm ea,quæ.vbi dixi.C. de tranſac.l.ſi. C.de non nu. pecun.
9 gl.l.vnica.§.accedit.C.de rei vxo.actio.
10 c.ij.de arb. in vj.glo.l.ſi ue.C.de prob.
11 gl.l.ſiue.C.de prob.
12 l.ij.§.de vſufr.earum rerum.
13 l.j.C.de poſtli.reuer.
14 l.intelligendus.de verb. ſign. l.qui in vtero.de ſtatu hominum.
15 l.emancipatum.§.j.de ſenatoribus. l. cùm pater. de negot.geſt.
16 Imo.Alex. Iaſ.l. Gallus. §.ſi eius.de libe.& poſthu.
17 l.cum quidam.§.j.de acquir.hæred.
18 d.l.qui in vtero.
19 l.vel viuo.de ſuis & leg.
20 d.l.cùm quidam.§.j.
21 l.nam is.de dolo.
22 l.id apud.de ver.ſig.
23 l.moris.in fi.de pœn.
24 l.pen.de teſta.milit.
25 l.non videtur.§.tit.j.
26 l.ſi totam. de acq.hære.
27 l.qui patitur. ff.manda.
28 l.ad ea.§. ſemper.de regul.iur.
29 l. non intelligitur.de iure fiſci.
30 l.cum prætor.de iud.
31 l.iij.§.è contrario.§.tit.j. gloſ.l. Gallus.§.ſi eius.ff.de lib.& poſthu.
32 §.adoptio.inſt. de adop.
33 l.ſi patremfa. in fi. cum l.ſeq.de adopt.
34 l.ſi tibi.de adop.
35 arg.l.ij.§. ad Maced.l.j. §.j.C.de latina lib.tollen.
36 Doct.l.j.§.ſi filij.ad Trebellia.
37 c. per venerabilẽ. extra qui fil.ſint legit.gloſ.c.cum inhibitio.de cland.deſpon.
38 ca.j. de matrimonio ad morganiticam contracto. Caſtr.& Doct.in l. pactum. C.de collat.
39 l.ij.vbi glo. C.de inofficio.dona.gl.l.talis.de leg.j.
40 l. j. §.ſi quis non quaſi. de eo qui pro tuto.
41 l.lex Cornelia.vbi Bal. ff.de vulga.
42 d.§.è cõtrario.vbi Are.

Et alij dicunt ſatis eſſe, ſi id, quod fingitur poſsibile in ſuo genere ſit, licet in eadem ſpe- I.
cie ſit impoſsibile [1]. Alij, vt Aretinus & Ruinus genus generaliſsimum quoddam commi
niſcuntur, quod à ſubalterno differat: ſatiſque eſſe affirmant ſi poſsibilitas reſpectu ge-
neris illius ſuperioris ſit [2]. Alij, vt Imola & Crotus [3] ſatis eſſe arbitrantur, ſi poſsibilitas
adſit non quidem eadem ſpecie, ſed variatis aliquomodo terminis ſeu rei finibus, alij ali-
ter. Ego omnes rectè ſenſiſſe arbitror, licet non ſatis aptè ſententiam ſuam expreſſerint.
Sciendum enim fictionem * cum veritate pugnare [4]. Ideóque ſimul eſſe ambas non poſ- 51
ſe. nec enim duo pugnantia iungi queunt. Id ſi fieret, induceretur quiddam impoſsibi-
le [5]. Separatim verò conſiderata nihil impedit quin induci poſsint: ſicut duo rei debendi
eiuſdem pecuniæ in mutuo conſtitui poſſunt [6]. quia licet obligatio re non amplius oriri
poſsit, quàm quatenus res peruenerit [7], eadem autem res ad duos inſolidum peruenire
nequeat [8], tamen ſi vnumquenque debitorum ſingulariter perpendamus, nihil impedit,
quin ille inſolidum obligari potuerit: & fictio quæ coniunctim impoſsibilis eſt ſeparatim
accepta eſt poſsibilis. Sic cum quis homini lætaliter vulnerato, ita quod certum ſit eum II.
moriturum, aliud vulnus adigit, mortémque accelerat. lex vtrunque de occiſo teneri ſta
tuit [9]: quia licet impoſsibile ſit vtrunque inſolidum ſimul occidiſſe ſeu bis illum mortuum
eſſe, ſeparatim tamen vnoquoque percuſſore conſiderato, potuit id fieri: quia & primus
potuit eum occidere, & ſecundus. Fuítque hoc fingendum, ne delicta remaneant impu-
nita: & quia nulla eſt ſatis efficax ratio, cur alter minùs altero teneatur. Illud certum III.
eſt faciliùs legem aduerſus † ea fingere, quæ ipſa induxit, quam aduerſus ea, quæ natu- 52
ra conſtituit [10]. Vnde quandoque aduerſus patriam poteſtatem fingit [11]: quandoque ad-
uerſus regulam tranſmiſsionis, quæ & ipſa iuris ciuilis eſt [12]. Sic ſeruos ab hæreditate
arcet, eámque dominis acquiri mandat [13]. Sed pone, aliquis ſeruus hæres inſtitutus, dum IIII.
hæreditas vacat, liber effectus eſt, an ſi adiuerit, cenſebitur neque à principio hæres fuiſ-
ſe & non videtur. nec enim potuit, nempe regula iuris ciuilis impeditus [14]: & tamen con-
ſtat aliter eſſe conſtitutum [15]: poteſt enim quadam ex æquitate lex ſuas promiſsiones mo-
derari [16], & ſinere, vt fictio etiam ad illud tempus non in fauorem domini, ſed ſerui re-
trò trahatur [17]. Huc pertinet & illud, quod lex ſtipulationem non niſi verbis contrahi iuſ V.
ſit. nunquid ergo poteſt fingi * mutus eam interpoſuiſſe? & conſtat fingi [18]. Agétque ta- 53
lis ex ſtipulatu nomine dotis. Etenim hîc de his tractamus, quæ legis commento inducta
ſunt. An quia (vt Bartolus ait) hoc caſu ſufficit, quòd per alium potuit ſtipulari [19], putà
per ſuum ſeruum, vel nuntium publicum [20]. Nec obſtat argumentum Iaſon. quod hac ra-
tione etiam à furioſo potuit videri renouatam locationem vel precarium. Cum id per ſer
uum poterit, & tamen lex negat [21]. Reſpondeo argumentum hoc impertinens eſt, quod
de præſumptione loquitur: noſtra quæſtio in fictione procedit: quicquid & Bartolus hîc
innuat. Ad hæc pertinet, quod receptum eſt filium quem in ſacris ordinibus conſtitu- VI.
tus quis ſuſcepit, poſſe etiam Cæſareo reſcripto legitimari [22]. Imo ex generali auctorita-
te quilibet Palatinus comes hoc poterit, vt eſt à Caſtrenſe reſponſum [23], & tamen cer-
tum eſt impoſsibile patri eſſe tali tempore legitimam ſobolem habere, cũ matrimonium
contrahere nequeat [24]. Videtur ergo fictio aduerſus poſsibile induci. Sed reſpondendum
eſt, ſatis eſſe ſecundum naturam poſsibile id fuiſſe, licet non ſecundũ legem poſitiuam [25].
cui poteſt Imperator quantum ad hoc adtinet, reſpectu ſucceſsionis in ſuo territorio dero
gare [26]. maximè cum non ad tempus matrimonij fiat tranſlatio, ſed ſimpliciter ad id tem-
pus, quo omnes homines legitimi iure naturali naſcebantur [27], qua de re alibi diffuſius [28].
Sed & facilius lex aduerſus id fingit, quod per accidens impoſsibile videtur quàm quod VII.
ex natura: & ideo ſpadoni permittit, vt filium adoptet [29], quia tale vitium ex caſu contin-
git caſtrato non permittit, quia naturaliter impeditur [30]. & ita Theophilus & omnes recen
tiores hîc interpretantur. Ego † ſpadones ex Luciani & Iuuenalis auctoritate aliàs inter- 54
pretatus ſum qui arrigunt coëuntque, licet generare nequeant. Caſtratos verò ſeu eu-
nuchos, qui nec arrigunt [31] quidem, illi adoptare [32], vxorem ducere [33], poſthumos in-
ſtituere, poſſunt [34]: hi non poſſunt. illi ſani, hi morboſi exiſtimantur [35]. Fingit ergo ſu-
praſcripto caſu lex id quod aduerſus quidem naturam eſt, ſed quod magna ſimilitudine
cum natura cenſetur. Cæterùm vbi fictio & natura prorſus non aduerſantur, ſed di- VIII.
uerſis caſibus procedunt, nihil impedit cuique ſuo caſu locum eſſe [36]. Ecce † vbi ego ſe- I.
deo, tu ſedere non potes [37]: & tamen ego animo, tu corpore: ego ciuiliter, tu naturali- 55
ter poſsidere potes. non enim hoc pugnant, ſed diuerſo reſpectu conceduntur [38]: quod &
aliis exemplis oſtenditur, quibus duæ qualitates concurrunt, quarum altera vera alte-
ra ficta ſit, dum tamen ſimul non pugnent. Vnde poteſt filiuſfamilias reſpectu * ali- II.
cuius rei haberi pro patrefamiliàs [39]. Et ciuis reſpectu onerum non haberi pro ciue [40]. 56
Et reſtitutus natalibus reſpectu patroni pro non reſtituto eſſe [41]. Sic & poteſt quis III.
emancipari, vt ſalua ſit ei ſucceſsio [42]. nec ideo videtur lex quidquam impoſsibile fin- V.
gere

1 l. eandem. vbi Bar. de duobus reis.
2 Are. d. l. eandem.
3 Imol. & Crotus hic.
4 l. lex Cornelia. de teſta.
5 l. ſi pariter. l. duobus. de liberali cauſa.
6 d. l. eadem.
7 l. ſi tibi. in prin. de pact.
8 l. ſi vt certo. d. §. ſi cõmo.
9 l. ita vulneratus. l. item Mela. §. Celſus. ad l. Aquil.
10 l. ſub conditione. in gl. j. circa fin. de ſolu.
11 l. ij. ad Maced.
12 l. ſi infanti. in prin. C. de iure delib.
13 l. placet. de acq. hæred.
14 l. quod adtinet. de regu. iuris.
15 §. alienus. ij. inſt. de hæred. inſti.
16 l. ſi tibi. §. vnius. de opt. legati.
17 l. hæres quandocunque. de acq. hæredi.
18 l. j. in prin. C. de rei vxo. actio. ver. omnes dotes.
19 Bar. l. ſ. ſol. matri.
20 l. ij. ĵ. rem pup. ſal. fore.
21 l. qui ad certam. locati. l. certi. de precario.
22 gl. §. ſi. quib. mo. na. ſui. Præpoſ. d. c. per venerabilẽ.
23 conſ. cij. in ij. Soc. conſi. lxv. in iij. Cur. Iun. cxxxvj.
24 l. hæredibus. §. j. vbi Bartol. ad Treb.
25 gl. l. filius à patre. verb. ſtatu. de lib. & poſthu.
26 Paul. Pariſius conſil. ij. in ſecundo.
27 l. ij. ff. de natal. reſtit.
28 Soci. d. l. Gallus. §. forſitam. in fine.
29 l. ſed eſt quæſitum. de liber. & poſthum. §. & illud. inſt. de adopt.
30 l. ſi quis poſthumus. in prin. de lib. & poſthu.
31 l. ſpadonum. vbi dixi. de verbo. ſignifi.
32 l. arrogato. in fi. de ado.
33 l. ſi ſeruo. in fi. de iu. dot.
34 d. l. ſed eſt quæſitum.
35 l. Põponius. in fi. de ædi. edicto.
36 l. in rebus. C. de iur. dot.
37 d. §. è contrario.
38 l. ſi duo. in prin. vti poſ. l. quod ſeruus. ſ. titu. j.
39 d. l. ij. ad Macedo.
40 d. l. ſi maritus. §. legis. vbi Bar. de adulte.
41 l. ij. de iur. aur. anul.
42 l. ſi ab eo. de legi. hære.



VI. gere. non enim ſucceſsio aduerſatur emancipationi, imò ſeparata ſunt hæc iura [1]. Qua
57 ratione dicitur filius † legitimatus, quoties quantum eſt perſonæ reſpectu fuit plenariè
reſtitutus, quamuis ad bona cum certa limitatione ſit admiſſus, quod alibi docui [2].
VII. Sic & legitimatus à Cæſare quamuis reſpectu ſpiritualium, vel bonorum eccleſia-
ſticorum in damnum eccleſiæ non admittatur, cenſebitur tamen verè legitimatus, vt
VIII. ego ſentio, & ab aliis reſponſum extat [3]. Suprà quoque vidimus diſpenſare plerun-
que legem & videri in ſpecie impoſsibilia inducere, vt cum eum, qui in vtero eſt, pro
nato habet [4], idque reſpectu eius non autem vt alteri proſit [5]. ſed (vt diximus) non
IX. tam fingit eſſe natum quam natorum priuilegia ad eum extendit. Subiicit Bartolus
in fictione tranſlatiua extremum à quo in ſpecie poſsibilitatem requirere, extremum ve-
rò ad quod in genere: qua de re infra loco ſuo, quod ſequitur, *Ex iuſta cauſa*. cum fi-
58 ctio † veritati aduerſetur, nunquam debet induci niſi ſubſit cauſa adeo efficax, vt à ve-
ritate ipſa nos diſcedere cogat [6]: meritò ergo ad fictionis ſubſtantiam pertinet, vt ad-
59 ſit æquitas [7], quæ veritati * præualere eam faciat [8]. alioquin vbi per veritatem ſuccur-
ri poteſt, non eſt ad fictionem recurrendum [9]. Ideóque Bartolus vbique fictionem ap-
pellat remedium ſubſidiarium [10]. qua ratione exiſtentibus veris filiis, lex non permit-
60 tit, vt extranei * adoptentur [11]. & vbi naturales per matrimonium concubinæ legiti-
mari poſſunt, denegat Imperator beneficium reſcripti ſui [12]. quoties autem lex fingit,
conſequens eſt vt iuſta cauſa ſubſit. alioquin non fingeret [13]. Sicut & videmus in diſ-
61 penſatione, quæ non niſi cauſa cognita conceditur [14]. Hincque eſt quod lex * ſucceſ-
ſionem loco ſolutionis eſſe fingit, quoties alias ſucceſſor damnum pateretur [15], non con-
trà, ſi lucrum faceret. ita enim ſuadet æqui, boníque ratio [16]: quod ſi aliqui caſus inue-
niantur, qui in ſpeciem videatur abſque æquitate inducti, ſi tamen penitus inſpician-
I. tur apparebit eam ſubeſſe, verbi gratia. In † indiuiduis facto vnius cohæredum a-
62 lij ad pœnam obligantur, quia omnes contrafeciſſe videntur [17]. Atqui æquum fuiſſet, vt
pœna ſuos teneret tantum authores [18]. Sed tamen æquius fuit omnes teneri propter vim
II. conditionis, ne ius creditoris tollatur [19]. Sic reſtituto à principe * deportato, etiam
63 filius in eius poteſtatem reuertitur [20]: etenim iniquum videtur beneficium principis al-
teri, id eſt, filio nocere [21], ſed iniqui niſi pater integrè non reſtitueretur, & calamita-
III. tem eius, filij ad ſuum commodum pertraherent. Sic præſcriptio cenſetur eſſe im-
pium remedium [22]. & tamen hæreditas iacens eam perficit [23], hæréſque adeundo fingi-
tur denuo ipſe vſucepiſſe [24]. Sed negari poteſt tale remedium aduerſus æquitatem eſſe,
64 cum bono publico inductum lex dicat [25], Impiúmque remedium † duntaxat illud vi-
detur, quod cum mala fide locum habet, & tamen ſumma eſt æquitas, vt eum quoque
procedat propter tanti temporis lapſum, & ne dominia diutius in incerto ſint [26]. qua de
IIII. re alibi dixi [27]. Sic iniquum eſt teſtamentum poſthumo nato rumpi, quoties idem vi-
uo teſtatore præmoritur [28]: & tamen ſi naſcatur moriatúrque interim, dum apud ho-
ſtes pater viuit, propter legis Corneliæ fictionem rumpitur [29]. Sed reſpondendum eſt
non rumpi fictione legis, cum antea ruptum eſſet, verùm impediri, ne conualeſcat: ſi-
ue quia tunc nulla voluntas patris ſubſit, ſiue quia interim adiri hæreditas non potuit [30],
V. quod Bartolus cenſuit. Sic lex fingit damnatum in metallum, vel deportatum eſſe mor
65 tuos *, licet viuant [31]: in odium quidem ipſorum, ſed non ſine magna cauſa. nempe in
vindictam malorum [32], quæ ad publicam vtilitatem pertinet. quia vt carmine prouer-
VI. biali dicitur, Bonis nocet quicunque parcit improbis [33]. Huc pertinet & quod lex fin-
66 git exhæredatum * eſſe mortuum [34]. Sed & hoc ſumma ratione faciet propter teſtato-
67 ris voluntatem. concludendum igitur matrem fictionis * eſſe æquitatem ſed cum iuſta cau
ſa: idque non ſolum in legis fictione locum habet, ſed etiam in ea quæ beneficio principis
inducitur: & ideo non videntur naturales poſſe natalibus reſtitui, niſi ex cauſa legitimatio
enim per machinationem quandam inducitur [35], ideo eam oportet cauſa cognita [36]
fieri quod aliqui tradiderunt [37]. Ego, ſi alij filij non adſint ſolam patris voluntatem
pro iuſta cauſa eſſe arbitror, quod Decius reſpondit [38]. Satiſque eſt talem cauſam
68 principi pro iuſta approbatam eſſe [39]. Putarem quoque etiam † ſi vnus filius legiti-
mus adſit iuſtam cauſam Comiti Palatino rectè videri, quod pater pluribus ſubſidiis
inuiti velit. quod de Auguſto Cæſare Cornelius Taci. refert. Si quidem vt prouerbio
dicitur, vnus nullus. bonis quoque moribus viris facile legitimationis ornamentum
concedendum videtur, quo nomine Iugurtha à patruo adoptatus fuit, vt eſt apud Sa-
luſtium. Sed & ſi plures adeſſent, adhuc idem putarem: ſubeſt enim ſemper vinculi na-
69 turalis ratio, niſi quando pater legitimam * iure naturæ debitam eis imminueret [40],
& hoc ſolo caſu eorum citationem eſſe neceſſariam. Sed hæc alibi loco ſuo [41]. *Diſpoſi-*
I. *tio*. intellige pro veritate aſſumptio, vt inquit Barto. quia lex ipſa diſponat de ficto tan-
70 quam de vero. Vt his verbis † inducatur differentia à præſumptionibus, quibus lex non
diſponit

1 Bar. l. is poteſt. de acquir. hæred.
2 ſ. rub. de lib. & poſthum.
3 Pariſ. conſ. j. & ij.
4 d. l. qui in vtero.
5 l. qui libertinus. §. pen. de oper. liberto.
6 l. filio, quem pater. de liberis & poſthu.
7 l. poſtliminio. in prin. de capti.
8 Bar. hic. ij. oppo. & ĵ. q. vj. princ.
9 l. hæres à debitore. §. fin. de fideiuſſ.
10 l. ſciendum. l. denique. ex quib. cau. maio.
11 l. nec ei. §. j. de adop.
12 §. illud. in authen. quib. mod. nat. ſui.
13 c. erit. diſtinct. iiij.
14 j. q. vij. §. conueniẽtibus. niſi. in gl. Anch. conſ. ccxlj. cccexxvij.
15 l. ſi ei. §. j. de euict. l. Stichum. §. aditio. de ſolut. in ver. aliquam.
16 d. l. hæres. §. fin.
17 l. iiij. §. Cato. de verbo. obligatio.
18 l. ſi quis in ſuo. in fi. C. de inof. teſtamen.
19 l. v. §. fi. de verb. oblig.
20 l. fi. C. de ſent. paſſ.
21 l. ij. §. meritò. §. ſi quis. ĵ. ne quid in loco pub.
22 §. j. vt eccl. Roma. in authenti.
23 d. l. cœptam.
24 d. l. hæres quãdocũque.
25 l. j. ſ. e. l. fi. ĵ. pro ſuo.
26 And. regal. poſſeſſor. in mercur.
27 in rub. extra. de præſcr.
28 l. poſthumus. ff. de iniuſto rupto.
29 l. qui vxorem. vbi Bart. de iniuſt. rupto.
30 l. nec nos. C. de capt.
31 l. j. §. fi. de contra tabul.
32 l. j. & ij. ſ. de ll.
33 Bart. l. quemadmodum. C. de agr. & cenſ. lib. xj.
34 l. j. §. ſi pater. de coniug. cum emancip. lib.
35 §. generaliter. in authẽt. quib. mod. nat. ſui.
36 gloſ. d. §. niſi.
37 Cur. conſ. lxxiij.
38 Dec. conſ. cccvij.
39 Bal. l. ſi teſtamentum. C. de teſtament.
40 argu. d. l. neque. §. j. de adopt. Ang. conſi. ccclxx.
41 in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. vbi dixi.

diſponit,ſed à partibus diſpoſitum credit [1]. Item inducatur differentia à falſitate,quam
lex punit, nec pro re vera habet, tametſi definiatur eſſe veritatis μίμησις, id eſt, imi-
tatio [2]. Inducatur etiam differentia ab his quæ non iure diſpoſitionis dicuntur, vt III.
quod lex ait eos qui pro republica † ceciderunt in perpetuum per gloriam viuere exi- 71
ſtimari [3]. quatenus enim vita hominis, eſt diſpoſitio, quia durat excuſatio, ex illa ra-
tione, vt Bartolus ait: vltra verò quædam eſt perſuaſio, quæ ad famam & gloriam per-
tinet [4]. Plautus in captiuis. qui per virtutem periit, is non interit. Inducatur † rurſus IIII.
hoc verbo fictiones iuris ciuilis eſſe: aliàs ſi iuris gentium eſſent, non diſpoſitio legis ſed 72
confirmatio eius quod iure gentium inductum eſt diceretur [5]. Nec obſtat quod Bartolus
ait iure gentium fictionem poſtliminij induci. arbitror enim hoc non eſſe verum, quia
lex ſimpliciter dicit ex naturali æquitate legibus moribúſque conſtitutum [6] Moribus † au- 73
tem conſtitutum lex dicit, quod prudentium interpretatione poſt legem duodecim ta-
bularum inoleuit. id enim ius non ſcriptum eſt [7]. quòd ſi intelligere moribus pro iure
gentium velis [8], de ea poſtliminij parte accipiendum eſt, qua captiuus bona ſua recu-
perat: hæc enim veritati innititur, non de ea quæ retro fingit nunquam captum fuiſſe.
hoc enim caput omnino ad legem ciuilem pertinet. ſicque copula, moribus & legibus
ſenſu compoſito accipiatur. Inducitur † etiam, vt cum ſit pro veritate aſſumptio idem V.
operetur in caſu ficto fictio, quod in vero veritas [9]. idque proculdubio pro regula con- 74
ſtituendum eſt [10]: nam & hic plenius dicitur accipi lex Cornelia, cum idem operatur
quod ipſa veritas vt ſuprà declaraui. Sic cum emptor hæreditarius pro hærede ſit, non
niſi eo modo tenetur quo hæres [11]. qua ratione * fictio etiam in alterius damnum ope- 75
ratur, quando & veritas hoc faceret, vt quia ei exceptio auferatur, quæ alias compe-
teret [12]. Idémque ſi in fauorem ſit inducta, ad connexum quoque odium trahetur, id-
que veritatis exemplo [13]. & è contrario in odium alicuius inducta in fauorem quoque
vertetur, quoties & veritas ipſa hoc operaretur. Sed & ſi reſpectu cauſæ limitata ſit
fictio, tamen exemplo veritatis propter rationis ſimilitudinem extendetur. Vnde quam-
uis magiſtratus municipalis tanquam tutor reſpectu periculi duntaxat ſit, tamen perin-
de ac verus tutor ſententia Senatuſconſulti continebitur [14], cum ex facto ſuo non au-
tem ex perſona alterius conuenitur. regulariter tamen limitata cauſa extra limites ſuos
non producitur. Etenim non pauci ſunt caſus † quibus minus operatur fictio quàm veri- I.
tas: quorum ille eſt præcipuus quoties fictio non plenè repræſentat veritatem [15], vt in ſu- 76
praſcripta ſpecie, cùm magiſtratus ex perſona alterius tenetur, & tutor fingitur reſpe-
ctu periculi tantam [16], vel cum quis abſens eſt, fingitur eſſe præſens, non ſimpliciter, ſed
vt fructus percipere poſſit [17]. Vnde quamuis † vera ſolutio & conſtitutoriam & princi- 77
palem obligationem tollat [18], non tamen ficta, quæ per iuramentum inducitur, hoc fa-
cit [19]: ſic vera ſolutio etiam iuriſgentium obligationes ipſo iure perimit, cum tamen ac-
ceptilatio ope exceptionis id tantum poſſit [20]: ſic aliqui poſſunt vera ſolutione reum
liberare, acceptum ferendo non poſſunt [21]: ſic vera mora quæ ſecundum regulas iuris
interpretatione inducitur, obligationem perpetuam perficit, adeò vt ſpeciei debitæ in-
terim non liberetur debitor [22], & tamen ficta, quæ & irregularis dicitur, eam tali caſu
non perpetuat [23]. Cæterùm & plus pollere † veritatem eo exemplo apparet, quòd fictio 78
ad cauſam facti non trahitur, vt ſuprà dixi [24], quia talis cauſa ſoli veritati ſubiicitur, ſic
fictio ad eum actum non trahitur, qui quadam ex neceſſitate interim celebratus fuerit,
cum tamen in veritate ſecus obſeruetur [25]: ſic & plerunque verba * ſecundum natura- 79
lem ſenſum duntaxat accipiuntur, nulla fictionis habita ratione [26] quo caſu diſpoſitio ve
ra ad fictam non trahitur pluſquam pollet veritas [27], quod libro, de verborum ſignifica-
tione, ſecundo latius diſputaui. Sed & videmus fictionem contraria * diſpoſitione prorſus 80
extingui, & obliterari [28], cum tamen veritas ſemper aliquas reliquias retineat, quæ pror
ſus tolli nequeunt, & modici quandoque effectus ſunt [29]. Vnde dominium per commen
tum adiectionis tranſlatum abſque alia traditione retrò tranſit [30]: cum ſecùs eſſet, ſi ſe-
cundum naturalem traditionem conſenſu domini applicatum eſſet, quod alibi docui [31].
Qua ratione quoties fictio veritate adiuuatur, fit efficacior, & plus operatur, quàm II.
ſi ſimpliciter ei aduerſaretur. Fingit lex ſubſtitutionem pupillarem ipſius pupilli teſta-
mentum eſſe: verùm quia verè paternum eſt, non dat matri inofficioſi querelam [32]. Idem
ſi fictio extrinſecus aliqua alia ratione muniatur. Vnde quamuis ſucceſſio cum de lucro
captando agitur, non habeatur loco ſolutionis, ideóque fideiuſſor mandati agere ne-
queat [33], tamen ſecùs eſt, ſi condemnatus iam fuiſſet, priuſquam ſuccederet [34]. Adiuua-
tur enim fictio rei iudicatæ auctoritate, & ideo plus tunc operatur quam veritas: quod
Aretinus docuit [35]. Idémque ſi verba legis fictionem inducentis adeò generalia ſint, vt
appareat non habitum ad habilitatem reſpectum, quod alibi diſputaui [36]. Qua ratione &
illud quoque proditum eſt. quamuis veræ acquiſitioni dominij neceſſaria ſit rei præſen-

tia

1 l. cùm quid. verſicul. pro cauto. ſi cert. pet.
2 in auth. de inſtr. cautela. in princi.
3 §. ſed ſi in bello. de excuſ. tutor. inſtitu.
4 gloſſ. l. cùm quidam. de ann. leg. & de conſecra. diſt. iiij. c. propriè.
5 l. iuriſgentium. in princ. de pactis.
6 l. poſtliminium. in prin. de capti.
7 l. ij. verſic. his legibus. de origin. iur.
8 l. libertinus. de ritu nup.
9 d. l. ſub conditione. d. l. ſi filiusfam. ſi cert. petat.
10 d. l. bona. in fi. de capt. l. quáuis. §. ſi mulier. ad Vell.
11 l. ij. §. pen. de hæredi. vel actio. vendi.
12 l. cum oratio. verſi. at ſi antequam. de excuſ. tut.
13 d. l. cum oratio. §. fina.
14 l. ſi quis tutor. ff. de ritu nuptiar.
15 l. minùs. de reg. iur. Bar. l. j. §. hoc autem. ad Syllan.
16 d. l. ſi quis tutor. verſ. ſed & ſi. l. ſpadonum §. ſi ciuitatis. de excuſa. tuto.
17 Io. Andr. & Gemi. c. fin. de conſuetu. in vj.
18 l. item illa. in fi. de conſtitu. pecun
19 l. ſi actor. cum glo. de iureiurando.
20 l. ſi acceptolatum. de acceptilatio.
21 l. & per iuſiurandum. §. tutor. eo. tit. de accep.
22 l. electio. §. ſi is quem. de noxalib.
23 l. naturalis. §. ſed ſi. de praſcri. verb. Docto. l. quod te. ſi cert. peta.
24 d. l. denique. ex qui. cau. maior. clem. quod circa. de electio.
25 l. quoties. §. de pact. dot. Bart. l. furti. de his qui not. infam.
26 l. fi. C. de his qui veniā æta. d. clem. quod circa.
27 §. j. verſ. ſed adoptiui. inſtit. de excu tuto. l. iij. §. hæc verba. de neg. geſt.
28 l. in omni. de adop. §.
29 l. in rebus. C. de iur. dot. c. ferrum j. diſt. in gl.
30 l. ſi cùm venderet. de pignor. actio. l. volunt. in fine. quib. mod. pign.
31 l. ij. vbi glo. C. de pact. inter emp. in l. traditionibus. C. de pact.
32 l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. §. de inof. teſta.
33 l. hæres. §. fi. de fideiuſſo.
34 l. ſi ei. ff. mand. vbi Aret.
35 In d. l. ſi ei.
36 in d. l. ſi filiusfamil.



tia [1]. quod tamen ad fictam acquiſitionem adtinet, nihil opus eſt rem eſſe præſentem [2],
quod & Fulgoſius adnotauit [3]: ſic in ſtipulatione vera neceſſariò requiruntur verba, in fi-
cta ſecus [4]. Hincque infert Crotus hîc ad quæſtionem, an cohærentia fictæ ſtipulationis
pactum nudum veſtiatur, actionémque informet? & cenſet informare [5]. Ego nec cohæ-
rentia quidem veræ ſtipulationis foueri arbitror: vt actionem informet, quod alibi do-
cui [6]. Infert & Socinus ad quæſtionem ſtatuti, quo cauebatur, vt omnis hæreditas pa-
terna, materna, collateralium cenſeretur adita, & ad hæredes tranſmitteretur, vt nihi-
lominus infans non tranſmittat, cum conſenſu careat, & verè adire non poſſit [7]. Ego
81 contrà † à verbis ſtatuti non eſſe recedendum, & quod lex communis potuit [8], idem &
lex municipalis, præſertim in his, quæ iuris poſitiui ſunt. Inferunt & alij, lex palatina
eſt eiurato ſacerdotio ſi quis intra viginti dies moriatur, cenſeatur illud non reſigna-
tione ſed morte vacare, an verè vacet? adeò & ſub aliis legibus id beneficium compræ-
hendatur, quæ de vacatione per obitum loquuntur, reſpondent non compræhendi [9],
quia verè cœpit per reſignationem vacare, nec hanc veritatem poteſt Pontifex fictione
vlla ſubuertere [10]: quam ſententiam non probo. Poteſt enim legiſlator, ſubſequuta mor-
te, retrò fingere nullam reſignationem factam [11]. Imò abſque fictione inducere, vt præ-
cedentis reſignationis nulla prorſus habeatur ratio [12]. taliſque diſpoſitio pro veritate erit.
82 Explicita definitione, proſequuntur Doctores diſtinctionem, aiúntque triplicem † eſſe
fictionis ſpeciem. ſi quidem alia inductiua eſt, cum lex id quod non eſt, fingit eſſe: alia
eſt priuatiua, cùm id, quod eſt, fingit non eſſe: tertia eſt tranſlatiua, cum id quod vno
83 modo eſt, fingit alio modo eſſe. Adtingendæ igitur ſunt ſeparatim ſpecies. Et fictio † in-
ductiua definitur, vt ſit in re certa, nec poſſibili legis pro poſſibili adſumptio, vt cum lex
fingit natum, qui non eſt [13]: cùm fingit eum viuere, qui eſt mortuus [14]: cum fingit condi-
tionem poteſtatiuam adimpletam eſſe, quamuis verè non fuerit [15]: cum fingit aliquem
eſſe filium, qui ſecundum naturam non eſt, ſed legis duntaxat imaginem, velut ado-
ptatum vel arrogatum [16]: cùm eum, qui libertinæ conditionis eſt, fingit ingenuum eſſe
natum [17]: nec ideo cenſetur fingere impoſſibile, quia licet in eadem ſpecie nō poſſit idem
viuus eſſe & mortuus, filius & extraneus, tamen extra hos terminos, de quibus loquimur,
ſeparatim qualibet ſpecie conſiderata, id eſſe poteſt, vt etiam ſuprà declaraui, & latiùs
I. hîc Bartolus docet. Proceditque hæc fictio, vt & ſupraſcriptis exemplis patet in his
quæ ſunt facti: etenim viuere, mori, adimplere conditionem facti eſt [18]. quod intelligen-
dum vt ſupra, niſi de his quæ facti ſunt, id eſt, iuris naturalis tractetur. quæ enim iuris
84 naturalis * ſunt, & lex in meris eius iuris terminis relinquit, dicuntur facti: nec in his lo-
cus eſt fictioni [19], vt ſuprà declaraui. Hinc eſt, quòd ſi vir vxori donauerit, licet contra-
ctus iure ciuili vetitus ſit, nec dominium transferatur, appræhenſione tamen rei quæri-
tur naturalis poſſeſſio: quia res facti (inquit lex) infirmari iure ciuili non poteſt [20]. At
Bartolus quod argumentum à conſequenti eſt, pro ratione deciſionis interpretans ideo
hoc inductum ait, quia fictio propter iuris effectum inducitur. At ibi fruſtra fingeretur
non eſſe traditam poſſeſſionem, cum omnino non ideo maritus haberet poſſeſſionem,
qui vel ſola voluntate eam perdere potuit. quam rationem ego non probo, cum potue-
rit lex fingere, vt poſſeſſio, quæ vxori non quæreretur, marito remaneret [21]: vnde plu-
rimus iuris effectus eum ſequeretur. Item potuerit talem poſſeſſionem tanquam con-
tra iuſſum ſuum tranſlatam non agnoſcere, & tamen conſtat mulierem contra quamlibet
II. præter maritum etiam ciuiliter cenſeri poſſidere [22]. Rurſus intelligendum, niſi de ma
teria tractetur, quæ ſecundum veritatem facti magis quàm iuris effectū accipiatur [23]. qua
ratione, quæ ex bono, & æquo aduerſus regulas iuris inducta ſunt, ad caſus fictos nequeunt
extendi [24]: quod libro de verborum ſignificat. ſecundo diſputaui. Eſt enim latior articu-
III. lus, quàm vt hîc adtingi poſſit: cùm nec Bart. quidem voluerit hîc examinare. Procedit
rurſus ſupràſcripta fictio etiam in his, quæ mixtim & facti & iuris ſunt: cùm enim ea pars,
quæ facti eſt, verè non adſit, ſequitur, vt fictione legis omnino ſit ſupplenda. Hinc eſt, quòd
ſtipulatio quandoque fingitur [25]: ſic & iudicis ſententia [26], ſic poſſeſſio quamuis multùm iu-
85 ris habeat [27]: ſic & cæteri cōtractus * iuriſgentium, quos lex ciuilis approbatione ſuos effi-
cit [28]. quatenus verò in his alia pars ſupereſt, quæ iuris eſt, non fuit neceſſaria fictio, ſi qui-
dem (vt Bar. ait) in his, quæ iuris ſunt, lex ſecundum veritatem diſponere cenſetur, non au
86 tem fingere [29]. exempli † cauſa, quæſtio ſtatus iuris eſt, putà quòd quis ſui vel alieni iuris ſit,
quod legitimus, quod ingenuus, ſeu liber ſit, quod ſi ex certa cauſa lex eum, qui [30] in poteſta
te eſt, velit ſui iuris efficere, hoc vtique non cenſebitur per fictionem induci, quia in his quæ
ſunt iuris, lex poteſt ſecundū veritatem procedere [31]: ideo non recurrit ad fictionem, quod
remedium eſt extraordinariū [32], vel potiùs ſubſidiarium, vt ſuprà dixi, & cæteri hîc ſequun
tur. Addit Bar. hoc procedere etiā, ſi lex verbis ad fictionem pertinentibus vteretur [33]. Vn
de, ſi lex dicat, filia ſa. nupta in omnibus habeatur, ac ſi ſui iuris eſſet, cenſebitur verè iuris

1 l. pecuniam. §. de ſolu.
2 l. ſi ſponſalibus. §. j. de iure dotium.
3 Iulian. in l. ſingularia. ſi cert. peta.
4 Bart. l. reos. iiij. oppoſit. §. de duobus reis.
5 l. hæredit. ff. de dona.
6 l. in bonæ fidei. C. de pac.
7 Soci. conſ. cxvj.
8 d. l. ſi infanti. C. de iur. de liberan.
9 Gomeſius reg. cancel. de infir. reſign. q. xx.
10 d. §. factæ. xxxij. q. vij. ſi Paulus.
11 glo. clem. j. de immuni. eccleſ.
12 d. l. electio. §. ſi is quem.
13 d. l. qui in vtero.
14 d. l. bello. d. §. ſed ſi in bello. l. fi. de vac. mun.
15 l. in iure. de reg. iur.
16 d. §. adoptio. inſt. de ado.
17 l. j. C. ad l. Viſcelliam.
18 l. Arethuſa. cum l. ſeq. de ſtatu homi.
19 d. §. factæ. d. l. denique.
20 l. j. §. ſi vir vxori. §. tit. j.
21 l. ſi me in vacuam. ij. reſponſo. §. tit. j. l. per procuratorem. C. de acq. poſſ.
22 l. ſi vir. §. pro donato. l. j. §. deiicitur. de vi & vi arm.
23 cle. quod circa. de elect.
24 l. fi. C. de his qui veniā.
25 l. j. C. de rei vxo. actio. l. cùm oſtendimus. de fideiuſ.
26 l. cùm quaſi. §. ſi plures. de fidei. libert.
27 l. quiſquis. C. de donat.
28 l. alieno. in fi. de fideic. libert.
29 d. l. quiſquis.
30 Auth. conſt. quæ de dig. & quib. mod. nat. legit. l. j. l. fi. C. ſi mancip. ita fue. alie.
31 l. ſi vnus. §. pactus ne. de pacti.
32 l. in cauſa. ij. de min.
33 c. tanta. extra qui fil. ſint leg. rub. in auth. quib. mod. natu. legit.

ſui eſſe,quia de his loquitur, quæ iuris ciuilis ſunt, qua ratione & quandoque dictio, quaſi,
eſt * expreſsiuæ veritatis[1]. Ego in rebus humanis perficiendis duo † neceſſaria eſſe didici 87
voluntatem & poteſtatem[2]:de poteſtate ſupraſcripto caſu non eſt ambigendum: de vo- 88
luntate verò legis probabilis eſt dubitatio, quæ ſi verbis fictionum ſemper vſa ſit, non vi-
detur veritatẽ liberationis contuliſſe, ſed imaginem[3]. Non procedet† ergo ſupraſcripta I.
concluſio, quoties alia eſt mens legis,quod & non paucis exemplis oſtendi poſſet[4]. Sed 89
& fatetur Bartol.non procedere,quoties ratio euitandæ contrarietatis ſuaderet, vt ſecun- II.
dum fictionem potiùs diſpoſitum interpretemur: veluti,cùm lex filiumfam.militem in ca-
ſtrenſibus vice patrisfamil.haberi iubet[5].cùm enim cætera ſit in paternis ſacris non poteſt
videri partim in poteſtate partim extra manum eſſe[6]: merito ergo non verè in caſtrenſi-
bus,ſed fictè loco patrisfamil.eſſe interpretabimur, quod & Alex. reſpondit[7]. Ego nihil III.
fingi tali caſu arbitror[8],ſed iura patrum ad tales in eo peculio extendi, regulámq; iuris ci-
uilis,quæ patri omnia tribuebat, reſtringi[9]: nec enim lex,finguntur,ſed,funguntur,ait[10],
quod verbum ad veritatem pertinet[11].Huc ſpectat & quod de his dicitur,qui cum natura-
les eſſent, curiæ oblati ſunt: iura enim legitimorum lex eis concedit[12] non generaliter re-
ſpectu omnium ſed in paterna duntaxat hæreditate[13], quo exemplo in legitimatione quo
que traditum eſt, ſi princeps generaliter reſpectu ſucceſsionis ſecundum primæua iura na
turæ diſpenſauerit talem verè legitimum eſſe[14], quòd ſi ſolum reſpectu ſucceſsionis ex te-
ſtamento diſpenſauerit,ſecùs eſſe,& inteſtato patri non ſuccedere[15]. Subiicit idem Bar. IIII.
propter repugnantiam iuris quandoque non ſecundum veritatem à lege diſponi,vt in vſu
fruc.quiquidem iuris eſt, & tamen lex in eo non ſecundum veritatem diſponit, ſed potius
ex fictione, cum pecuniæ vſusfructus propriè non poſsit eſſe[16] quod in vſusfructus defini-
tione requiratur, vt ſalua ſit rerum ſubſtantia, quæ profectò tali caſu non eſt ſalua: poteſt
tamen lex etiã aduerſus definitionem ſecundum veritatẽ diſponere,ſi velit,ſicut videmus
filium eſſe,qui ex viro,atque vxore[17],& tamen etiam legitimati propriè ſunt filij, vt infrà V.
dicetur. His conſequens eſt, vt multò minùs procedat concluſio, quando ius naturale
repugnaret.& ideo quoties quis ex coitu natus eſſet nefario, vel inceſto,quem lex naturæ,
vel diuina damnat,quamuis ampliſsimis clauſulis reſtitutus natalibus proponeretur,pro-
priè tamen is legitimus non eſſet[18],quia nõ poteſt lex rationem naturalem * aut diuinam 90
tollere[19],licet per fictionem ex cauſa aliquatenus obumbrare poſsit. Vnde inferunt aliqui,
quoties à principio inter ſpurij parentes matrimonium contrahi non potuit, legitimatio-
nem ab Imperatore factam fictione quadam,atque diſpenſatione ſola ſuſtineri[20]: quia ta
lis filius non omnino natalibus reſtitui ab eo potuit, cum quicquam in matrimonij radice
fingere ſecularis princeps nõ poſsit.Sunt tamen qui diſſentiãt[21].nec enim fictio hæc ad tẽ-
pus matrimonij refertur,ſed ad primæuum ius naturæ,quo omnes legitimi naſcebantur[22].
Idq; verius eſt,quod alibi diſſerui[23]. Videtur etiam tunc ad veritatem non referri diſpo- VI.
ſitionem legis, cum damnum tertio irrogaretur. Vnde filius emãcipatus,& rurſus adopta-
tus nepotẽ in poteſtate non recuperat[24]:propter emancipationẽ enim cœpit primũ locum
in aui ſacris tenere,& quãuis alias vbi veritati locus eſſe poteſt, ceſſet fictio[25],tñ ne ius ne-
potis ei quæſitũ omnino extinguat,fictio remanet, vt ambo poſsint admitti[26],niſi expreſ-
ſim is filius tanquã nepotis pater ſit adoptata:tũc enim propter expreſſam patris mentẽ ne
potẽ omnino excluderet[27]. Addũt aliqui,licet talis fictio ſecundũ ſupràſcripta propriè o- VII.
peretur,in diſpoſitione tãtùm ſtrictè intelligenda fieri eã interpretationẽ, vt caſus ſecun-
dum naturã verus cõprẹhendatur,non qui ſecundũ legis diſpenſationẽ eſt[28].& ideo in ſta-
tuto prẹferẽte filios maſculos fœminis,non cõprẹhendi legitimatos:quãuis Bar.hîc cẽſeat
ꝓpriè eos filios *legitimos dici[29].qua tñ in re magna eſt altercatio vt Iaſ.hîc & alibi Crot. 91
poſt Plũb.diſputarunt[30].mihi receptior videtur ſentẽtia vt huiuſmodi legitimati admittã-
tur:quia & verba,& ratio ſtatuti eos cõtinent[31]. Recipiet† tamen tale ſtatutum interpre- I.
tationem paſsiuam à iure communi vt ad maiorẽ partem is non admittatur quàm vna ex 92
filiabus iuſtis[32] quod Alc.Iaſ.cẹteri tradũt[33]:vt quod de oblatis curiæ lex ait,ad plenariè le-
gitimatos producatur,in quo dubito,& vtcunq; in cauſa inteſtati quadã ex æquitate defen
ditur cõdito teſtamento ſicut nulla lex prohibet plus adoptiuo relinqui quàm legitimo[34],
dũmodo ſaluus ſit cẹteris triẽs naturâ debitus[35] cur nõ idẽ in legitimato.quod Ang. reſpon
dit[36]. Nã & talis legitimatus à feudo excludit[37]: Et nec in emphyteuſi quidẽ eccleſiaſti II.
ca ſi tamen ad extraneos nõ ſit trãſmiſsibilis poterit ſuccedere[38]. Sicut neq; in his quẹ pri III.
migenio iure deferuntur quod And.Martin.Alex.q̃ue diſputarunt[39]. Nec in bonis quẹ in IIII.
terris eccleſiæ ſunt, ſi à principe ſeculari ſit legitimatus[40]. Si tamen nemini fieret præiu V.
dicium,id eſt,ſi conſenſerit pater habebit vires ea legitimatio,etiã extra territorium.Sic- VI.
que eorum ſententia defenditur,qui videntur diſſentire[41]. Nam & ( quod ad ſpiritualia VII.
adtinet ) certum eſt non haberi hunc pro legitimato[42] vt ſupra dixi, quamuis exiſtimem
non ideo minus hunc eſſe legitimum, alioquin Imperator neminẽ legitimũ facere poſſet,
quod

1 l.ſi ante. in fi.ff.ſolu.mat.
2 l.j.§.vſus.de procu.
3 l.ij.C.de iur.aure.anul.l. ſed & ſi hac.§.patronum.de in ius vocan.
4 c.in præſentia.de proba. in antiq.
5 l.ij.ad Maced.l.pater mi liti.§.ſi ſeruus.de caſtr.pec.
6 d.l.j.ad fi.prin.C.de lat. liber.toll.
7 conſ.clxxviij.in ij.
8 l.ſeruum filij. in prin. de legat.j.
9 d.l.placet.de acq. hæred.
10 d.l.ij.ad Maced.
11 l.pretia.ad l.falci.Card. d.clem.quod circa.q.xj.
12 l.communium.C.de na tura.lib.
13 §.alium verò.verſic.ma chinationem. in auth. qui. mod.nat.effic.ſui.
14 d.ca. per venerabilem. Iaſ.rub.§.de lib.& poſthu.
15 Io. Andr.in Spec.de ſuc ceſ.ab inteſta.§.j.
16 l.ij. §.de vſufr.ear.rer.
17 l.filium.de his,qui ſunt ſui.
18 l.legem.C.de nat.liber. Bald.l.j.C.de iur.aur.anul.
19 gloſ.l.filius à patre.§.ſi. de lib.& poſth. Crotus.d.§. & quid ſi tantum.verſi.ter tius caſus.
20 Soc.d.rub.de lib.& poſt hum.Decius conſi. cclxiiij. cccvij.
21 l.qui in prouincia. §.di uus.de ritu nupt.
22 §.ſi quis ergo. in auth. quib.mod.nat.ſui.
23 d.rub.de lib.& poſthu.
24 l.ſi pater.la vltima. de adoptio.
25 l.filio quem. de liber.& poſthum.
26 l.j.§. ſi quis filium.ſi ta bul.teſtam.nullæ.
27 l.iij.§.j.de contratabul.
28 l.ſi.C.de his qui ve.æta. vbi Bal.Pau.& Dec.cõſ.lij.
29 Rub.auth.quib.mo.na. legiti.§.dubitandum.in au then. de inceſtis nuptiis.
30 Crotus d.§.& quid ſi tã tùm.cum duo.ſeq.
31 d.l. adoptiuum.d.§.prõ num.vbi Alex.
32 d.l.commun.§.fina.§.& quando variè.in auth.quib. mod.nat.ſui.
33 Iaſ.num.288.
34 l. ſi te parens. C.de ſuis & legitim.
35 l. hac edictali.C.de ſec. nuptiis.
36 Ange.conſ.cccl.
37 c.j.§.naturales.ſi de feu. defun.
38 Doct.l.generaliter.§.cũ autem.C.de inſti.& ſubſtit. deci.Neap.ccclxxxvj.
39 Sal.Paul.Iaſ.quoties.C. de rei vendic.
40 Bar.l.j.q.vij. C.de ſum ma trinit.
41 Bar.conſ. lxxv.in fi.An gel.d.conſ.cccl.
42 d.ca. per venerabilem. Bart.d.§.diuus.



VIII. quod eſſet abſurdum:vt Alexander ait.Cæterùm ſi ex aliquibus verbis ſtatuti adpareat de
caſu naturali ſolum actum fuiſſe, non autem de ciuili: nec tunc erit concluſioni locus: vt
quia ſtatutum ſolos legitimè natos admittat,quod Iaſon,& Crotus hîc tradunt,receptiſsi-
múmq; eſt, at qualitas ſecundùm tẽpus participij intelligat[1]. nam & lex Iulia de maritan-
dis ordinibus quẹ ſtatuerat,vt qui libertinus duos à ſe genitos in ſua poteſtate habebit &c.
locum non habet in poſthumo[2]:qui licet fingatur natus,non tamen dicitur in poteſtate[3].
quoties ergo aliqua verba legis repugnarent, proculdubio non procederet concluſio. In
materia tamen fauorabili iure extenſionis quandoque aliter interpretamur[4]: qua ratio-
ne filij per ſubſequens matrimonium legitimati tanquam legitimè nati pleriſque caſibus
habentur,vt in electione[5],vt in feudo[6],fortè & in fideicommiſsis,quod Butr.Imo.Dec.tra
IX. diderunt licet Alex.contrà reſponderit[7]. ego alibi diſputaui[8]. Sanè † ſi non verba,ſed
94 mens legis repugnaret,idem eſſet etenim ad eam quoque potiſsimùm attendi debet, quod
aliquibus exemplis Iaſon hîc oſtendit[9], eo præſertim quod non reuocari donationẽ iam
factam ſubſequuta ſpurij legitimatione ex receptiore ſententia adfirmat[10],ſicut nec fidei-
commiſſum à graui illuſtrique perſona,ſi hæres deceſſerit ſine filiis deficere: quia legiti-
matum reliquerit[11]. quæ ſententia in naturali filio tantùm procedit, ſed in eo, qui natali-
bus eſt reſtitutus,nõ videtur vera, maximè ſi legitimatus ad honores quoq; reſtitutus ſit[12].
Huc pertinet quod quamuis adoptiui propriè ſint filij legitimi[13],tamẽ ex mente teſtatoris
plerunq; fit alia interpretatio, vt ſi tractaretur de excludendo ſubſtituto[14], quod ampliãt
Cur.Iun.& Dec.procedere ait etiã ſi conditio de filiis legitimis tantũ concepta ſit[15].in qua
re amplius deliberandũ eſt.Planè & illud mihi probabile videtur,vt naturalis legitimatus
propriè dicatur legitimus,quia reſpectu originis habet primordiũ veritatis, & lex impedi-
mentũ tollit maculámq; abolet iure ciuili illatã,quod facere poſſet[16].At in ſpurio aliud vi-
detur:nec enim in eo ſubeſt vlla veritas, cùm nõ conſtet legitimatum eſſe patrem:imò lex
vulgo cõceptũ præſumat[17], nec patris affirmatio, aut tractatus, quod ad agnatos attinet,
X. aut cùm à quo ipſe grauatus ſit,fideicõmiſſo quidquã proſit[18]. Illud† quoq; non omitten
95 dũ,licet in his quæ iuris ſunt,lex dicatur verè diſponere, id procedit,niſi cõmunis loquẽdi
vſus ſtet contra:& ideo traditũ eſt appellatione filij legitimi non cõpræhendi legitimatum
propter cõmunem loquendi vſum,quod caſtren.& multi alij tradiderũt[19]. quod quomodo
XI. intelligendum ſit,Alex.rectè declarat:nec enim ſimpliciter id verum eſt[20]. Subiicit† hic
96 Bar.quoties lex quoad quædam tantùm pro ciue aliquẽ habeat,non cenſeri ſecũdum veri-
tatẽ,ſed potius ex fictione diſponere[21]:quæ & Alex.probat[22]: qua ratione cõſequens eſſet,
vt filij per dignitatẽ patria poteſtate liberati propriè extra poteſtatẽ non cenſerentur:quia
hoc duntaxat ſtatutum eſt in his, quæ eis vtilia ſunt[23]. Et tamen Bartol. hîc ſentit contra
riũ,niſi reſpondeas verè & ſimpliciter liberatos eſſe:quãuis hæc diſpoſitio interpretatione
paſsiua ex mẽte legis reſtringatur: ſicut & in ſtatuto reſponſum eſt,quo cautũ erat, vt ſcho
97 laſtici† haberẽtur pro ciuibus:ex mente enim legiſlatorũ reſtringitur ad ea ſolũ,quẹ cõmo
dũ ipſorũ reſpicerent[24]:nec enim veriſimile eſt eũ,qui beneficiũ alicui confert, voluiſſe ei
eſſe oneri[25]:ne quod ob fauorẽ datũ eſt, vertatur in odiũ[26]:niſi tamen de onere tractaretur
ab ipſa ciuilitate inſeparabili[27].qua de re alibi[28]:quãuis enim ſupràſcripto caſu ſcholaris
propriè ſit ciuis[29],tamẽ à proprietate vocis recedimus:ne aduerſus legis mẽtẽ quicquã in-
ducamus.q̃d maximè dicendũ ſecundum ſupràſcripta,qñ aliquibus verbis mẽs ipſa argue
retur.exẽpli gratia ſi aliquid factũ requiretur, puta quod prẹſens à toto ordine in ciuẽ reci
98 peretur,quod hic Bar.tradit,& cæteri ſequũtur.Pone ergo,aliquod eſt munus† quod cõce-
di non poteſt,niſi ciuibus originariis,nunquid tali ciui factitio indulgeri poterit? & conſtat
non poſſe[30]: nec enim ſtatutũ eũ originariũ facit, ſed duntaxat ciuẽ,nec propriè id facere
poſsit,cùm iſtud ſit facti,nõ autẽ iuris.quod ſi diceret, habeatur in omnibus, & per omnia
pro ciue originario,aliud eſſet q̃d Bar.hic ſentit,licet in hoc quoq; ſit aliqua cõtrouerſia[31].
Sed quid reſpectu tertij,verbi gratia dicitur ſtatuto Ferrarieñſi ꝙ ciues Bononiẽſes ſint im-
munes à vectigalibus nũquid de his quoq; intelligetur,& videretur: q̃a ſunt propriè ciues, vt
hîc dicitur,ſed cõtraria ſentẽtia aliis placuit.q̃a nõ videtur Ferrariẽſes de iſtis cogitaſſe[32].
ſunt enim quodãmodo adoptatitij ciues de quibus nõ eſt veriſimile in præiudiciũ ſui publi-
ci eos intellexiſſe[33].quod hic Raph.Crotúſq; tradiderũt.In beneficio tñ principis,q̃d latio
rẽ interpretationẽ habet,viderẽtur etiã hi cõprẹhendi[34].idq; non tam ex municipũ cõceſ
ſione,quã ex principis ipſius mẽte.quod hic Ruy.tradit.atq; ita Bar.interpretatur[35].Subii-
cit Crotus quandoq; ex cauſa ſubſequẽti interpretationẽ fieri,vt talis ciuis nõ cõpræhẽda
tur,veluti ſi bellũ inter Bononiẽſes & Ferrariẽſes oriatur:amittẽt enim Bonoñ.priuilegiũ
99 illud ciuilitatis,quod habent Ferrariæ,adeò vt facta pace* nõ cenſeatur reſtitutũ[36],niſi ex-
preſsè ita conuenerit,quod ex facto Pontanus reſpõdit[37]: & ego iuri cõſentaneũ arbitror.
Sed q̃d ſi nõ omnes Bonoñ.ſed aliquis particularis id priuilegiũ habeat? & videretur bello
100 reipub.amitti etiã particulariũ iura[38].Sed durũ eſt in bellis inter* Chriſtianos,quæ ciuilia

H v ſunt

1 l.in delictis.§.j.de noxal. d.§.diuus.in fi.
2 l.qui libertinus.§.pen.de oper.liber.
3 l.ſi prægnantẽ.§.de colla. bono.
4 l.j.§.liberis.l.fin.§.ex bo nis.de bo.damnat.
5 c.innotuit.de elect.
6 d.c.tanta.& c.lator. eo.ti.
7 Alex.conſi.v.in vij.
8 lib.iij.de ver.ſig.
9 Iaſ.verſi.v.
10 l.ſi vnquam. de reuo.do nat.d.rub.de li.& poſth.vbi dixi.
11 l.ex facto.§.ſi quis roga tus. ad Trebel.
12 Alex.conſil.ij.
13 l.nec in ea.de adult.
14 l.fideicommiſſum.de cõ di.& demonſt.
15 Dec.conſi.cccxcix.Curt. Iunior cxlv.
16 l.imperialis.§.j.vbi Bal. C.de nupt.
17 §.ſi aduerſus.inſt.de nu ptiis.
18 l.non nudis. C. de prob. Barb. conſi.xxvij.ad fi.
19 Dec.conſil.cclxxv.
20 Alex.d.conſi.ij.ver.non obſtat.
21 arg.d.l.ij.ad Maced.
22 conſi.xviij.in ij.
23 authẽ.ſed epiſcopali.C. de epiſco.& cleric.Bar.l.iij. de his qui ſunt ſui.
24 l.iij. §. ſi emancipatus. vbi Bar.de contrata.l.ſi Ru finus.C.de reſt.mil.vbi doc.
25 l.falſa.§.j.de cond. & de monſtrat.
26 l.quod fauore. C. de le gi.vbi Bal.viij.oppo.
27 d.l.cum ex oratione. §. ſi:Cin.l.ſi filius. C.de bonis proſcript.Ange.conſi. ccclj. generoſus.
28 per Bal.in d.opp.
29 l.in orbe.de ſta.ho.
30 Bald.l.omnes populi.de iuſti.& iure.
31 Alex.d.l.ſi Rufinus. & l. j.de lega.j.
32 d.l.ſi.C. de his qui veni.
33 l.certa.C.de iur.ſi. lib.x.
34 c.quod circa.de pri. Ale xan.l.iij.§.ſi.de ope.no.nun.
35 Bar.d.§.legis Iuliæ.
36 arg.l.cum ſeruus.de adi men.leg.
37 l.antepe.§.de capt.Pont. conſi.ccccli x.
38 l.transfugam. §.titul.ij. Bar.in extrauag.qui ſint re belles.verſic.rebellio. circa medium.

ſunt,culpa reipu.priuatos plecti,ſi ipſi à conſiliis belli abhorreant[1],videturq; hic caſus mi-
ſtus,vt licet Bononienſes pro hoſtibus ſint,non ita intelligatur qui vtriuſque ciuitatis iura
habeat,licet altera hoſtilis præualeat[2]. Sequitur vt aliqua de fictione priuatiua adtinga-
mus. Ea diffinitur,cùm lex aliquid† quod vere ſit,non eſſe interpretatur, eſt autem contra- 101
ria ſuperiori, & cum contrariorum ſoleat eſſe eadem diſciplina quælibétque affirmatiua
negationem contineat,& contrà, conſequens eſt,vt quæ in fictione inductiua diximus, ad
hanc quoque pertinere poſsint, vt ſicut illa in his quæ meri facti ſunt, locum habet, ita &
iſta.Vnde fingit lex eum,qui monachorum ordini ſe addixerit,& in cœnobio* viuit,mor- 102
tuum eſſe[3]. quod intelligo ſecundum legem pontificiam ,quæ eos mundo mortuos eſſe di-
cit[4].lex enim ciuilis generaliter pro viuentibus habet pacto lucri dotalis in caſum mortis
duntaxat excepto[5]. Sic lex † Cornelia fingit eum,qui captus eſt ab hoſtibus, nec reuerſus, 103
fuiſſe mortuum,& quidem prima hora captiuitatis[6].ſic alibi legiſlator ſimpliciter ſeruitu
tem *mortalitati ferè comparat[7].ſic quandoque eum, qui natus & conceptus eſt, pro non 104
nato nec concepto interpretatur[8].Idémque de eo qui mortuus naſcitur[9].Idémque de eo,
qui exhæredatus eſt[10],idémque de abſente, vel cōtumace[11]. Sic eum,qui deportatus* vel 105
in metallum datus eſt,non paucis caſibus pro mortuo habet[12],quos alibi recenſui[13].ſubeſt
enim & hoc caſu æquitas vt inquit Bartolus, ſiue quia publicè intereſt delicta puniri[14], ſi-
ue quia delinquens ſe ipſum pœnæ cenſetur obligare, & ideo naturali vinculo ad ea tene-
tur[15] qua ratione lex ait actionem iniuriarum ex bono & æquo oriri[16].Sed videretur hanc
fictionem quam Bartol. priuatiuam vocat, iure non conſiſtere. Cùm enim vt in carmi-
ne Agathonis eſt,nec Deus quidem id poſsit, vt quæ facta ſunt, infecta ſint[17]. ſequitur, vt
nec lex id valeat efficere aut fingere, ſed ſolùm legiſlatori id relinquatur, vt eius quod fa-
ctum eſt, nullam inducat rationem, perinde ac ſi nunquam fuiſſet. At id lex non per
fictionem, ſed verè faceret vel ſaltem per extenſionem ex aliqua ciuili regula ductam, vt
ſuprà declaraui[18]. Nec lex vlla eſt, quæ aut monachum, aut ſeruum aut aliàs damnatum
dicat fingi mortuum,ſed comparari mortuis, aut iure extenſionis pro mortuo eſſe[19].Et ſi-
cut quando lex aliquem actum, aut pactionem pro infectis habet, quia contra bonos mo-
res ſit, vel alia ratione improbetur[20], non ex fictione, ſed ſecundum veritatem procede-
re cenſetur[21]: ita & hoc caſu videtur dicendum. Subeſt enim ſemper eadem ratio, alio-
quin cùm lex inſtitutionem factam pro infecta habet[22] fictè diſponere cenſeretur,vel con-
ditionem appoſitam pro non appoſita[23], vel conditionem defeciſſe, quæ euenit[24], & ta-
men certo certius eſt ſecundum veritatem potius diſponere : nam & quod qui natus erat,
non fuiſſe natum fingat, non ſatis verbis Pauli expreſſum eſt. Atqui eius reſponſum tali fi-
ctione non indiget,quod poſsint verba teſtatoris futurum tempus ſpectantia propter men
tem ad præſens ſeu mox præteritum trahi[25]. Suadet hoc & ratio,cùm priuatiua hæc fictio
negatiuè procedit,non videtur ei quod lex non eſſe cenſet,qualitatem fictionis adiici poſ-
ſe[26]:nec enim neceſsitas ſubeſt, meritò ad fictionis remedium recurrendum non fuit, nec
cum ſequens ſtipulatio priorem tollit : ideo dicitur lex fingere,eam non interueniſſe, imò
ipſo iure ſecundum veritatem tollit[27] : quia poteſt hoc facere. Pactum verò quia facti eſt,
id eſt,id meris terminis naturalibus relictum,non niſi exceptione, & ſic iure cuiuſdam re-
tentionis operatur : & neutro in caſu ſeu ſtipulationis ſeu pacti ſeu replicationis vlla ſub-
eſt fictio. Sed & probabile non eſt ei, qui exceptionem doli habet, ſuccurri per fictio-
nem tanquam aduerſarius fingatur actionem non habere[28]. At qui cum fictio id in ca-
ſu ficto * operetur, quod veritas in vero[29], ſicut ſi non haberet actionem ipſo iure eſ- 106
ſet excluſus, ita & ſi fingeretur debere ipſo iure excluſus eſſe : quod tamen falſum
eſt[30] : apparet ergo rationem Bartoli non eſſe veram. ſecundum quàm etiam non con-
ſtituitur differentia, an dolus dederit contractui bonæ fidei cauſam, an ſtricti iu-
ris : cùm tamen conſtet ſubeſſe[31]. Sed & declaratio ipſius, quomodo pacta ſint fa-
cti, vera non eſt, & alibi à me improbata[32]. Conſtituendæ igitur tres ſunt concluſio-
nes. Prima, fictio † priuatiua in his, quæ meri iuris ſunt, locum non habet, nec fi- 107
ctio dici poteſt,ſed vera legis diſpoſitio : idque omnes probant. Secunda, in his, quæ
partim iuris, partim facti ſunt, idem eſt. Idque & Bartolus probat ea ratione, quòd fi-
ctio priuatiua negatiuè fingit. Cùm autem contineat diſpoſitionem negatiuam, ſequi-
tur, vt ad eius veritatem ſufficiat alterum abeſſe[33] : remoto ergo iure, in quo certum eſt
legem propriè diſponere, cenſetur remota fictio. Tertia in his, quæ facti duntaxat ſunt,
fictio priuatiua procedit. ita Bartolus. Ego contrà, non procedit : quia talis diſpoſitio ſe-
cundum veritatem eſt[34], & non niſi craſſa minerua poteſt fictio appellari. & hæc eſt ra-
tio etiam ſecundæ concluſionis. Supereſt, vt ad tertiam ſpeciem tranſeamus,quæ † eſt, fi-
ctionis tranſlatiuæ,vt ei nomen indidit Bartolus[35] diffiniuitque eſſe, cum lex rem quæ cer- 108
ta forma aut modo extat, in aliam formā aut † modum extare interpretatur, id vt plu- 109
rimum quatuor ſpeciebus fit mutatione temporis perſonæ, rei , loci. poteſt tamen &
circa

1 Anch.conſi.xxxvj. Decius conſi.ccclij.
2 l.inter ſtipulantē.in prin. de ver.obl.gl.l.ſi.in fi.de doli excep.
3 l.ſi.in prin.C.de epiſco.& cler.§.iſtud.ij.in authen.de monach.
4 xij.q.j.non dicatis.c.cum ad monaſterium. de ſta.monach.
5 d.l.ſi.in prin.C.de epiſ.& cler.
6 l.Cornelia.de teſta.
7 l.antepe.de reg.iur.
8 l.Titius.§.Lucius.de lib.& poſthu.
9 l.qui mortui.de verb.ſig.
10 l.j.§.ſi pater. de coniug.cum emanc.
11 l.j.reſponſ.penulti.quod cuiuſque vniuer.
12 l.j.in fi.de contratab.
13 l.ex ea. §.in inſulam. de verb.oblig.
14 l.ij.§.exercitū.vbi Bart. de his qui not.
15 l.Imperator.de iur.fiſci. Bar.l.ex hoc iure.de iuſti.& iure.
16 l.non ſolum.§.j.de iniu. l.quæſitum.de ſepul.vi.
17 §.j.in auth.de æqua.dot. xxxij.q.v.ſi Paulus.
18 l.non videtur.ſ.tit.j.l.nā is.de dolo.l.ſi duo.de admi.tuto.
19 d.l.antep.de reg.iu.d.§.& quid ſi tantum.
20 l.ij.de auct.tu.l.ij.in fin. qui pet.tut.l.quoties.qui ſatiſda.cog.
21 l. pacta quæ contra . C. de pact.l.fi.C.de diſtr.pign.
22 l.ſi pater. l.nec apud. C. de hæred.inſt.
23 l.reprehendenda. C.de inſti.& ſubſt.
24 l.generaliter.C.de inſt.& ſubſtit.
25 l. verbum oportet. ſ. de verb.ſign.
26 l.pen.ſi cer.pe.
27 d.§.pactus ne peteret.
28 l.non videtur.j.de regu. iuris.
29 l.ſub conditione. de ſol.
30 l.ſi acceptolatum.de acceptil.l.ſi dari.de ver.oblig.
31 l.& eleganter. vbi Bart. de dolo.
32 l.j.§.j.ſ.tit.j.
33 l.ſi is qui ducēta.§.vtrū. in fi.de rebus dub.
34 d.l.fi.C.de pact.pig. l.de ætate.§.nihil. de interroga. actio.
35 argu.l.ſed ſi vnius. §.ſed & ſi pater.de iniur.l.ſicut.§. ſuperuacuum.



circa alia prædicamenta locum habere[1], ſed ſuperiora quatuor ſunt frequentiora. Videa-
110 mus† primum elementum temporis,& concludit Bartol. de tempore ad tempus fingi tam
in his,quæ ſunt meri facti, quàm in his quæ ſunt iuris , ſic in lege Cornelia fingitur captiuū
retrò mortuum eſſe. ſic iure poſtliminij fingitur retrò quem in ciuitate fuiſſe:ſic quandoq;
fingitur pecuniam ex tempore tranſacto ſolutam[2]:& retrò occiſum,qui nūc tantùm mori-
tur[3]:& olim datum damnum,quod hodie tantum datur[4],quod & ad ea,quæ ſunt iuris por
rigitur,vt retro quem in poteſtate fuiſſe[5],retrò infamia notatum[6].Et licet in fictione indu
ctiua,vel priuatiua circa ea,quæ iuris ſunt non propriè dicatur lex fingere,tamen ſecùs eſt
in hac tranſlatiua.quod enim præſens eſt,vt videatur olim fuiſſe,non poteſt niſi per fictio-
nem induci. Huc pertinet, quòd & lex ab adita hæreditate fingit retrò, & ad tempus mor-
tis teſtatoris rem trahit[7].Vnde aditio facta,pendente iudicio, retrò trahetur, vt confirmet
omnia interim nomine hæredis geſta[8].Sunt autem non pauci caſus,quibus huic fictioni lo
I. cus non eſt. In primis† quoties de materia agitur, quæ ſecundum veritatem tantum de
111 cidenda ſit, tunc ad hanc fictionem fruſtrà recurremus[9]. Hincque eſt quòd in his quæ iu-
ris naturalis ſunt, & à lege in ſuis terminis relinquuntur, non eſt locus fictioni, vt ſuprà de
112 poſſeſsione,quatenus facti eſt diximus[10].Qua ratione rei hæreditariæ* furtum fieri nō di
citur,quia id committitur inuito domino[11]: at eius rei nullus adhuc eſt verus dominus , vt
II. meritò iudicium expilatæ hæreditatis fuerit inducendum[12]. Idémque dicēdum quoties
præſenti tempore à quo ducitur fictio,non poteſt res incipi:quia ſubſtantia decit, vt perſo-
III. na in vſucapione incipienda,vel in vſufructu acquirendo[13],quod Bar.tradidit[14]. Idém-
que ſi tempus præſens à quo fictio retroducenda eſt aliqua alia ratione repugnaret, verbi
gratia,filiofamilias delata eſt hæreditas,interim emancipatus fuit,deinde adiit,an quære-
tur patri?& videretur,ſi verum eſt retro hanc fictionem ad tempus mortis trahi : & tamen
hoc falſum eſt[15], quæret enim ſibi hic filius,ſicut & ſeruus manumiſſus[16], & ſolùm tempus
113 aditionis adtendemus,quo exemplo,ſi† monachus,iacente hæreditate,agnati proximi ef-
ficiatur epiſcopus,vel alias de poteſtate monaſterij exeat,poterit vacantem hæreditatem
adire, & ſibi acquirere. quod plerique tradiderunt[17], & Crotus hic probat, & iure noſtro
probabile eſt. Pontificij verò ceu per ſcintillam tranſire ius adeūdi ſtatim in monaſterium
cenſuerunt,nec monachi voluntatē attendi[18],ſed & confeſtim ius adeūdi ad religionem
pertineret,quod ius ſemel quæſitum facto monachi ſeu poteſtatis diſſolutione auferri non
poteſt.Idq́ue & Caſtren.[19] reſpondit quod maximè in minoritano dicendum,qui pro mor
tuo habetur[20]. Vnde ſi exeat,nouus homo cenſetur[21],nec ius aliorum agnatorum poteſt
IIII. imminuere[22].qua tamen in re magna eſt altercatio,variis hac in re Bal.ſententiis[23]. Sed
114 quid rurſus ante aduentum temporis à quo trahenda eſt fictio?& videtur† nō eſſe tranſla-
tioni locum. Vnde, quis lex fingat à morte teſtatoris dominium in legatariū transferri[24],
tamen talis fictio effectum non habet,niſi deinde adita ſit hæreditas : tunc enim confirma-
tis aditione tabulis,incipit verum dominiū iuris ciuilis diſpoſitione eius eſſe[25] : diſpoſitio-
ne verò hominis tum demum ad legatarium pertinet,cum legatum ipſe agnouit : adeò,vt
ſi repudiet,nunquam videatur ſibi acquiſitum,nec creditoribus fraudem feciſſe[27].meritò
ergo res cenſetur in ſuſpenſo eſſe[28].Poteſt enim hæres credere legatarium non acceptatu-
rum[29]:vnde fructus non præſtat,niſi ex mora[30],vel poſt litis conteſtationem[31]. quia fru-
ctus hi propter malam fidem præſtantur,in qua non fictio legis,ſed veritas naturalis obſer
uatur.Sic valet rei legatæ emptio ignorāter facta,licet aliàs rei ſuæ nulla ſit emptio[32]:quia
I. iure gentium res ſua non erat, quod Iaſon cenſuit[33]. Quod verò † ad eas quæ iuris ciui-
115 lis ſunt attinet,fictio attenditur. Vnde à tempore mortis cedit regulariter dies[34],túncque
II. eſt tranſmiſsionis locus[35]. Sic & ignoranti quæritur legatū[36]:ita enim acquiſitiones le-
III. gales fiunt. Sic actio furti contra legatarium datur tanquam res nunquam hæredis fue-
IIII. rit[37].Totum enim iuris ciuilis eſt. Sic fauore ſpeciali pupilli idem operatur ſupraſcripta
fictio quod veritas[38]. Cæterùm ſicut quæcunque acquiſita à ſeruo legato poſt aditam hære
ditatem fuerint,etiam ante moram hæredis nihilominus legatarij erunt , tanquā iam verè
I. dominus eſſet. Sed† contrà erit de eis dicendum,quæ ante aditam hæreditatem acquiſi-
116 uerit[39]:remanebūt enim hęredi,nec fictio hoc caſu operabitur[40].nec enim tūc ſeruus in po
II. teſtate legatarij fuit[41],nec fictū illud dominiū tali acquiſitioni ſufficiet[42]. Sed & cū ea fi-
ctio in fauorē legatarij à lege inducta ſit,aduerſus eū nō retorquebitur[43]: vnde antequam
agnouerit legatū,conueniri tanquā dominus nō poterit,nec actione furti ex perſona ſerui
legati tenebitur[44],nec ipſe furti cōtra hęredē aget,cū aliquo reſpectu res illa hæredis eſſet,
ſed actione in factū experietur[45],quod Rogerius tradidit.& alio nō licet ſimili caſu in ſer-
III. uitute perſonali relatū eſt[46]. Sic hæres legatū ſpeciei teſtatori factū repudiare poteſt, &
impedire,ne in eū tranſeat,cui teſtator ignorās legauit. quod verba legis apertè indicāt[47].
nec enim poſteriore legato ſublata eſt hæredi repudiandi ex perſona teſtatoris facultas.
IIII. Nā &(quod ad cōfuſionē ſeruitutū adtinet) nihil impedimēto videtur eſſe ſupràſcripta
fictio

1 Azo.in ſumma.C.in prin.
2 l.ſub conditione. de ſolu.
3 l.huic.§.pen. l.ait.ad leg. Aquil.
4 l.dāni.§.ſabini.de dā.inf.
5 gl.§.ſi ab hoſtibus. inſtit. quib.mod.ius patr.
6 l.furti.§.j.de his qui not. infam.
7 l. hæres quandocunque. de acquir.hæred.
8 l.ſi rem.§ fi. de pig.actio. Bald.Imo.d.l.hæres.
9 l.iij.§.hæc verba.de neg. geſt.Bart.d.l.hæres. Iaſ.hic.
10 d.l.denique.d.§. Scæuola.ſi quis teſtamento.
11 l.j.de furtis.
12 ſ.de cri. c.expila.hæred. per totum.
13 l.vſufructus. de ſtip. ſer.
14 d.l.hæres.
15 l.non eſt dubium. C. de iure delib.
16 §.alienus.inſti.de hære. inſtit.
17 Bal.l.j.q.x.C.qui admit.
18 d.c.non dicatis.xij. q.j. Bald.l.bonorum.q.v.C. qui admit.
19 d.l.non eſt dubium. d.l. j.q.iij. vbi dixi in iij. q. iiij. effect.principalis.
20 Bar.l.ij.§.ſi ſeruus. ſ.de bon.poſſ.ſecundum tab.
21 l.ij. vbi dixi. de bonorū poſ.contratab.l.aut dānum. §.fi.de pœnis.
22 c.quod Alex. vbi can.de cler.coniug.
23 Imol. l.ſi alienum. §.in extraneis.de hær inſt.
24 l.à Titio.de furt.l.peculium ij.§. ſed hæc creditor. de pecu.
25 l.ſi tibi hoc. §.cū ſeruus. l.ſeruum filij.§.j.de leg.j.
26 l.legatum ita. de leg.ij. l.ei qui ita hæred.de cond. inſtit.
27 l.qui autem.quę in fraudem cred.
28 d.§. cum ſeruus. l. quædam.de reb.du.l.proinde. ſi cert.pet.
29 l.Titius.de act.emp.
30 l.equis.l.Paulus.de vſur.
31 l.fin.C.de vſur.
32 l.huiuſmodi. §. qui ſeruum.in gl.j.de leg.j.
33 Iaſ.d.§.qui ſeruum.
34 l.vnica.§.cum igitur.in fi.C.de cad.tol.
35 dic.l.vnica.§.in nouiſsimo.
36 l.cum pater.§.ſurdo. de leg.ii
37 d.l.à Titio.
38 l.magis.§.fundū.de reb. eor.vbi Raph.
39 d.c.§.cum ſeruus.
40 l.quod ſeruus.de leg.ij.
41 arg.l.ſi.ſ.de col.bon.
42 l.ſeruo leg. vbi Caſt.& Iaſ.de lega.j.
43 l.legatarium.in fi. de legat.j.
44 d.l.à Titio.l.ſi ſeruus legat.de noxa.
45 l.ſi hæredis ſeruus.de legat.j.
46 l.ſi vſuſfructus.ij.de vſufruct.
47 l.ſi fundum ſub conditione.§.ſi Titius. de legatis primo.

fictio [1],quia ſeruitutes in quandam conſequentiam debentur,nec tunc ipſo iure tranſeũt [2].
Sed & in lege Aquilia occiſo ſeruo ante aditionem hæreditatis conſtat actionem non le V.
gatarij ex ſupraſcripta fictione,ſed hæredis eſſe [3]: quia lex actionem hero dat,verè autem
dominium tunc in hæreditate fuit [4]. In fideicommiſsis quoque & legatis damnationis, VI.
quibus factum hæredis expectare legatarius debet, conſtat iure veteri locum huic fictioni
non fuiſſe [5],ſed dominium à traditione transferri [6].quod an hodie ſublatum ſit,alibi dixi [7].
Sed † & talis fictio aduerſus voluntatem teſtatoris non operabitur. Vnde ſi legatum in VII.
diem ſit ante diei euentum,nec verè nec fictè transfertur in legatarium dominium:quia lex 117
ante diem non exequitur. quod in fideicommiſsis & legatis damnationis ſecundum ſu-
pradicta certiſsimum videtur [8]. Doct.tamẽ generaliter hoc procedere reprobata Accurſij
ſententia exiſtimant [9]. qua ratione & in legato conditionali idem eſt, vt ante conditionis
euentum nullum dominium transferatur, adeò,vt ſi ex mora hæredis purum eſſe finga-
tur,non tamen adhuc tranſeat [10]. Sed & poſt euentum conditionis non tamen retrò fingi-
tur tranſlatum dominium [11],quia teſtator conditionem adiiciendo ſatis oſtendit nolle diſ-
poſitioni ſuæ locum eſſe,niſi poſt eius euentum. Ideóque tempus illud adtenditur, non au-
tem quod retrò ad tempus mortis fluxit. Idque ſiue in inſtitutionibus [12], ſiue in legatis [13],
aut fideicommiſsis ſiue etiam in donationibus cauſa mortis, quæ tamẽ ſub conditione ſint
factæ [14], nam ſi præſens ſit, ideſt, vt ſtatim fiat accipientis [15], fruſtrà hac in materia diſpu-
taremus [16]. quicquid commentetur hîc Iaſon. quod ſi mens teſtatoris aliquibus ex conie-
cturis argueretur, vnde conſtaret velle eum conditionem in vltima voluntate adiectam
retrotrahi, tunc proculdubio id fieret, & regulæ fictionis tranſlatiuæ eſſet locus. Vt cum I.
teſtator conditionem ſolius legatarij fauore adiecisſet. Retrotraheretur enim † conditio,vt 118
fructus interim percepti reſtituantur [17]. Idem cùm conditio hæredi adiecta eſſet: non e- II.
nim impediret, quim ſtatim adita hæreditate dies cederet [18]. Idem, cùm conditio nega- III.
tiua eſt, ſeu (vt clariùs loquar) quando ſecundum verba ipſi legatario non obſtat, vt cum
teſtator ſeruo libertatem teſtamento dat, ſi filius nullus ſibi erit: licet enim dum ſperatur
naſci poſthumus, libertas ſeruo non competat, tamen perempta illa ſpe retrò fingitur li-
ber [19]: quia conditio ſtatim moriente teſtatore purificata eſt, & fictionem quæ obſtabat,
ex poſt facto conſtat non obſtare. Sed & ſi hæres ipſe conuenerit, vt talis res ſit pignori IIII.
pro legato quod teſtator ſub conditione reliquerat, conſtat eueniente conditione hypo-
thecam retrotrahi. Idque propter expreſſam hæredis conuentionem [20],quam ſponte nul-
la legis neceſsitate fecit, ideóque propriam non autem vltimæ voluntatis naturã ſeruat [21].
Quod & in conuentione tacita hodie admittendum eſſet, cum enim hæres adeundo V.
videatur hypothecam in legatis lege Iuſtiniani inductam approbare [22],præferetur legata-
rius cæteris creditoribus, qui interim pignus ab hærede acceperint, cum ab ipſa origine
hanc lex induxerit:alioquin facile fraus fieri legatariis poſſet [23], tametſi Baldus Nouellus,
aliter reſponderit, quem pauci ſequuntur [24]. Addit Bartol. hîc fauore hæredis, vt Falci- VI.
diam poſsit conſequi retròtrahi hanc fictionem [25],quod ipſemet alibi rectius nõ approbat,
& nec eo caſu fictionem induci oſtendit: ſed cum propter dubium euentum interim alicu-
ius æſtimationis eſſet ille ſeruus, lex eius æſtimationis rationem habet [26]. Sed ſatis defen-
di hîc Bartolus poteſt, vt dicamus fauere legem hæredi: ne dubij euentus æſtimationem
præſtet, cùm ex poſt facto apparuerit imputari eum ſeruum non potuiſſe. Sed & ad fru- VII.
ctus perceptos, conditione pendente, eatenus fit tranſlatiò, vt hæredi imputentur, & fidei-
commiſſario proſint [27]: quamuis nec id iure fictionis id procedat, ſed ex vero potiùs.
Idem Bartolus conditionem ait in legatis non retrotrahi, neque dominij reſpectus ne- VIII.
que quod ad rei legatæ commoda pertinet, ſed reſcindendæ alienationis cauſa, quæ ad-
uerſus teſtatoris mentem facta eſt, retròtrahitur [28]. & hæc quidem in vltimis voluntati-
bus procedunt. In contractibus † verò conditionalibus aliud eſt, quia in his locus eſt regu- 119
læ noſtræ, vt fictio tranſlatiua locum habeat, & condictio retrotrahatur [29]. Sed quæ nam
eſt ratio differentiæ? & Iaſon hîc Crotúſque item alij quam plurimas referunt, quæ ſepara-
tim adductæ non carent ſcrupulo, coniunctæ verò in vnum finem corriuant, in contra-
ctibus enim ad initium attendimus, quo quis ſua induſtria ſibi acquirit [30], atq; hoc agit,vt
tunc ius ipſum in ſe confirmet,at in vltimis voluntatibus ad ſolam teſtatoris mentẽ reſpici
mus,quæ nullum ius niſi poſt euentum conditionis confert.vnde in Inſtitutionibus condi-
tionalibus non attenduntur tria tempora, ſed ſolus conditionis euentus [31]. Idémque in
legatis & fideicommiſsis [32]: ſatiſque eſt eſſe quem capacem tempore euenientis conditio-
nis, hîc regulæ Catonianæ non eſt locus in his, quæ ſub conditione relinquuntur [33]:
Idque propter mentem teſtatoris [34]. Sic in fideicommiſsis quis admittitur, licet nec natus
nec conceptus viuo teſtatore, ſed ſufficit eſſe in humanis tempore euenientis conditionis,
quod Lambertinus diſputauit, & à pleriſque reſponſum extat [35]. Sic ante euentum con
ditionis non dicitur quis creditor in vltima voluntate, licet aliud ſit in contractibus [36].
hinc

1 l.huiuſmodi. §. ædes.l.legatum eſt. §.fi.de leg.j.
2 d.l.ſeruum filij.§ fi.
3 d.l. huic ſcripturæ.
4 d.l.quod ſeruus.d.l.legatum ita.
5 d.l.Titius.de act.empti.l. cum vero.in fi.de fideic.lib.
6 l.Herennius.j. §.de vſur.
7 in rub.de leg.j.
8 l. Sempronius Attalus. verſi.dominium pręſtiterit. de vſufru.leg.
9 g..l.vnica.§.cum igitur. C.de cad.tol.Bar.hic.
10 l.ſi tamen.vbi Bar.de lega.ij.
11 l.j.§.ſerui.ad Sil.l.ſi mater.§.eandem. vbi Barto.de excep.rei iudi.
12 l.ſi ſolus. in fi.de acquir. hæred.l.non eſt dubium.C. de iu. delib.
13 l.ſi vxor.C.de cõd.inſert. l.ſed ſi ante.verſicu.tunc.ad Trebel.
14 l.ſi.vbi Bar. de don.cau. mort.l.ſed interim.§. idem ait.de dona.inter vir.
15 l.ij.de dona.cau.mor.
16 l.ſenatus.§.ſi.eo.tit.
17 l.ſi ita.§.Pegaſus. de legatis ij.
18 l.ſi dies.§.ſ.quan.dies le ga.cedat.
19 l.Neratius. de man.teſt.
20 l.qui balneum.verſi.ſed ſi hæres.qui pot.in pig.
21 d.§. quod ſi pendente.
22 l.j.C.commu.de leg.
23 l.fin.§.ſinautem ſub conditione. C.commu.de leg.
24 Bal.Nou.tract.do.parte x.in fi.Mod.l.j.de leg.j.
25 l.in ratione.§.j. vbi Bar. ad leg.Falcid.
26 l.j.§. ſi hæres præcepto. ad Trebel.
27 l. mulier. §. ſinautem. ſub conditione.
28 d.l.ſi.§.ſinautem ſub cõditione.
29 l.neceſſariò.§.quod ſi pẽdente.de peri.& commo.l.ſi filiuſſa.de verbo.oblig.
30 gl.d.l.ſi vxor.
31 d.§.in extraneis. vbi Rapha.l.in tempus.eod.tit. de hæred.inſtit.
32 l.eum qui poſt.de cond. & demonſt.
33 l.j.vbi Caſtr.l.pen.de regu.Catonia.
34 gl.l.poteſt.de hære.inſt.
35 Alex.conſi.xxj.in iij.xij. in iiij.
36 l.is cui. de act. & oblig.



hinc ius conditionale ex contractu ſtatim per filiumfamiliàs patri acquiritur, nõ expecta-
to conditionis euentu [1], hinc tale ius in hæredem tranſmittitur [2]: quæ omnia aliter in vlti-
mis voluntatibus obſeruantur [3], hinc in vltimis voluntatibus ſeruus manumiſſus ſi iterum
in ſeruitutem incidat, non cenſetur noua perſona, & ideo ex legato præſtabitur [4]. quod
ſecus eſt in contractibus [5], hinc ſi cum deberem tibi ſtichum aut decem, & per errorem
ſtichum ſolui credens me eum præcisè debere, oblatis decem competit mihi repetitio [6],
oblatis enim decem cenſentur ea vſq; à principio ſolum debita fuiſſe, & conſequenter ſti-
chus indebitus: quia in contractibus locum habet tranſlatio: at in legatis ſecus eſt: nec vlla
erit ſtichi repetitio [7], quia in eis non eſt locus tranſlationi, vt ego ſentio, licet alij aliter.
VI. Sunt tamen non pauci † caſus, quibus etiam in contractibus non eſt fictioni tranſlatiuæ
120 locus: veluti cum talis contractus nullam obligationem inducit [8], vt quia conditio à pote-
ſtate debitoris pendeat [9], ita quod obligatio nulla vtrinq; inducatur, nec enim poteſt tunc
I. referri ad tempus contractus, qui inanis erat, & alterius voluntate diſſolubilis. Idq; non
ſolum obligationis principalis reſpectu procedit, ſed etiam fideiuſſorię [10], quod ſecus eſſet
ſi alter contrahentium tali contractu aſtringeretur [11]. Hincq; apparet ideo non retrotrahi
II. quia extremum ad quod † pro nullo habetur. Sicut & non retrotrahitur, quando tẽpore
121 exiſtentis conditionis perſona non ſubeſt, ſeu res ipſa deficit [12]. nam & tũc extremum ha-
III bile non eſt quod à me alibi proditum eſt [13]. Sed & nũquam retrotrahitur conditio, vt
plus operetur quã veritas: ideóque traditum eſt cõditionẽ reſpectu dominij nunquã retro-
trahi, ſicut enim ex contractu iure celebrato non transfertur abſq; traditione dominiũ [14]:
IIII. ita ex conditonali non poteſt fingi tranſlatum [15]. Idq; & in donationibus quæ morte cõ-
firmantur, procedit [16]: quo fit, vt donatio inter coniuges reſpectu dominij non trahatur re-
tro, licet aliud ſit reſpectu fructuum, & ita ſe habet communis opinio [17]: ſi tamen traditio
quoq; à principio ſubſequuta eſt, nihil videtur obſtare quin etiam reſpectu dominij retro-
trahatur [18], & ita lex Iuſtiniani videtur abſq; cauillo diſtingui debere, qua de re latius hic
VII. Iaſon & alij contrauertuntur [19]. Subiicit Bar. nec quidem huic † tranſlationi locũ videri
122 in verbis ſententiæ conditionalis, quando fiunt poteſtatiua, vt quia quis condemnatus ſit
in centum, & niſi intra decem dies ſoluerit, in amputatione linguæ: deinde fuit conſtitutũ,
vt quilibet retro condemnatus ſiue in ære ſiue in perſona ſolutis quinquaginta abſoluere-
tur. Iſte ante lapſum dierum decem obtulit quinquaginta, an ſit abſoluendus? Bar. dubitat
Torquatus, Crotus nihil decidunt. Imo. Pont. Aret. negant abſoluẽdum, ſed linguã ei am-
putandam, [20] Vterq; Ang. Raph. Puteus Iaſon ſtant pro abſolutione: quæ ſententia eſt ve-
rior: idq; ſiue verba ſtatuti, ſiue mentẽ inſpiciamus. Illa enim verba. Retro condẽnatus &c.
in hoc propriè procedunt, quia etiam ſi illa conditio ſecundum Bar. ſententiam tanquam
poteſtatiua non trahatur retro: tamen verum eſt ex illa ſententia & ſic retro fuiſſe condẽ-
natum [21], licet exequutio fieri non poſsit, niſi decem dierum lapſu expectato, maxime quia
alias abſurdum ſequeretur, vt qui ex grauiſsimo crimine eſſet capitaliter condẽnatus, eua-
deret pœnam, & iſte qui primum pecuniariter tantum condemnatus fuit, non euaderet.
Nec obſtat quod conditio illa, niſi ſoluerit, ſit poteſtatiua. Reſpondeo, non eſt ſpõtaneum
illud quòd quis inuitus ſoluit, ne membro plectatur: ideóque locus eſt tranſlationi [22], ceſſat
enim hoc caſu ratio tranſlationem in conditione poteſtatiua impediens, cum inanis actus
non ſit [23]: erit ergo tranſlationi locus [24], ſed & condemnatio linguæ poſt diem ſenten-
tiæ videntur pura, licet conditionem reſolutoriam habeant, niſi ſoluerit pecuniam [25],
fruſtra igitur ad fictionis remedium recurrimus. Nec rurſus obſtat Imolæ & Pontani ar-
gumentum, qui ſtatutum loqui aiunt de iam condemnatis, at iſte poſt ſtatutum cenſetur
condemnatus, quia non niſi lapſis decem diebus linguæ condemnatio locum habet. Reſ-
pondeo id falſum eſſe ſententia enim iudicis eum condemnauit, non lapſus diei [26], cùm
perinde ſit, ac ſi iudex purè in amputatione linguæ condemnaſſet, niſi ſolueret [27]. Minus
etiam facit, quòd ſtatutum de eis qui iam carcere detenti ſunt, non debeat intelligi, falſum
eſt hoc, vt alibi ipſe Barto. docet [28], niſi verba ſtatuti aliter concepta eſſent [29]. In ſententia
tamen excommunicationis ſatis putarim non retro trahi conditionem illam, exempli
cauſa epiſcopus condemnauit me in centum, & niſi intra menſem ſoluerim, adiecit quòd
eſſem excommunicatus, non ſolui, nunquid transferetur conditio? & traditum eſt non
transferri [30]. excõmunicatio enim non niſi in pœnam contumaciæ aut contẽptus fertur [31]:
at retro intra dilationẽ à iudice conceſſam nulla eſt contumacia: ergo extremum ad quod
facienda eſt tranſlatio, repugnat: quòd non pauci tradiderunt [32], etiã ego verum arbitror
etiam ſi in ſentẽtia adiectum eſſet, quòd ex tempore præſenti eſſem excõmunicatus [33]. nec
enim poteſt iudex hanc fictionem inducere, quæ ad legẽ non ad hominẽ pertinet, vt ſupra
VIII. vidimus. Cæterùm † & impedimento huic tranſlationi eſt volũtas legiſlatoris, & ideo in
123 ſententia excõicationis non fingitur retro, quoties interpoſita eſt appellatio, quod But. ad-
notauit [34]: quia lex iubet poſt appellationẽ omnia eſſe in ſuſpenſo. quod & dicendũ in eo,
qui abſ

1 d.l.ſi filiuſfamil.
2 §. ex conditionali. inſtit. de verb.oblig.
3 l.vnica. §.ſinautem. C.de cad.tollend.
4 l.ſi chorus.in fi.de leg.iij.
5 l.qui res.§.aream.de ſol.
6 l.cùm is.§.fi.de condi.indebiti.
7 l.ſi is cui.de leg.ij.
8 l.fi.de don.cau.mort.
9 l.j.in fi.l.potior.in princ. qui pot.in pig. l.ſi verò. §.ſi filio.mand.
10 l.quidam.cum §.fina.de verb.oblig.
11 d.l.j.in princ.d.l.qui balneum.dic.l.potior. §.videamus.
12 l. quoties.;de nouati. d. §. quòd ſi pendente. verbo, planè.
13 l.eum qui ita.§.fi.de ver. oblig.
14 l.traditionibus.C.de pactis.
15 d.l.ſi mater. §.eandem. vbi Barto.
16 l.ij.C.de inoff.dona. l.ſequens.de leg.ij.
17 Bar.hic.in prin.iij. opp.
18 l.pe.in fi.C.de don.inter virum.
19 Iaſ.hic per multas ll.
20 Areti. d.l.cum quidam filio.§.fin.
21 c.præterea.ij. de appell. epiſt.inter claras.vbi Albe. C.de ſum.trini.
22 l.Lucius.qui po.in pig.
23 d.l.potior.in prin.
24 Ioan.And.reg.cum ſunt partium.in mercur.
25 l.obligationum.§.conditio.de act.& oblig.
26 dicta Epiſt.inter claras. in fi.vbi Alber.
27 d.§.conditio.
28 l.domitianus. vbi Bar. ad Turpil.
29 Io. And.in Spec.de obli. & ſolut.q.penul.
30 Bal.authen.contra.C.ad Trebel.
31 ij.q.iij.c.nemo.
32 Deci.d.c.præterea. Doc. cle.j.de conceſſ.præb.
33 d.cle.j. l. huiuſmodi. de ver.oblig.vbi dixi.in fi.
34 d.c.præterea.ij.

qui abſolutionem ab excommunicatione impetrauit,vt aduerſus Bald.alij tradiderunt[1],
vel in eo, qui ſacerdotio ante condemnationem renuntiauit[2]. Idémque videmus† in IX.
voluntate contrahentium, vt cum quid in noua obligatione inter partes promiſſum eſt, 124
non fingitur retrò in fauore alterius tantum, qui tēpore implementi ius non habet[3].quod
Alexan.& cæteri tradiderunt[4], vel cùm filiusfamiliàs ſtipulatus eſt, cùm fuerit emanci-
patus ſibi dari,non retrò trahetur,vt patri quicquam quæratur, quod diuerſum expreſsè
actum ſit[5]. Sed† & ſi ſecundum hanc fictionem actus redderetur nullus,non eſſet facilè X.
talis interpretatio accipienda.vnde cùm quis ſtipulatur rem ſuam,ſi ſua eſſe deſierit[6],non 125
transferetur conditio ad tempus contractus,quia contractus infirmaretur,cùm nemo poſ-
ſit rem ſuam ſibi dari ſtipulari[7]. In † ſtatutorum quoq; interpretatione quandoq; non XI.
erit locus huic fictioni propter ſtatuentium mentem aut legis rationem. Vnde cùm lex 126
municipij agnato proximo concederet ius luendi intra annum,reſpōſum extat alienatio-
ne conditionaliter facta diem ab euentu conditionis non à tempore contractus cedere[8]:
totum ergo id ex mente legiſlatoris decidetur,qua de re & pleriſq; aliis caſibus alibi à me
diſputatum eſt[9]. Sed† quid in reſcriptis reſpondebimus,an conditio in reſcripto appoſi XII.
ta trahatur retrò?& videtur nō trahi[10],ſubeſt enim in eis eadem ratio quæ in legatis, quia 127
& reſcripta plurimum ſecundum principis mentē declarantur,quæ ſentētia certiſsima eſt
in conditione poteſtatiua,idemq; etiam in caſuali,ſi in præiudicium alterius,qui medio tē
pore impetrauit,fieret tranſlatio[11],vt Iaſ.hîc ait, quod ſi verum eſt, inanis eſſet quæſtio,
nec enim vnquam de hoc quæritur,niſi vt medius excludatur,puto tamen veram eſſe hāc
opinionem in his quæ principi prorſus ſunt arbitraria,veluti in beneficialibus in quibus
habet Pontifex liberam omnino poteſtatem[12]:in conceſsionibus verò feudalibus,quoniā
ad contractus pertinent,non ita eſt[13] vera,tamen videtur ratio Iaſonis,quia in præiudiciū
tertij† non debet eſſe locus huic fictioni.[14]. Vnde videmus reſtitutionem ad bona inte- 128
rim alienata retro non trahi[15],quia damnum fieret emptori[16].Rurſus videmus,ſi penden- XIII.
te appellatione à ſententia, qua Titius notatus eſt infamia, pro me teſtimonium dixerit,
deinde lapſa ſint fatalia,quo caſu cenſetur etiam retro fuiſſe infamis,non tamen id mihi
nocere,& teſtimonium ſuſtineri[17].Nec obſtat quòd poſtliminium fingit etiam in damnū
tertij[18],quia quòd iura captiui non ſint penitus amiſſa, ſed interim ſtent in pendenti, non
cenſetur vlli damnum fieri[19].Nec obſtat quòd hæreditas iacens continuet vſucapionem,
& domino rem ſuam auferat[20],quia non tam fictio hæc quàm interpretatio legis eſt,quæ
facit vt hæreditas vicem perſonæ ſuſtineat, vt hic Paulus ait, ídq; in negligentis domini
damnum.Nec tamen dubitandum eſt poſſe reſcripto principis reſtitutionem etiam in dā-
num tertij indulgere,ſi ita principi placuerit[21]: qua de re alibi diſputaui[22]. Híncq; in- XIIII.
fertur†,vt cēſeamus,nec tunc huic trāſlationi locum eſſe,cum medius actus coniunctio- 129
nem extremorum impedit[23]. Vnde† ſi ſeruus,per quem captiuus vſucapiebat,fuerit ali- I.
quando de poſſeſsione deiectus,non trahetur retro vſucapio, ſed ſolum à tempore recu- 130
perationis incipiet[24]. Qua ratione procurator religioſus conſtituere alium quamuis II.
habilem non poteſt[25].Obſtat enim medium inhabile de qua re infrà. Et teſtator,aliquē III.
prorſus incapacē non poteſt inſtituere vt hæreditas ſua capaci reſtituatur[26],obſtat enim
mediū inhabile. Nā & videmus idem eſſe,ſi quis mandato procuratoris mei vi,vel clā, IIII.
quid fecerint,non poteſt videri me feciſſe[27]. Item contracto ſub conditione matrimo- V.
nio,ſi quis interim coniugem aliā acceperit,amplius non retrò trahitur conditio,quia me
dium illi obſtat. Hinc quoq; eſt,quòd poſt iuſtū filium,ſi pater naturalem natu maiorē VI.
beneficio principis legitimauerit,traditum eſt retrò id non trahi iniuſtæ ſobolis detrimē-
tum.Ideóq; talē ius primigenium nō conſequi:quod Iacob. Butri. diſputando cenſuit, &
receptiſsimum eſt[29] Sed quid in legitimato per ſubſequens matrimonium: pone pater VII.
qui ex concubina filiū ſuſceperat,deinde vxorem duxit qua defuncta duxit concubinam,
an filius legitimetur?& ex tempore præſenti nō eſt dubium[30],ídq; omnes probant[31]:diffi-
cultas eſt,ex tēpore præterito an fingatur legitimus ab ipſo vſq; principio?& videretur nō
retrò trahi hanc fictionē:quia medium tempus nuptiarum obſtat, vt in legitimatis per re-
ſcriptū ſuprà dixi:tamē Florianus quadam diſputatione,Ant. Roſel.in tractatu legitima-
tionis & Ruy.hîc aliter ſentiunt,quia,ſecundum eos non videtur medium tempus eſſe ad-
tendēdū,dūmodo extrema ſint habilia,quod in vltimis voluntatibus verū eſt[32],itemq; in
contractibus,qui ſub caſuali conditione concepti ſint[33],quia medium non omnino eis re-
ſiſtit:ſecus eſt in ratihabitionibus,quæ in damnum alterius fieri non debent[34], in propriū
verò poſſunt[35]:itēq; in poſſeſsionis interruptione,quę facti eſt,& vſucapioni obſtat,in qua
cōtinuatio neceſſaria eſt ſecundū ea,quæ ſupradiximus,& ita loquitur Bar.[36] in propoſita
quoq; quæſtione idē mihi videtur,vt hic filius nō fingatur retro legitimus q̃a ceſſat ratio
legis,ſequēs em̄ matrimoniū oſtēdit nullā vnquā maritalē affectionē antea cū concubina
fuiſſe[37].ideo tale mediū fictioni p̄rſus repugnat:& licet aliàs legitimatio retrotrahat[38],vt
receptior

1 ca.quæſtione. vbi Deci.ij. notab.de appel.
2 c.inquiſitionis.vbi Felin. de accuſatio.
3 l.ſi ſeruus comm. Meuij. & Caſtr.in fi.j.de ſtipul.ſer.
4 in d.l.ſi filiuſſamilias.
5 l.fi. de ſtipul.ſer.
6 ... rem meam.de verbo. oblig.
7 l.nemo rem. eo.tit.
8 Alber.l.ſi procurator. de verb.obliga.
9 in d.l.ſi filiuſſamil.
10 c.j.de conceſſ.præb. vbi gloſ.& Ancha.
11 c.ſi pro te.de reſcri.in vj.
12 cle.j.in fi.vt lite penden. Iaſ.l.quoties.C.de rei vend.
13 c.j.de prob.l.fi.C.de loc. præd.ciuil.lib.xj.
14 ca.quamuis.de reſcript. in vj.
15 Bar.l.Gallus.§.& quid ſi tantum.
16 l.cum ſi minor. de min.
17 Bar.l.furti.§.j.de his qui not. Alex.conſi.xxxv. in iiij.
18 l.ſi quis filio. §.ſed ſi autem.de iniuſt.rup.
19 l.nec nos.C.de capt.
20 d.l.cœptam.
21 l.j.vbi not. C.de ſentent. paſsis.l.qui excub. de re mil.gloſ.d.c.quamuis.
22 l.plus eſt.de verb.ſig.
23 l.ſi parte.in fin.quemadmod.ſer.amit. gl.l.ſi indebitum.§.j.rem ratam hab.
24 d.§.factæ.ver.remanentibus.Bar.§.ij.parte ij.oppo.
25 cle.j. in fi.de procu.
26 l.ſi in metallum. ff. de his,quæ pro non ſcrip.Bart. in l.eam quam. C.de fideic.
27 l.ſi ego tibi.quod vi aut clam.
28 glo.c.per tuas. de condi. appo.
29 Bal.Sal.Iaſ.d.l.quoties.
30 §.ſi verò ſolum modo. verſi. primitus.in auth.qui.mod.nat.legit.
31 Bar.l.bonorum.rem ratam hab.
32 d.§.in extraneis.
33 l.exiſtimo.de ver.obl.d.l.potior.§.j.
34 d.l.ſi indebitum.§.j.d.l.ſi partem.in fi.
35 l.ſi quis decem.§.fina.de ſolut.Bar.d.l.bonorum.
36 in d.ij.oppoſ.ij.partis.& d.§.factæ.
37 l.cum quis. verſic.neque enim.C.de nat.liber.
38 l.fi.de natalib.reſt.Alex. d.§.& qui ſi tantùm.



receptior eſt ſententia,tamen hoc caſu medium debet obſtare,ſicut videmus alias quoque
legum diſpoſitiones non facile retrò trahi. Vnde manumiſsio per quam quis ad primæ-
uam libertatem reducitur, non retro transfertur[1], licet legitimationi cōparetur[2]:etenim
fictio remedium ſubſidiarium eſt, nec debet facilè lex id accipere, & ideo tali caſu mediū
traſlationi obſtabit, quæ & ſententia Ioannis Andr.fuit[3], quam ille poſt veteres probat,
V. & eſt receptiſsimum, licet Iaſonis liber hac in re correptus circunferatur[4]. Subiicit
131 hic Bart.† nunquam hanc fictionem retrotrahi, niſi extrema ſint habilia, ex quibus opor
tet, vt extremum à quo fit tranſlatio, re ipſa aptum ſit, etenim cùm fictio naturam imite-
tur, & ſuprà viderimus impoſsibilia non fingi, ſequitur, vt extremū hoc omnino habile
eſſe debeat.nam & alibi dicitur inter extrema conuenire debere, neceſſariumq; & in eis
I. eſſe congruentiam[5]. Híncq; infert Bar.reuerſo† captiuo non continuari vſucapionem
132 vt in l.noſtra dicitur. quia poſſeſsio ipſo iure non reſtituitur, ſed appræhenſione opus eſt[6],
II. ideóq; non ſit habile extremum:quam tamen rationē non ſum ſequutus. Probatur ergo
133 id melius ea ratione, qua traditum eſt, ratihabitionem * omnino intra id tempus facien-
dam eſſe,quo ab ipſo principali actus perfici potuit[7],ne ſcilicet lapſu temporis excluſus ſit
III. dominus: ideóque extremum non ſit habile. Vnde vt appellatio teneat,non ſolū opor-
tet amicum meum id feciſſe, ſed & me intra legitimum tempus ratum habuiſſe[8]. Cum
ergo ratihabitio aliter non valeat, quam intra tempus debitum facta, ſatis oſtendetur ha
IIII. bilitatem extremi requiri. Addunt Doct.hoc procedere, etiam ſi lapſu temporis nō in-
134 duceretur excluſio, ſed alia ratione. Vnde ſi quis conſtituat * ſe nomine abſentis poſside
re, & antequam abſens ratum id habeat, ille deiiciatur, non efficiet ſequens ratihabitio,
vt interdictum recuperandæ domino competat,quod cōmuniter receptum eſt[9].Sícq; non
tam lapſu temporis, quàm rei, id eſt poſſeſsionis peremptoriæ res non eſt integra[10],& ex-
V. tremum non eſt habile. Idq; probatur, & ex eo quod in venditione conditionali re ante
conditionis euentum perempta contractus infirmatur[11], & tamen cum in contractibus
locus ſit tranſlationi,debuiſſet contractus ſuſtineri, quod tamen falſum eſt. Cùm enim
nunc res perempta ſit, non poteſt ad tempus contractus fieri tranſlatio:ergo apparet inha
135 bilitate extremi prohiberi * fictionem. Eadem ratione & alibi dicitur ſtipulationē con
VI. ditionalem nouandæ obligationis cauſa factam effectum non ſortiri, quoties tempore
euenientis conditionis aut res perempta eſſet, aut non exiſteret perſona,quæ obligari poſ
ſet[12]:quod non alia cauſa inductum videtur,quā quia tunc extremum à quo fictio ducenda
eſt,inhabile videtur.Ideoque tranſlatio ex tempore cōtractus fieri non poteſt.Et licet Ia-
ſon[13], has rationes eleuare conetur,nihil tamen adducit,quod vrgeat,vel dignum rela-
VII. tu ſit. Ego & illud argumentum pro hac ſententia adduxerim,quòd ſi præterito poſthu-
mo & inſtituto filio pater decedat,& venter deinde viuo filio inſtituto abortum faciat, fi-
lius ex teſtamēto hæres fuiſſe intelligitur:ſi verò poſt mortē filij id cōtignat,ſecus eſt[14].Sed
vt ſuſtineatur teſtamentum, fit interpretatio,ac ſi à principio certum fuiſſet abortiuū na-
ſciturum[15],& quod filius ſit mortuus,extremū à quo tranſlationem hanc faceremus,eſſet
VIII. inhabile,meritò locus fictioni non eſt. Addit hîc Bart.& illam rationē, ꝙ ſi ſeruus Titio
legatus ante aditam hæreditatē occiſus ſit,actio legis Aquiliæ non Titij,ſed hæredis eſt[16].
Cùm enim aditione confirmetur teſtamentum,& quæ in eo ſcripta ſunt legata[17],& res le-
gata eo tempore non extaret,non poteſt fingi ad Titiū pertinuiſſe, quia extremū habile
non eſt.Sed ego ſuprà dixi dominium verum hæredis eſſe,ideóq; actionē ei dari,nec prius
legem pro legatario fingere,quàm ſit adita hęreditas.Sunt etiā pro hac ſententia nō pauci
alij Iuriſconſultorum loci, ſuprà à me obiter relati, & diffuſius ſic à Iaſone explicati[18].
Adducuntur & varię Doct.deciſiones,qui hanc ſententiam vbiq; ſequuntur[19].Sed tamen
& hoc indiget declaratione,vt extremū cenſeatur eſſe habile ſecundū ea,quæ ſuprà in dif-
I. finitione diximus,vbi declarauim[9],quēadmodū fictio ſuper re poſsibili inducatur. Hinc
136 eſt,† ꝙ ſufficit,ſi aptitudinē hanc ſeparatim conſideremus, quāuis re coniunctim perpēſa,
ſubeſſet impoſsibilitas,vt cū alius & certè aliquem vulnerat,alius deinde occidit. Hinc
II. etiā eſt,ꝙ ſi lex nō fingat,ſed iura minus ad aliū trahat,nihil neceſſe eſt hāc aptitudinē per
pēdere.Vnde ſi quis ratū habeat homicidiū iam lapſis decē annis perpetratū,tenebitur[20]
quāuis ratihabitionis tēpore impoſsibile ſit,vt rurſus ille occidatur.Nec enim lex tunc fin
git ab eo,qui ratū habuit occiſum,ſed pœnā transfert quod propriè non per fictionē facit.
III. Interpretatio enim legis ad perpetrantē pertinet,vt ſuprà dictum eſt. Sic ſi ſeruus,cuius
vſusfructus ad me pertinebat, aliquid emerit, deinde,finito vſufructu,ex mea pecunia ſol-
uerit:quod emptum eſt,mihi quæritur[21], quamuis extremum habile non ſit,quia amplius
fructuarius non ſum, ſed hac in re lex non fingit, verum ex ſubſequutis declarat quid re-
IIII. trò actum ſit, quod ſolet citra fictionem facere[22]. Sicut & cum contractus conditio poſt
mortem partium euenit,nihil enim impedit quin ſuſtineatur[23]:cum id non ex fictione ſit,
137 ſed ex iuris regula, qua proditum eſt ius ex contractu * conditionali ad hæredes tranſ-
mitti.

1 l.homo liber.de ſta.hom.
2 §.liceat. in auth.qui.mo. leg.
3 c.ſine culpa.in mercuria.
4 Iaſ.in d.l.quoties.
5 l. Pomponius. §.quæſitū. vbi Iaſ.ſ.tit.j.
6 d.l.cum hæredes.ſ.titu.j.
7 l.bonorum. l.fi.in fi. rem rat.hab.
8 l.j.verb.mox.ſ.de appel. recip.Spec.tit.de appell.§.j.
9 Alex.l.quod meo. ſ.tit.j. conſi.lxxxviij.in v.
10 l.ſi vxor.§.ſi quis vxore. vbi Bar.de adult.
11 d.l.neceſſario ſ.§.quod ſi pendente.
12 l.quoties.ſ.de noua.
13 Iaſ.hic.
14 l. ſi filius hæres. ij. reſp. de lib.& poſth.
15 l.Neratius. de manu.teſtamen.
16 l.huic ſcripturæ. ad leg. Aquil.
17 l.ſi nemo.de reg.iur.
18 Iaſ. hic. d. l. vſuſfructus. d.l. cœptam. d.l. ſeruū filij. in princ.l.ſi pater captus.de vulg.
19 Abb.c.ſuper eo.de cond. appo.Lapus alleg.t.xxxvij. Deci.conſi.cclxvij.
20 l.j.§. ſed & ſi cum quis. ſ.de vi,& vi arm.Docto.d.l. bonorum.
21 l.ſed & ſi quis ſtipu.ver. quid ergo.de vſufruct.
22 l.ſi quis offerenti.§.fin.l. cum decem.§.ſi ignorās.de ſolut.ſ.
23 d.l.neceſſario.verſ.quod ſi.j.

mitti [1]. Huc pertinet etiam quòd filio exhæredato occiſo,ſi hæres ſcriptus repudiet,ſer- V.
ui torquētur, quia filius quamuis mortuus fingitur retrò fuiſſe eorum dominus [2]. Nam &
hoc ex fictione non eſt:cum enim hæreditas non ſit adita, & teſtamentum fuerit irritum [3],
ſequitur vt dominium ſemper in filio perſeuerauerit [4]: ídque Bart.ſenſit quicquid Iaſ.com
miniſcatur. quod ego non ſequor [5].Ideóque conſequens eſſe exiſtimauerim. Vt quoties VI.
tranſlatio veritate aliqua fulciretur,non admodum adtenderemus,quod propter mortem
alicuius extremum hoc inhabile videretur, quæ enim primordia veritatis * habent, non 138
omnino ſecundum fictionum regulas ſunt iudicanda [6], quod multis exemplis oſtendi po-
teſt. Igitur cùm miles filiuſfamilias exhæredato patre in Caſtrenſi peculio extraneum in-
ſtituiſſet,quo deliberante pater deceſsiſſet, deinde ſcriptus repudiaſſet, dubitatum eſt an
fingeretur bona vſque à principio in peculio patris fuiſſe:& nonvideretur,cùm pater iam
eſſet mortuus,ſed tamen contrarium Iuriſconſultis placuit [7]: etenim etiam peculium Ca-
ſtrenſe ad patrem ſecūdū regulā iuris pertinet, propter vim poteſtatis [8] niſi quatenus filius
aliter diſponeret [9].Cùm ergo non tam fictio,quàm veritas patrē adiuuet,nihil refert quod
teſtamentum eo mortuo ſit deſtitutum. Cæterùm & in fictione negatiua fatetur Barto. VII.
nihil referre, quod hoc extremum ſit inhabile. Vnde poſt conſumptam pecuniam quam
Titio legatam hæres alteri mutuam dedit, ſi legatum Titius repudiet, fingitur hæres non
alienam, ſed ſuam mutuaſſe [10],quod ideo eſſe Bartol.ait, quia hæc eſt fictio negatiua, ſcili-
cet,quòd pecunia non fuerit legatarij. Ego potiùs id propter primordia veritatis contin-
gere arbitror ſecundum ſupràſcripta.etenim hæres propriè dominus erat:nec conſtituen-
da videtur talis differentia,cùm dicto caſu non ſolum fingatur legatarij pecuniam nō fuiſ
ſe,ſed hæredis fuiſſe,quod Ang.tradidit,quem non omnino rectè Imo.& Iaſ.improbant.Sa
tis tamen putarim poſſe Bart.ſententiam defendi, quia cū fictio veritati concordat, haud-
quaquam poteſt extremum inhabile appellari [11]. Vnde ſtatuliber ante euentum conditio-
nis mortuus hæredi non imputatur, quia ſiue fictionem adtēdamus, cùm à principio liber
fuiſſe cenſeatur,non debet imputari, ſiue veritatem inſpiciamus, cùm ſit mortuus,non eſt
imputandus [12]. quoties ergo lex fingit rem non extare, nihil refert, quòd ea res ſit perem-
pta [13]. Id enim ei fictioni non repugnat, ſed concordat potiùs. Illud quoque probabili- VIII.
ter ſuprà ſcripto caſu dici poteſt inhabilitatem diuerſi temporis quòd ad ſubſtantiam non
pertineat,nihil obeſſe. in caſu enim ſupràſcripto illud tempus ſolū perpendimus,quo mor
tuus eſt teſtator,an res tunc fuerit in hæreditate,& cuius æſtimationis [14]: nec conſideratur
rem quæ imputāda erat extare deſiiſſe [15]. Nam & in perſonis idem eſt.Inhabilitas enim IX.
perſonæ,quæ vice cuiuſdam inſtrumenti eſt,non impedit,ſi ſuperueniat.Vnde mors geſto
ris aut eius detrectatio,nō infirmat ratihabitionem domini, ſed ſufficit habilitatem reſpe-
ctu eius,qui ratum habet ſubeſſe [16],licet inſtrumentum deſinat eſſe idoneum,iam conſum-
mato effectu [17]. Qua ratione & parum refert die feriato factam eſſe ratihabitionē quod X.
Imo.cenſuit.Et receptiſsimum eſt [18],cum tali tempore potuerint etiam mandatum fieri [19]:
qualitas ergo hæc minus apta rei ſubſtantiam non mutat. Adiicit Barto.nec ad hanc ap- XI.
titudinem adtendi,cum non de eo agimus quod principaliter,ſed de eo quod in conſequē-
tiam venit. Multa enim in conſequentiam conceduntur, quæ alioquin principaliter non
permitterentur [20]. Hincq; eſt quòd reuerſo ab hoſtibus patre filius interim in ciuitate de-
functus fingitur nihilominus in eius poteſtate fuiſſe: ideóque eius peculium patris erit, &
nepos interim ſuſceptus in poteſtatem reuerſi aui tranſibit [21]. Addunt aduerſus Petrum &
Cinum Docto.quòd & teſtamentum interim ab ipſo filio factum nō valebit, maximè cùm
dubius de ſtatu ſuo fuerit [22]: & ratio eſt, quia poſtliminij† ius principaliter fingit eam, qui 139
reuerſus eſt, ſemper fuiſſe in ciuitate,& liberum: quòd filius ſemper fingatur fuiſſe in pote-
ſtate, eſt ex quadam conſequentia. Satis ergo eſt quòd reuertente patre, fictio habeat ex-
trema habilia reſpectu principalis: licet non ita ſit in conſequentibus [23]. & ita etiam cæ-
teri ſentiunt. Sed ego hunc Bartoli intellectum probare vix poſſum. Homo enim vide-
tur fingi filium in poteſtate fuiſſe ex quadam conſequentia:quia lex fingens genus cenſe-
tur quaſlibet ſpecies æquè principaliter fingere. etenim ſpecies in genere principaliter * 140
inſunt,non autem in conſequentiam [24].Alioquin mortuo patre & filio apud hoſtes debuiſ
ſet pupillaris ſubſtitutio tanquam ex quadam cōſequentia & acceſsione paterni teſtamēti
quod lex Cornelia ſuſtinebat valere,& tamen lex negat [25].Idemq; ſi viuente apud hoſtes
patre filius impubes in ciuitate deceſſerit [26]:quia non reuerſo patre filius exinde ſui iuris vi
detur fuiſſe,& aliter quàm per patris mortē patria poteſtate liberatus: vnde ſubſtitutio eua
neſcit [27],nec ſuſcitatur,mortuo deinde patre, & ſic principalibus tabulis lege Cornelia
confirmatis.Sed & principaliter lex fingit hæredem,qui adiuit retro à die mortis teſtato-
ris fuiſſe hæredem,in conſequentiam verò dominium rei legatæ ad legatariū tranſiuiſſe,
& tamen conſtat etiam reſpectu legatarij habilitatem extremi eſſe neceſſariā [28],quod hîc
perpendit Imol.& Iaſon nec ſatis extricant.Senſit hoc & Bar.hac in lege non vno in loco
dum non

1 §.ex conditionali.inſt. de verb.oblig.
2 l.ſi exhæredatus.ad Silla.
3 l.j.de iniu.rup.
4 l.in ſuis.de lib.& poſthu.
5 arg.l.j.§.ſi pater ab hoſtibus.eod.tit.ad Silla.
6 l. cum filius. §.hæres. de leg.ij.
7 l.proponebatur.de caſtr. pecu.
8 l.placet.de acqui. hæred.
9 d.l.ſeruum filij. in princ.
10 l.quędam.in fi.de rebus dubiis.
11 d.l. Neratius. de manu. teſta.d.l. exiſtimo.ij. reſpō.
12 d.l.in ratione.§.j.
13 l.ſi dominus. §.j.ad leg. Aquiliam.
14 l.in ratione.ij.ad legem Falcidiam.
15 dicto §.j.
16 d.l.bonorum.
17 l.fi.ff.vnde liberi.Bart.l. ij.§.fi.de donat.
18 d.l.bonorum.
19 l.actus. C. de fer. l.ij. §. dies.quis ordo in bo.poſſeſ.
20 l.j.in fi.de auct.tut.
21 l.pe.de ſuis & leg.in fin. dic.l.ſi quis exhæredatur.§. ſed & ſi pater.de iniuſt.rup.
22 l.de ſtatu.§.de teſta.
23 ar.l. ſi quis nec cauſam. ſi cert.peta.
24 l.ſemper in generalib*. de regu.iur.Bal.l.ij.C.de iure aur.annul.
25 l.ſi pater captas. de vulgar.l. quod ſi filius. in fi. de capti.
26 d.l.quod ſi filius.in prin.
27 l.cohæredi.§.cum filiæ. in prin.de vulg.l.pater.ver. qui viuo.de capt.
28 dic.l.huic ſcripturæ.vbi Fulg.Soc.d.l.quædam. in fi.



dum non fingi poſſeſsionem ait: quia hîc extremum non ſit habile [1], & tamen in conſe-
quētiam poſtliminij veniebat. Rurſus, dum vſucapere ſeruum res peculiares a ſe poſſeſſas
ait: quia extrema eſſent habilia, cùm ſcientia domini non requiratur [2]. Atqui fruſtrà re-
quireret hanc habilitatem: cùm ex conſequentia iuris poſtliminij ſit, vt ſeruus peculiatus
fingatur retrò poſſeſſus, quod & ſuprà notauimus.Ego ſupraſcriptam ſententiam defendi
poſſe arbitror, ſi rectè declaretur.Cùm enim propter generalem poſtliminij fictionem iu-
ra filij ſint in pendenti, non dicitur pater omnino ius ſuum captiuitate amiſiſſe [3], vt qui
ſpem probabilem reuertendi habeat, meritò fictio illa veritate adiuuatur, & per mortem
filij non impeditur, ſicut ſuprà vidimus hac ratione talem reſtitutionem in damnum ter-
tij operari [4], cùm tamen aliud ſit in cæteris reſtitutionibus [5]. Imola tamen Iaſ. Ruyn. hîc
exiſtimant,quoties vna fictio alicuius cauſa principaliter,alia in conſequentiam fauorem
alterius reſpicit, extremi habilitatem requiri [6], & Bartol.ſententiam reſtringant, cùm v-
X. traque ad eiuſdem fauorem ſpectat.quæ diſtinctio ſecundum ſcripta probabilis eſt. Sed
141 nunquid † poſsit teſtator facere vt fictio hæc locum habeat,quamuis repugnante extremi
habilitate? verbi gratia,legauit Titio fundum ſub conditione adiecítque, ſi conditio ex-
ſtiterit, volo ex tempore præſenti fundum illum illi dari,ante conditionis euentum deceſ-
ſit Titius: eius hæredes petunt legatum,an debeatur? Bar.negat deberi, quia legatum con
ditionale non tranſmittitur [7]. Cùm ergo morte legatarij extremum effectum ſit inhabile,
non debet retrotrahi conditio.Sed Iaſon Ruin. Crotúſque diſſentiunt,& rectè.Cùm enim
( vt ſuprà diximus ) legata conditionalia non tranſmittantur, neque retrò trahantur pro-
pter mentem teſtatoris, cui dubium,quin ſi alia mens appareat,ei ſit ſtandum [8]? Senſit hoc
& Bald.qui quod tranſmiſibile in hæredem non eſt, poſſe tranſmitti cenſuit,ſi ita teſtatori
ſedeat [9]. Nec obſtat quòd teſtator non poſsit fingere retró. Reſpondeo tranſmiſsionem
hanc ex vera teſtatoris voluntate citra vllam fictionem fieri. Nam & videmus,legato bo-
ue non poſſe de equo intelligi [10], & tamen ſi teſtator contra proteſtatus ſit, valet legatum.
Idque cum Accurſio receptius eſt, vt ſuprà dixi: nec ſubeſt ratio, cur virtutem conditio-
nis extunc reſtringas ad fructus medij temporis [11], Cùm generaliter poſsit intelligi, etiam
XI. reſpectu tranſmiſsionis, quicquid commentetur hîc Iaſon. Qua ratione putauerim
propter voluntatem principis effici, vt poſsit filius abſens legitimationem ſuam quando-
cunque ratam habere [12], ídque etiam mortuo patre.Indulgentia enim principis etiam ab-
ſenti prodeſt,& ſatis eſt conſenſum patris ſemel adfuiſſe. & ita Ang. diſputauit, quem cæ-
142 teri ſunt ſequuti [13].Nec refert quod aliàs voluntas patris morte * finiatur [14]. Cùm enim le
gitimatio ſit actus principis,non autem patris [15],ſatis eſt ex parte principis actum eſſe con
ſummatum, nec mors patris interim impedit ratihabitionem. Quid ergo in caſu contra-
rio? filius legitimatus deceſsit, ego vt ei ſuccedam, ratam habeo eius legitimationem, an
poſsim? & Alexand.poſſe reſpondit [16],quæ ſententia probabilis eſt.iure communi, ſeu le-
gitimatus mutuas cū agnatis quāuis nō conſenſerint ſucceſsiones acquirit [17].Sed ſi ex for-
ma ſtatuti legitimatio non operatur niſi reſpectu conſentientium, putarim neceſſarium
eſſe conſenſum antequam ille ſit mortuus, & ante ius alteri quæſitum [18]. Nam & re-
ſponſum eſt, cùm maritus vxori pro dote feudum obligaſſet ſub conditione, ſi princeps
conſenſerit, non nocere proximo agnato conſenſum principis, qui poſt mortem mariti
interuenerit [19].Nec enim retrotrahi conditionem, cùm maritus ſit mortuus, & ius alteri
ſit delatum [20]. Quam ſententiam & ego ſequor, niſi tamen feudum ſit hæreditarium [21].
XII. Sed quid† ſi qualitas aliqua,quæ extremi inhabilitatem inducebat conſiderationis nul
143 lius eſſe cœperit? veluti falſus procurator egit,& obtinuit.dominus poſt aliquot annos vult
ratum habere,an poſsit? videtur,quòd non.Inſtantia * enim cauſarū triennio perimitur [22],
144 quo lapſo non videtur extremum habile [23]. ſed tamen aliud ſentiunt Doct [24]. & lata ſen-
tentia amplius ad iuſtitiam non reſpici quæ finita eſt. vnde ſatis eſt,ſi antequā præſcriptio
XVI. xx.annorum lapſa ſit, fiat ratihabitio [25]: quod communis habet ſententia. Videamus
145 nunc † de extremo ad quod trahitur fictio,& cenſuit Bart.debere huiuſmodi extremū ha-
I. bile eſſe,ſaltē potentia quadam,licet non actu:aliàs impediri tranſlationē [26]. Vnde licet
donatio inter coniuges,vel facta à patre filio retrò trahatur [27],ídque etiā reſpectu fructuū,
non tamē reſpectu dominij poteſt retrò * trahi [28]:cùm extremū ad quod retrò traheretur,
146 ſit inhabile:non enim poteſt vxor conſequi dominiū rei à marito donatæ propter prohibi-
tionē legis.quę ſententia ſi vera eſt,indicat nihil adiuuari fictione,ꝙ nulla iure naturali ſit
II. prohibitio,dū iure ciuili adſit.qua de re ſuprá. Sic etiā videmus legati proconſulis quem
147 ille antequā prouinciā ingrederetur,cōſtituit acta * ratihabitione non confirmari [29]: quia
extremū ad quod relatio fieri deberet,aptū non eſt,cū tunc procōſul iuriſdictionē non ha-
beret.quod ſi verū eſt,ſequitur,vt nec quidē habilitas ſufficiat,quę potētia ſubeſſet.etenim
III. proconſul antequā prouinciam ingrediatur, iuriſdictionē habet,licet nō exercitiū [30].& ta
148 men Bar.id negat. Nam & idem Bar [31].vt prorogatio * fieri poſsit, oportere ait iuriſdi-
ctionem

1 Bar.in prin.iij.oppo.
2 Bart. verſ.quod ſi ſeruus. ij.opp.in fi.
3 d.l.nec nos.C.de capt.
4 d.§.ſed & ſi pater.
5 Bar.d.§.& quid ſi tantū.
6 d.l.huic ſcripturæ.d.l.qd ſi filius.
7 l.j.§. ſinautem ſub conditione.C.de cad.tol.
8 l.Lucius.ij.de hæred. inſtit.vbi dixi.
9 Bald.l.j. de his, qui ante aper.ta.Soz.l. hæredes mei. §.cùm ita ad Treb.
10 l.ſi qs in fundi. de leg.j.
11 d.l.huiuſmodi. l.ſi ita ſtipulatus fuero, ſi Titius. vbi dixi.de verb.oblig.
12 §.generaliter. auth.quibus mod.nat.ſui.
13 Aret.Iaſ.Soz.d.l. Gallus. §.forſitan. Ang.conſ.lxxi.
14 l.ij.§.ſed & ſi qs.de don.
15 Bar.d.§.forſitan.
16 Alex.conſ.cxxxix.
17 l.communium.vbi Bar. C.de nat.liber. Dec.conſil. cccxvij.
18 d.l.ſi pater.in fi.Bal. pro ſoc.C.Dec.l.ſemper.de reg. iuris.
19 Docto.c.j.in fi. princ.de prohib.feud.alie. per Fede.
20 Deciſ.Neapo.cclxxxvj. Pariſ.conſ.xviij.
21 Deciſ.Neap.iij.
22 C.de iud.l.properandū.
23 d.l.bonorum.
24 Hug.& cæteri.in d.l.bonorum.
25 l.licet.vbi Doc.§.de iud.
26 arg.l.fin.§.communia. præd. l. ab hoſtibus. §. non minus. ex quib.cau. maior. gl.d.§.ſi eius.
27 l.antepe.in fi.C.de don. inter vir.
28 l.ij.C.de inof.do.vbi gl.
29 l.iiij.in fi.de off. procōſ.
30 l.j.& ij.de off. proconſ.
31 Bar.§.auth.verſ. quod ſi ſeruus.

ctionem verè adeſſe, id eſt eum, cui quis ſubiicitur, eſſe iudicem, quamuis iuriſdictio ad
quam ſit extenſio, duntaxat in potentiam adſit, vt quia quis ſit iudex chartularius[1], vel
aliàs eius iuriſdictionis exercitium ſit ſuſpenſum[2], vel ad actum deduci nequeat, niſi poſt
ſpecialem declarationem[3]. Huc pertinet, & quod traditum eſt, ſi id quod nomine meo IIII.
geſtum non eſt, ratum* habeam, nihil me agere[4]. Idémque ſi actum à principio nullum ra 149
tificem[5]: vtroque enim caſu inhabilitas extremi ad quod reſiſtit. Ideo fruſtrà de fictione
tractatur. Sic & traditum eſt nuptiis cum concubina contractis non reſtitui * natalibus V.
eos filios, quos ex ea, viuente vxore, maritus ſuſcepit[6]. obſtat enim extremi inhabilitas, 150
cum tempore quo nati ſunt, non potuerint eſſe legitimi. ergo nec id fingi debuit. ſícque
quamuis fauor matrimonij & legitimæ prolis plurimũ poſsint, non tamen regulam ſupra-
ſcriptam reſtringunt. Hinc quoq; & illud procedit, quod captiuus poſtliminio reuerſus, VI.
non fingitur interim poſſediſſe: extremũ enim habile nõ eſt. vnde lex ait non poſſe vide-
ri eum poſſediſſe, qui ab alio interim poſſeſſus eſt[7]: licet aliud ſit in re per ſeruos peculiari-
ter poſſeſſa, de quo ſuprà diximus. Ad hæc pertinet, quod videmus poſthumum liberti VII.
non liberare patris hæredes à promiſsione paterna, quia tranſlatio locum habere non po-
teſt, cùm libertus ipſe ſit mortuus[8]. Vnde frequentiore calculo receptum videtur * ne VIII.
potes ex filio illegitimo nõ poſſe legitimos auo fieri, ſi eorum patre mortuo, concubinam 151
duxerit in vxorem[9]: vt enim ipſi reſtituantur, oportet priùs natalibus reſtitutum eſſe pa-
trem[10]. at hoc impoſsibile eſt: cùm iam fato functus ſit. Extremum ergo inhabile non pa-
titur fieri tranſlationem. ſed tamen aduerſus hoc vltimum, & etiam concluſionem ipſam
multæ leges obſtant quæ fingi oſtendunt: quamuis terminus ad quem trahitur fictio, non ſit
habilis. Et in primis † ſi mortuo filio meo Titiũ adoptauero, lex diſertè ait eum filij mei I.
fratrem fuiſſe videri[11]. Nam & conſtat nepotẽ mortuo patre legitimari ab auo poſſe[12], 152 II.
& tamẽ videtur ſubeſſe impedimentum propter extremi inhabilitatem. Sicut & ſubeſt, III.
cùm pater ſenatu eiectus eſt, nõ ideo nepos ex aui perſona dignitatẽ non ſeruat[13]. Nam IIII.
& ſi debitor procuratori meo ſoluerit, & ego me in arrogatione dederim, poterit pater ar-
rogator ratam eam ſolutionem habere, licet actus ab arrogatore fieri non potuiſſet[14].
Sic ſeruus hæres inſtitutus & interim manumiſſus poteſt adire hæreditatem & eam ſibi V.
lucrifacere, licet tempore mortis teſtatoris ad quod aditio retrò trahitur, ipſe eam conſe-
qui propter ſeruitutis impedimentum nequiuiſſet[15]. Sic etiam videmus, eum, qui apud VI.
hoſtes natus conceptúſque eſt, ſi cum patre reuertatur, ius poſtliminij habere[16], & tamen
impoſsibile ad tempus paternæ captiuitatis tranſlationem fieri, cùm necdum conceptus
eſſet. Rurſus videmus † in lege noſtra quæſita per ſeruum vſucapi, & prodeſſe domino VII.
iure poſtliminij, vt ſuprà cenſui, & tamen extremum hoc eſt inhabile. qua in re diſſoluen- 153
da plurimũm noſtri Doct. laborarunt[17]. Videtúrque hoc maximè dicendum in præiu- VIII.
dicium conſentientis. vnde habet quis ratum, quod nomine ſuo geſtum non eſt in ſui da-
mnum, quamuis terminus ad quem ſit inhabilis[18]. In principe quoque receptum eſt, vt IX.
ratum habere ſententiam eius poſsit, qui ſuo nomine iudicauit, retróq; ea trahatur, quod
de ſuprema poteſtate intelligendum eſt[19]. In dubio enim diſpenſatio principis non vide-
tur retrotrahi[20]. Ego, & hoc extremum ſecundum ſupradicta declarandum eſſe arbitror,
vt † tunc ad illud adtendamus. Et cùm aliàs aduerſus legis prohibitionem aliquid indu 154
ceretur, vt quia ſpurius iura legitimorum nanciſceretur[21], vel religioſus, qui abſque præ- I.
fecti ſui licentia nullam prorſus voluntatem habet[22], aliquem procuratorem in ſui locum
ſubſtituere[23]. quamuis enim in genere poſsit fingi eum ſui arbitrij compotem eſſe, lex ta- II.
men ſpeciali ratione ab iſtis negotiis religioſos quantum poteſt † coërcet. Idem ſi ver- 155
ba legis, aut ratio hanc tranſlationem non admittant, vt in lege Iulia, quæ vt libertinus à
promiſsione liberetur, nõ ſimpliciter filium, ſed qui in poteſtate eſt, requirit[24]. Clarum eſt
autem poſthumum non eſſe in poteſtate[25], vt etiam ſuprà dixi. Vbi ergo verba legis * de- 156
ficiunt, etiam lex ipſa deficit[26]: maximè cùm eius ratio ceſſet, vt libertinus potiùs in alen-
dis filiis ſuis exerceatur, quàm in gratuitis operis patrono præſtandis. quæ ratio ſupraſcri-
pto caſu ceſſat. In his quoque, quæ ſecundum regulas iuris naturalis regũtur ſuprà dixi, III.
non eſſe fictioni legis locum, vt in poſſeſsione, quæ ideo facti dicitur eſſe[27]. vnde neque de
tranſlatione tunc quicquam agitur[28]. Sicut nec cùm aliàs plus fictio operaretur, quam IIII.
veritas, nec enim id lex ſolet permittere[29], vt ſuprà latiùs docui. qua ratione, cùm lex di-
cit donationem inter coniuges retrò trahi[30], de ea † loquitur quæ traditione rei confirma
ta eſt, alioquin nec morte quidem ſuſtineretur[31]. Tunc enim propter iuris naturalis vin- 157
culum corroboratur tranſlatio: ídque nõ ſolùm fructuum, ſed etiam dominij reſpectus[32],
(quicquid Bart. hîc ſenſerit) niſi tamen alia prohibitio ſubſit, vt quia in fraudem legitimæ
facta ſit[33], vel niſi traditio non interueniſſet: quia ſicut actu vero dominium abſque tradi-
tione non tranſit[34] ita nec in actu ficto: & ſicut in ſeruitutibus * non acquirimus ius niſi
exercitio aut cautione[35], quæ vim traditionis habet, ita nec proconſul dicitur iuriſdi- 158
ctionem

1 l. j. cum gl. ſ. de iudic.
2 l. nec ille. de tuto. & cura. datis ab his.
3 l. paſtoralis. §. quoniam. vbi Anch. de reſcript.
4 l. ſi pupilli. §. ſed ſi ego. de nego. geſt. c. ratum. de regul. iur. in vj.
5 gl. l. inſtar. C. de iure fiſci. lib. x.
6 c. quãta. qui filij ſint legi.
7 d. l. cũ hæredes. §. j. ſ. tit. j.
8 l. qui libertinus. ad fin. de oper. liber.
9 argu. l. j. §. cæterum. vbi Caſtr. ſ. tit. j.
10 argu. l. ſi ille. in fin. C. de decurio. lib. x.
11 l. ſi filium. ſ. de gradibus.
12 Bart. d. l. Gallus. §. nunc de lege. in fin.
13 l. emancipatus. in fin. de ſenat. facit l. ſi ex patronis. ver. quod ſi à patre. de bo. li.
14 l. ſi quis offerenti. §. ſi creditor. de ſolut.
15 §. alienus. Inſti. de hære. inſtit.
16 l. j. C. de poſtli. reuerſis.
17 Iaſ. hîc.
18 l. ſi fundus. §. j. de pig. l. j. cùm quis. vbi Bart. de vi & vi arm.
19 c. hoc quippe. iij. q. vj. in gl. verb. expulſus.
20 l. Paulus reſpondit. vbi Doct. ſ. de ſtat. hom.
21 d. c. quanta.
22 c. non dicatis. xij. q. j.
23 d. cle. religioſus. de proc.
24 d. l. qui libertinus.
25 l. fi. ſ. de collat. bon.
26 l. iiij. §. quoties. de dam. infect.
27 d. l. denique.
28 d. l. cùm hæredes. §. j.
29 d. l. ſub cõditione. de ſol.
30 d. l. antep.
31 l. Papinianus. de don. inter vir.
32 l. ſequens. de leg. ij.
33 l. ij. C. de inoff. donat.
34 l. traditionibus. C. de pactis.
35 l. quoties. ij. de ſeruit.



ctionem habere, niſi poſtquam ingreſſus ſit prouinciam: ideóque fruſtrà eam quam non
habet, legato demandaret[1]. Nec ſufficit quælibet potentia, ſed quæ actui proxima ſit, licet
V. quod ad prorogationem adtinet, aliud videatur[2]. Sed & cùm non de fictione, ſed præ-
ſumptione legis agitur, vt ei ſit locus, oportet omnino rem verè poſsibilẽ eſſe. vnde quòd
lex ait, ſi pater teſtamento naturalem ſimpliciter appellet filium, cenſeri legitimum eſſe[3],
vt id effectum habeat, oportet eius matrẽ ſuperſtitem adhuc eſſe. quod Bar. cẽſuit[4], & eſt
receptiùs[5]. His ergo caſibus dubitandum non eſt, quin habilitas extremi requiratur. lo-
cúſque ſit ſupraſcriptæ limitationi, quæ tamen perpetua nõ eſt. Sed ſecundum ſuprà in de-
finitione dicta reſtringi debet. Vt ſatis ſit, ſi re ſeparatim perpẽſa, ſubſit habilitas[6]. Vel
I. II. fictio, & veritas diuerſis caſibus procedant, & quælibet naturam ſuam ſeruet[7]. Vel vt
III. quantum ſui damni reſpectu ſit, quilibet poſsit ſibi præiudicare. nec huius termini ratio
tunc habeatur[8]. Sed & ſimpliciter ſufficiat habilitas ſeu potẽtia in genere, quòd omnes
IIII in hoc extremo admittunt[9], dum tamen potentia hæc non ſit admodum ab actu ipſo re-
V. mota, vt ſupra dixi[10]. Cæterùm † & reſpectu eorum, quæ ſunt iuris ciuilis non eſt du-
159 bium poſſe legiſlatorẽ fingere hoc extremo neglecto. quod tamen non, niſi ex magna cau-
ſa, facit[11]. vt quia res mereatur talẽ fauorem[12], & qui extremo odioſo quadam ex æquita-
VI. te præualeat[13]. & quod de lege diximus. Idem & in principe (qui eſt lex animata) admit
tendum eſt. ſi tamen conſtet expreſsè ita voluiſſe principem[14], quod ſuprà cum Angel. cen
VII. ſui. Idem & ex mente teſtatoris accipiendum eſt, cùm extrema ſimul pugnant, vt po-
tiùs ſecundum ſtatum præſentem, ſeu tempus aditæ hæreditatis res acquiratur[15]: ſuprà
enim dixi tunc non eſſe locum retrò tractioni[16]. At in contractibus contrarium eſt, quia
quo ad acquiſitionem, extremum ad quod adtendimus, licet ex noua cauſa videatur impe
VIII. ditum[17]. Sed & cùm inhabilitas verè non ſubeſt quin antiquior ſit cauſa veritatis, ad
eam potiùs adtendimus. vnde ſupradicta quæſtione ſatis putauerim legitimari nepotes
ducta ab auo concubina, nec tranſlationem morte filij impediri, cùm (vt ſuprà dixi) lex
adfectionem maritalem ab ipſo vſque principio præſumat[18]. Vnde fictio hæc veritate ad-
iuuatur, nec morte filij impeditur[19], quod Socinus & aliqui recentiores maluerunt. vnde
adparet terminum ad quem reſpiciendum ſit, non ſemper eundem eſſe. ſupraſcripto enim
caſu ad ipſam coniunctionem cum concubina adtendimus. At in his, qui per reſcriptum
legitimantur, ad primæua iura naturæ reſpicimus: cùm omnes ingenui initio iure naturæ
naſcebantur[20]. Nec quicquam refert, quòd matrimonium cum matre non potuerit con-
trahi, nec in radice diſpenſari, quod aliqui comminiſcuntur[21]: Vnde & filios ſacerdo-
tum * legitimari poſſe ſuprà diximus[22]. Huc quoque pertinet quod dictum eſt retrotrahi
160 donationem inter coniuges, quando ſecuta eſt traditio[23]: quia licet iure ciuili extremum
inhabile ſit, traditio tamen quæ iuris naturalis eſt, ſuperueniente confirmatione, præualet,
quod Imol. hîc videtur ſenſiſſe, licet friuola ratione Crotus diſſentiat[24]. Quòd ſi res do-
nantis non ſit, ſed aliena, talis traditio, tanquam æquitate naturali reprobata, prorſus in-
IX. utilis eſt, vt nec vſucapioni ſufficiat, ne in præiudicium tertij fictio operetur[25]. Sanè in
his, quæ ad hæredem tranſeunt, non videntur morte alicuius extremum inhabile reddi,
dummodo hæres ratum habeat[26]. Idémque in alio vniuerſali ſucceſſore, qualis eſt pater
arrogator, quod ſuprà dixi[27]. In his verò, quæ non tranſeunt in hæredem, ſecùs eſt[28], ve-
luti in contractibus nondũ perfectis[29], qui ſunt meri facti[30], quod alibi declaraui[31]. Sed
X. & illud quoque certiſsimum eſt, quoties lex nõ fingit, ad hanc extremi † inhabilitatem nõ
161 adtendi: veluti lex Pompeia paricidas inſequitur. eam extendunt veteres etiam ad con-
ſcios, quamuis extraneos[32]. Atqui fingi non poteſt occiſo Titio filij ſui manu quenquam
extraneum paricidam eſſe: nec enim Titius extranei pater eſt. Bartol. ſatis eſſe ait, quòd
extraneus ille in genere potuerit paricidium committere. ego potiùs negauerim fingi ex-
traneum eſſe paricidam, ſed ſi ſimpliciter reſpectu pœnæ æquiparari: ídque iure ſpeciali
in caſu illo tam atroci. Alioquin durum eſſet vt pœna, quæ propter qualitatem percuſſoris
aggrauatur, etiam ad conſcium extendatur[33], vt Bald. cenſuit, quem vterque Angelus, &
Crotus ſequuntur. vnde ſi nobilis mandet plebeio aliquod crimen, non tamen pœna ple-
beiorum erit puniendus[34], quod ipſe aduerſus Bar. tradidit. Sed tamen Bart. opinio incon
XI. ſcio & opem ferente receptior eſt. qua de re alibi[35]. Non omittendum & illud eſt, quòd Bar.
& omnes tradiderunt in his, quæ in conſequentiam veniunt, huius extremi ad quod habi-
XII. litatem nõ requiri[36], ſicut ſuprà in extremo à quo eſt etiam dictũ[37]. Enimuero in procu
ratore, qui nõ religioſus aut omnino inhabilis ſit, illud quoq; traditũ eſt, vt ſi cum facultate
ſubſtituendi conſtitutus ſit, aliũ poſsit idoneũ ſubſtituere[38], dum tamẽ adpareat * nõ ſibi,
162 ſed domino eũ ſubſtitui[39], vt quia in mandato ſit expreſſum, quod tanquã nuntius conſti-
tuat alium[40]. vel loco domini ſubſtituat[41], vel certum ſeu ex certis eligat[42], vel in eo ſit
XVII. ſcriptum, quod dominus ex eo tempore eum conſtituit, quem ille delegerit[43]. Hinc-
163 que apparet † ſupraſcripta procedere & in tranſlatione, quæ fit de perſona ad perſonam,



1 d. l. obſeruare. §. fi. cũ l. ſeq.
2 l. ij. eod. tit. vbi Fulg.
3 auth. ſi quis liberorum. C. de nat. liber.
4 q. xj. incip. habeo filium.
5 Præpoſit. c. per tuas. qui fi lij ſint legit.
6 l. eandẽ. §. j. de duobus reis.
7 Bar. l. j. §. hoc aũt. ad Sila.
8 d. l. ſi fundus. §. j. gl. l. ij. C. de repud. hæred.
9 d. l. ſi filium. Bar. d. §. nũc. de lege.
10 d. l. obſeruare. in fi. cum l. ſeq.
11 d. l. aliquando. de officio proconſ.
12 l. j. C. de poſtlim. reuerſ.
13 d. l. emancipatus. in fi. de ſenat.
14 d. c. hoc quippe. iij. q. vj.
15 d. §. alienus ſeruus. inſti. de hær. inſt.
16 l. non eſt dubium. C. de iure delib.
17 d. l. ſi filiusfam.
18 d. l. cùm quis. verſ. neque enim. C. de nat. liber.
19 d. l. pen. de ſuis & legit.
20 l. ij. ſ. de natal. reſtitu. §. liceat. in auth. quibus mod. nat. legit.
21 Curt. ſenior. conſ. lxxiij. Dec. conſ. cccviij.
22 gl. §. fi. in auth. quib. mo dis nat. eff. ſui.
23 d. l. antep. in fi.
24 Crotus hîc. argu. d. l. bonorum.
25 l. j. §. ſi pater. & §. ſeq. ſ. de donat.
26 l. ſi ſine. §. ſi procurator. rẽ ratam haberi. d. §. ſi pendente.
27 d. §. ſi creditor. in l. ſi quis offerenti.
28 l. ſi is, cui. rem ratam haberi.
29 d. l. fi. cõmunia prædiorũ.
30 l. ſi ego. §. ſi res. de iure dotium.
31 in l. ij. §. ex his. j. nota. de verb. oblig.
32 l. vtrum. ad l. Pompeiã. vbi Bar.
33 l. nõ ideo minus. in verb. ex ſua pſona. C. de accuſ.
34 l. moris. §. iſte. de pœnis. Ang. tract. maleſi. ver. Sempronium. q. xij
35 Dec. c. j. de off. deleg.
36 d. l. j. C. de poſtli. reuerſ.
37 d. l. pen. de ſuis & leg.
38 arg. l. cùm pater. §. hæreditatem. l. vnum ex familia. §. j. de leg. ij.
39 l. item eorum. §. j. quod cuiuſque vniuerſitat.
40 l. j. §. item acquirimus. vbi omnes. ſ. tit. j.
41 gl. in cle. religioſus.
42 l. pater. in fi. de manum. vindicta.
43 Calder. c. poſt ceſsionẽ. in fi. de probat.

quam hîc Bartolus diffuſiùs proſequitur: & ego in ea eodẽ modo: quo in aliis diſtinguo, &
ea, quæ ſunt facti † ab his, quæ ſunt iuris ſeparo, vt reſpectu facti lex dicatur fingere [1]: reſpe- 164
ctu eorum, quæ iuris ſunt, dicatur diſponere, & ſecundum veritatem procedere. Hinc I.
dominiũ & poſſeſsiones, quæ naturaliter nobis quæruntur, facto procuratoris nobis † vo- 165
lentibus propriè ad nos pertinẽt [2], & procurator nudum miniſteriũ duntaxat præſtare cre
ditur [3]. Et quilibet qui nomine noſtro cõſtituat ſe poſsidere, non fictã, ſed veram poſſeſ- II.
ſionem transferre in nos cenſetur [4]. Idémq; in eo, qui precario nomine facto procurato III.
ris à nobis poſsideat [5]. Hæc enim omnia iuris ſunt. In lege quoq; municipali ſi verba in IIII.
rem ſcripta ſint, & ad factũ perſonæ non reſpiciãt, is cõtinebitur, qui per aliũ facit [6]. Sed V.
& ſi factum perſonæ reſpiciant, dum tamẽ verba aliquo modo cõprehendere per alium fa
cientem poſsint, idẽ eſt, quod hîc Pont. tradidit [7], verbi gratia: lex interpretatur tutorem
geſsiſſe, qui negotia tutelæ alij gerẽda mandauit [8], dátq; eo nomine actionẽ directã, ſi pro-
curator geſſerit, quod indicat propriè ab eo geſtam iuris diſpoſitione videri. ratio eſt, quia
verbũ gerere, generale eſt, & etiam mandantẽ comprendere poteſt, maximè cùm actio tu-
telæ generalis ſit [9]. Ideóq; ſubiecta materia hãc interpretationẽ patitur. Et hoc eſt, quod VI.
alibi Bar. ait, quoties dominus actionẽ mandati aduerſus procuratorẽ habet, cenſeri eum
propriè facere [10]. Actio enim, quã tutor in bonis pupilli reliquit, loco geſtoris aduerſus il-
lum procuratorẽ eſt, quia gerere * dicitur, qui actionẽ acquirit. Cæterũ & quod per nun- 166
cium facimus, propriè nos facere credendũ eſt [11], tanquã per ſyphonem, ſeu tubã, vel orga- VII.
num quoddam [12], cùm verba in perſonã noſtrã ille concipiat, qua de re alibi [13]. Idémque VIII.
videtur, quãdo per eos, qui iuri noſtro ſubiecti ſunt, aliquid fieri iubemus [14]. quod enim ad
legis diſpoſitionẽ attinet, nos feciſſe credimur [15]. Quod in edictis quoq; pœnalibus vi- IX.
detur obſeruandum [16]. Quæ Doct. extendunt etiã ad eum, qui per ſpecialẽ procuratorẽ X.
iuſſerit matrimoniũ contrahi [17], vt verè dicatur ipſe cõtraxiſſe, quia ius omne, perſonæ do
mini applicat [18]. At † in his, quę facti ſunt, lex propriè fingere dicitur. Idémq; etiã ſi de ea- I.
dem perſona tractetur: cũ non idẽ ſit factũ, quod hodie pręſtatur, cũ eo, quod aliis diebus [19]: 167
quantò magis in hac trãſlationis materia? cũ factũ vnius alterius eſſe creditur? Hincque II.
eſt ꝙ cùm regula iuris ciuilis ſit, vt nemo poſsit abſenti * acquirere [20], ſi procurator quip- 168
piã domino abſenti ciuiliter quærat: quia directũ ius ipſi procuratori remanet, neceſſariò
nõ poteſt dominus dici propriè feciſſe. Sed duntaxat per fictionem [21], per quã vel actiones
vtiles ipſo iure transferunt [22], vel procurator ad cedendũ cogitur [23]. Subiicit tamẽ hîc Iaſ.
& Crotus, ꝙ quibus caſibus directa actio ex facto procuratoris ipſi domino quæritur, vt in
ſtipulatione vſusfructus & in reſtitutione fideicõmiſsi [24], his cenſetur dominus propriè fe
ciſſe: ſícq; Bar. ſententiã defendũt, qui quoties procurator neceſsitate ſuſcepti mãdati ali-
quid agit, propriè dominũ agere tradidit [25], quod ego ſimpliciter nõ probauerim [26]: niſi cũ
verba edicti generali ſignificatione non magis ad procuratorẽ, quã ad mandantem referri
poſſunt [27]. Sed & in delictis, in quibus lex factũ ipſum vlciſcitur, cõſtat nõ videri manda III.
torẽ propriè facere [28], quoniã (vt Bar. ait) procurator nõ ex neceſsitate mãdati quod nõ va
let, ſed ſpõte delinquit [29]. quod etiã ſi de dolo, vel fraude vlciſcẽda agatur, procedit [30]. Et IIII.
maximè habet locũ, ſi de facto tractetur quod per inſtrumentũ à corpore ſeparatũ cõmitti
nequeat, vt adulteriũ, vel falſum [31]. quod alibi Bar. tradidit [32]. Idémq; quoties de materia V.
tractatur, quæ mixtim ex facto & iure cõſtat. reſpectu enim facti, qui per aliũ facit, nõ cẽſe-
tur propriè egiſſe [33]. quod ex Caij reſpõſo hîc aliqui tradiderũt [34]. verúmq; eſt licet reſpon
ſum illud parũ ad rẽ facere videatur. Sed & in lege municipali, quæ verba in perſonã fa- VI.
cientis cõceperit, eadẽ ratione traditũ eſt, nõ propriè mandantẽ cõtineri [35], quæ diſtinctio
expreſsis verbis legũ defenditur [36]. Ego tamẽ etiã ſi lex verba in perſonã faciẽtis † con I.
cipiat, arbitror eũ cõtineri, qui per aliũ facit, ſi nõ ex verborũ proprietate [37], ſaltẽ ex legis 169
interpretatione, quæ pœnã faciẽti conſtitutã ad mandantẽ quoq; producit, cuius nõ minor
eſt culpa, quod Hubert. Suzar. Odofre. Albericúſq; diſputãdo aduerſus Din. & Oldrad. cen
ſuerunt [38], quod & Petrus & Cin. probant [39], & Roman. Aretin. Ruin. Crot. ſemper ſequuti
ſunt [40]. videtúrq; receptior ſentẽtia. cùm enim in dubio lex nõ ad modũ faciẽdi, ſed ad ef-
fectum ipſum reſpexiſſe cenſeatur [41], credendũ eſt omnino id ſenſiſſe legiſlatorẽ, vt man-
dans ipſe teneatur, cùm principalis cauſa delicti fuiſſe ipſe exiſtimãdus ſit [42]: nec aliàs mã-
datarius præſumatur facturus fuiſſe [43]. In * delictis enim duo extrema perpẽduntur: animus 170
delinquẽdi, & executio [44]. At mandans in eo, quod magis eſt peccat: nẽpe reſpectu animi,
licet executio per aliũ fiat. Adde ꝙ non ſolũ ipſe delinquit, ſed & alium delinquere facit [45].

Nam & in antiquis codicibus verba legis Iuliæ in perſonã concepta ſunt, ne quis ſtuprũ II.
adulteriúmve ſciens facito, ſeu, quod idẽ eſt, facto. ſic enim legendũ: licet Bart. in corrupta
exemplaria inciderit. & tamẽ etiã mandantẽ comprehendũt [46]. Hincq; eſt, ꝙ lex eũ ab- III.
ominatione proſequẽs, qui ſacrũ hominẽ percuſſerit [47], etiã in mãdãte locũ habet, inter-
pretatúrq; verè eũ percuſsiſſe [48]. Et lex homicidas ad dignitates prouehi vetans, etiã in IIII.
mandan

1 l. generaliter. ſ. tit. j.
2 l. ea quæ ciuiliter. ſ. tit. ij.
3 d. l. quod meo. §. procur.
4 d. l. quod meo. vbi dixi.
5 l. iiij. §. j. de precario.
6 l. ſi ſeruũ. §. prætor ait. de acqu. hæred. l. aut qui aliter. in fi. quod vi aut clam.
7 argu. c. mulieres. in fi. de ſenten. excom.
8 auth. §. geſsiſſe. de admi. tut.
9 gl. l. j. ſ. de edendo.
10 Bart. l. ſed ſi vnus. §. j. de iniur.
11 d. l. pater. in fi. de manumiſ. vindict.
12 l. qui autem. in fi. de conſtit. pec.
13 l. ſtipulatio iſta. §. alteri. vbi dixi. de verb. oblig.
14 l. j. §. quod ergo. de vi ar.
15 §. ei vero. inſti. de inutil. ſtipul.
16 l. diuus cũ. §. j. de falſis.
17 c. fin. de procuratoribus. in vj.
18 Bart. l. poſſeſsio quoque. §. fi. ſ. tit. j.
19 l. ſi non ſortem. §. libertus. de cond. indeb.
20 d. l. ea quæ ciuiliter.
21 l. Papinianus. ff. mand.
22 d. §. ſi ſtipuler. vbi Bart.
23 d. l. poſſeſsio. in fi.
24 Bar. d. l. poſſeſsio.
25 Bar. d. l. ſed ſi vnius. §. j.
26 l. reſtituta. verſic. item ſi alius. ad Treb.
27 d. §. geſsiſſe. l. iij. §. ſi procurator. quod quiſque iuris.
28 d. §. geſsiſſe.
29 Bart. d. l. ſed ſi vnius. §. j.
30 l. ſi pater. quæ in fraud. cred.
31 arg. l. j. §. ne autem. C. de cad. toll.
32 Bar. d. l. ſed ſi vnius.
33 ar. d. l. pater. de ma. vind.
34 l. quod ſæpe. §. ſi quis amico. de contrah. emp.
35 l. ita vulneratus. in prin. ad l. Aquil.
36 d. l. ſi ſeruum. §. prætor. d. l. aut qui aliter. in fi.
37 d. l. ij. & l. generaliter. ſ. tit. j.
38 Alber q. xliij. in lib. ſta.
39 d. l. non ideo minus.
40 d. §. & quid ſi tantum.
41 l. j. in fi. quod quiſque.
42 l. iij. ſ. de noxalibus. l. in hoc iudiciũ. ſ. de ſeruo cor.
43 l. j. ad fi. C. de rap. virgi. Iaſ. l. j. C. de ſer. fugit.
44 d. l. ſi ego. quod vi, aut clam. c. j. de homicid. in vj.
45 l. athletas. §. Põponius. de his qui not. infa. gl. §. eos autem. vtiud. ſuo quoquo ſuffragio.
46 d. l. hæc verba. ad l. Iul. de adult.
47 xvij. q. iiij. c. ſi quis ſuadente.
48 d. l. mulieres. in fin. de ſenten. excom.



V. mandãte locũ habet [1]. Sic eadẽ lex à cõmunione piorũ reiiciens, qui ad Chriſtianæ fi-
dei hoſtes merces vetitas detulerit, locũ tamẽ in his habet [2], qui procuratoribus, vel nũtiis
VI. miſsis id fecerint. Sic & in edictis pretorũ videmus obſeruari, vt cũ quis per aliũ pretoris
VII. albũ corrumpit [3]. Vel cùm quis per aliũ, eũ qui in ius vocatus eſt, vi eximat, æquè plecti-
tur [4]. Qui per aliũ vi armata poſſeſſorẽ deiicit, proinde interdicto cõuenitur, ac ſi ipſe ma-
nu ſua deieciſſet [5]. vtitúrque hoc caſu quandoque lex verbis proprietatẽ ſignificantibus [6].
VIII. Sic in edicto diui Claudij ſcripſiſſe dicit, etiã qui aliena manu filij ſcilicet vel ſerui ſcri-
pſerit, & in pœnã falſi incidit [7]. Nec credendũ eſt ideo hoc ſtatutũ, ne aliàs edictũ fieret, il-
luſorium, vt Iaſ. & Crot. aiunt. Atqui potuiſſet alia pœna extra ordinẽ plecti, nec ideo lex
IX. eluſa fuiſſet [8]. Quod & in edicto diui Pij de mãdatoribus delationũ plectẽdis proditum
X. eſt [9]. Sic ſupradiximus legi Pompeiæ locũ eſſe, etiam ſi filius patrẽ mãdato extranei oc-
XI. ciderit, punietur enim eadẽ pœna extraneus [10]. Sic nihil refert, an quis per ſeipſum ius
XII. iniquum impetrauerit, an per procuratorẽ. erit enim nihilominus edicto locus [11]. Sic &
legi Aquiliæ locus (vt ego arbitror) erit: quãuis propria manu quis nõ occiderit [12], dum ta-
XIII. men cædes ſit facta, id eſt ex parte percuſsi adimpletus effectus. Sic lex Corn. de iniuriis,
etiam aduerſus eum cõpetit, qui mãdauit, vel curauit fieri [13], & verba, *Feciſſe*. &, *Abduxiſſe*.
XIIII. in ea materia habẽt locũ in eo, qui per ſubmiſſam perſonã fecerit [14]. Sic lex Corn. de ſi-
cariis vel ſcientiã ſolam domini plectitur, qui permiſit familiã alicui vim facere [15]. & nihil
XV. intereſſe ait, an quis occidat, an cauſam mortis det [16]. Sic Senatuſc. Turpilianũ aduerſus
eũ quoq; locũ habet qui calumniatorẽ ſubmiſerit [17]. quod ex vi verborũ procedere viden
tur, niſi de eo tractetur, qui tanquã miniſter electus eſt, vt alium ſubornaret: is enim nõ ver
XVI. bis ſed ſententia legis teneretur [18]. Sic & auctoritate Bar. receptum eſt: cùm quis id man
dat, quod delictũ nõ eſt: quia procurator coactus ſuſcepto mandato facit ipſum dominum
XVII. teneri [19], vt ſi ſtatutũ punit eum, qui iuriſdictionẽ prætoris declinauerit [20]. Sic auctori-
tate Bal. Pontaníque traditum eſt, ſtatutũ fauorabile ad mandantẽ porrigi [21], veluti quòd
XVIII. homicidæ proſit pax, ne à fiſco inquietari poſsit [22]. proderit enim etiam mandanti. Sic
quotieſcunque de aliquo tractaremus, in quo mandatarius ipſe nõ puniretur, ſaltem man-
171 dans deberet * lege comprehendi: ne omnino delictũ eſſet impunitum [23]. Meritò ergo con
cludendum eſt legẽ de faciente loquentẽ etiam mandantem cõplecti: ne facilè à regula iu-
XIX. ris recedamus [24]. & ne minus delicti auctor, quàm executor puniatur [25]. Quod maximè
dicendum in eo, qui ſicarij pecunia conducti, quem aſſaſsinum vocant, opera vſus ſit [26].
I. Nõ eſt † tamẽ perpetua ſupraſcripta regula, ſed aliquibus caſibus reſtringẽda. Et in pri-
172 mis, ſi verba in perſonã concepta ſint, ſatis crediderim verã eſſe Bar. opinionẽ, vt ſecundũ
vim verborum mandans nõ contineatur [27], quod Din. Old. Iac. Butr. & Alex. probarũt [28].
II. Ideóq; ſi lex effectũ non puniat, ſed ſimpliciter factũ, putà, ſi puniat eũ qui nocte abſque
III. lucerna inceſſerit ad hũc caſum nõ traheretur. quod poſt Bal. Pont. hîc tradidit. Idémq;
ſi lex commentitia ſit & extrinſecus aliquid puniat, quod idẽ Bald. cenſuit [29]. Sed in dubio
IIII. (vt dixi) potiùs effectus videtur perpenſus [30]. Quod ſi nec per aliũ quis fecerit, ſed ſim-
pliciter occaſionem delicto præſtiterit, cùm nullomodo verbis comprehẽdatur, eius legis
V. pœna non punietur [31]. Ex qualitate quoque perſonæ, aut natura rei quãdoque fit inter-
pretatio, vt mandans ipſe mitius puniatur, talíque caſu iudex ſententiam ſuam modera-
bitur [32], quod maximè dicendũ, ſi verba mãdati ambigua ſunt, & mãdatarius aliàs omnino
VI. facturus erat. quæ videtur receptior opinio [33]. Sed & qui * per aliũ fecit, quandoque ex-
173 cuſatur, ſi non animo delinquendi fecerit. quæ excuſatio facilius in ipſo procuratore ad-
mittitur [34]: tametſi & quãdoque ex perſona mãdantis accipiatur, & ſi ſubſit conſuetudo,
VII. inclinabit iudex facilius ad moderationem [35]. Cæterùm & quotieſcũq; lex factũ ipſum
duntaxat notat, ſatis putarim non cõprehendi, qui per alium facit, vt in cõſtitutione quæ
clerico prohibet tabernariam artem exercere [36]. non enim cõprehendetur qui per famu-
los facit [37]. vnde & vilitatẽ perſonæ quã ab exercitio lex inducit, conſiderabimus ſecun-
VIII. dum facientis, nõ autem imperantis perſonam [38]: quod alibi tractatum eſt [39]. Addit hîc
Iaſ. non fieri hanc interpretationẽ, quando lege municipali caueretur, ne quis capitaliter
puniatur, niſi quatenus ſcriptum verbis eius legis eſſet: non enim comprehendetur man-
dans, ſi de homicida tantùm lex expreſſerit: quod ex facto Bal. reſpondit [40]. qua in re ma-
ximè ad verba legis reſpicienduum eſt. Sed quid ſi in ea lege cautum ſit, vt verba ſtatutorũ
intelligantur ad literam, & prout iacent? & videretur adhuc mandantem contineri: idque
virtute extenſionis, quam vocant paſsiuam. & ita Guido Suzar. diſputauit. Sed tamen ſa-
IX. tiùs eſt hoc caſu contrariam ſententiam ſequi [41]. quod & Alberic. cenſuit [42]. Addunt
quoque Doctores nec tunc comprehendi mandantem, quum lex de eo loquitur, qui ma-
nibus propriis fecerit [43], vel per ſe, vel perſonaliter [44]. His enim verbis apparet de man-
dante intelligi non poſſe [45], tametſi quãdoque aliud ſit. nec enim his verbis interpretatio,
quam paſsiuã vocant, intelligitur reiecta [46]. vnde tenetur quis propriis manibus facere ſi
poſsit,

1 d. c. ij. de cle. pugn. in duello. c. ſi quis viduam. 50. diſt.
2 c. ſignificauit. de Iudæis.
3 l. ſi quis id quod. ff. de iuriſd. omn. iud.
4 l. pe. in prin. ne quis eum qui.
5 d. §. deieciſſe.
6 l. ho: iure. §. deiecit. ff. de reg. iur.
7 d. l. diuus. de falſis.
8 l. j. §. expilatores. de effractoribus.
9 l. ij. §. diuus Pius. de iure fiſci.
10 d. l. vtrum. ad l. Pomp.
11 dict. l. iij. §. ſi procurator. quod quiſque.
12 d. l. ita vulneratus. verb. quæ in manum.
13 l. non ſolùm. de iniur.
14 l. item apud Labeonem. §. feciſſe. §. abduxiſſe. ſ. de iniuriis.
15 Petrus diaconus. vbi Felin. de homicid.
16 l. nihil. de ſicariis.
17 l. j. § incidit. ad Turp.
18 d. § incidit. verſ. verum.
19 d. l. iij. §. ſi procurator.
20 Bar. d. l. ſed ſi vnius. §. j.
21 argu. d. l. ita vulneratus. Bar. l. quemadmodum. C. de agri. & cenſ. lib. xj.
22 l. ij. ad Sila.
23 d. §. ſi procur. d. l. aut qui aliter. §. pen. gl. l. in rem. j. §. tignum. de rei vend.
24 c. qui per alium. de reg. iur. in vj.
25 l. & ſi certus. ad Silla.
26 c. j. de homicid. lib. vj.
27 d. l. aut qui aliter. c. fi. d. §. prætor ait.
28 Alex. conſ. lx. & clx.
29 d. l. omnes populi.
30 d. §. incidit.
31 l. itẽ ſi obſtetrix. in prin. ad l. Aquil.
32 d. c. ſicut dignum. de homicid.
33 l. ſi quis mihi bona. §. qd ſi mandaui. vbi Iaſ. de acqu. hæred.
34 c. vt famæ. in fi. de ſent. excomm.
35 d. c. ij. de cleric. pugn. in duello.
36 Clem. j. de vita & hone. cleric.
37 glo. c. j. eod. tit. in vj. vbi Geminianus.
38 l. in adulterij. C. de adult. l. humilem. vbi Alber. C. de inceſt. nup.
39 l. mercis. vbi dixi. de verbo. ſigni.
40 cõſ. lii. ccclxxxiiij. in v.
41 Bart. d. l. omnes populi. in vlt. parte.
42 q. xliiij. q. iij. ſen. lib. iij.
43 l. j. §. ne autem. in fi. C. de cad. toll.
44 Clem. j. de vit. & ho. cl.
45 l. fi. vbi Bart. C. de erog. militar. anno.
46 c. fi. §. pen. de offic. dele.

poſsit,vel adſit: ſecùs ſi adeſſe nequeat[1].Idē quoties ratio legis in qua huiuſmodi perſona-
les dictiones ſunt,ceſſaret[2], quod hîc Iaſ.tradidit:videtur enim tunc quis ſua manu facere,
quod filij vel ſerui manu fecit,quia hos in poteſtate habet,vt ſupra dixi,& iubenti domino
non potuerunt nō parere[3].Idem aliis caſibus à me alibi explicatis[4]. Cæterùm quoties X.
nullus mandantis dolus argueretur,ſed ſolius mandatarij, dubium non eſt non videri do-
minum deliquiſſe,& ſupraſcriptæ fictioni locū non eſſe[5]. Sicut nec tunc erit locus, cùm XI.
mandatarius nō eſſet mandatum executus:cùm enim factū adhuc nō ſit homicidium,non
poteſt dici ſoli mandato conuenire verba legis[6]. tametſi iſte iuris communis pœnis ſit pu-
niendus[7].qua ratione in contractibus quoq; idem diximus,vt aliud ſit vēditio, aliud man-
datum de vendendo[8].Idem credendū, etiam ſi mandatarius eum occidiſſet ſe defenden-
do.cùm enim nō in executionē mandati,ſed in caſu licito occiderit,ſicut ipſe nō tenetur[9], XII.
ita nec mandans,quod aliqui tradiderunt[10]. Nam & ſi mādatarius aſſeueret non * pro- 174
pter mandatum,ſed propter proprias inimicitias inuiſum ſibi hominem occidiſſe,videtur
mandans excuſandus[11]:quod intelligunt Doct.ſi iudici ſederit ex veriſimilibus cōiecturis
veram eſſe iſtius percuſſoris aſſertionem[12]. Sed quid ſi quis Titium accuſauerit, quòd XIII.
aliquem percuſſerit,vnde ille ſit mortuus, ex probationibúſque appareat non quidem ip-
ſum vulnus feciſſe, ſed mandatorem eius faciendi fuiſſe, & perperam actum eſſe?reſpon-
ſum eſt[13].cùm accuſator vnum dixerit,aliud probauerit[14],quod & ego probo:quia de ſim
plici facto hîc agit̃,quod rectè deduci debuit.ſi tamē verba aliquomodo auctorem delicti
cōprehendere poſſent, ſecùs eſſet,vt quia ſimpliciter dixerit cōmiſiſſe delictum homicidij
in perſonam talis.Etenim hæc verba poſſunt mandatori conuenire[15], quod hîc Pont.do-
cet,& Butrig.atque Florian.alibi tradiderunt[18]. Sed quid in teſtibus,qui pro teſtimonio XIIII.
dixerunt talem die lunæ occiſum fuiſſe,ſi deinde conſtet mandatū cædis eo die factum,ſed
alio tempore executum?& non teneri eos falſi,Pont.cenſuit[17],quem etiā Crotus ſequitur.
quæ ſententia humanitate defenditur,licet iure deficiat.Etenim teſtis de his quę facti ſunt,
ſolū dicere debet[18].Et proculdubio aliud eſt mādantis,aliud perpetrantis factum[19]. alio-
quin qua ratione dicta teſtiū,eadem & libellus ſuſtineri deberet:quē tamen ſupradixi non
ſuſtineri. Addit hîc Ang.[20] nec tunc videri mandatorē,homicidiū feciſſe, cum nō ſuæ, XV.
ſed alienæ vindictæ cauſa mandauit[21].quod ego nō probo:videtur enim grauius hic delin
quere, cū amicitiæ tribuendū quidem ſit, ſed vſque ad aras(vt in veteri eſt prouerbio[22].)
poſſet defendi hæc ſententia, cùm amicus ille priùs ipſi mandaſſet,vt per alterum iuberet
fieri[23].& hæc quidē in mandāte procedūt,in eo verò,qui conſiliū,auxiliū, fauorémq; præ-
ſtiterit nō accipitur hæc fictio,tametſi nō ideo impuniti euadant[24].Sed hęc ſatis.Tandē,vt
hæc † materia perfectiùs abſoluatur,quęrūt Doc.an duæ fictiones ſimul cōcurrere poſsint? 175
& Bar.non poſſe exiſtimauit[25],niſi ex diuerſis fontibus oriantur[26],vel altera alterius con
ſecutiua ſit[27].& ita propter Bar. authoritatē cenſuerūt pleriq; Doct.ſed tamē hac in re di-
ligentiùs aduertendū eſt. Etenim ſi fictionis definitionē perpendamus[28], nihil in ea di- I.
citur,cur nō poſsint concurrere,dum æquitas ſubſit. Sed & ſi regulas cōmunes reſpicia- II.
mus,quod non inuenitur vetitū,debet cenſeri permiſſum[29].oſtendā autem nulla lege aut
ratione vetari. Sed & cōſtat plures fictiones principaliter ex eodē fonte oriri poſſe, quā- III.
do diuerſis tēporibus effectū habent[30]. Cur nō & ſi eodē tēpore nec enim vlla probabilis
ratio differentiæ adduci poteſt[31]. Sicut nec cur in conſequentiam promittatur id,& non
principaliter. Etenim regula eſt,vt quę ex ſe vetita ſunt,nec ex conſequēti, nec ex princi- IIII.
pali permittant̃[42]. Quòd ſi qui caſus excepti reperiunt̃,ſpeciali ratione innitātur[33],quę
profecto nulla hoc caſu ſubeſt.quo fit,vt (quod vulgò ſolemus dicere) plura ſpecialia non V.
cōcurrere[34],certam nō habeat rationē.Proſequamur igitur gradatim caſus minùs dubios
& in quibus nulla eſt Doct. cōſenſu altercatio. Et in primis quoties duo inducūtur,quo- I.
rum vnum ex veritate ſit,alterū ex fictione,receptū eſt fieri id poſſe, & vſitatum legiſlato-
ri eſſe,vt in fictione poſtliminij, cuius vnum caput ſecundū veritatem,alterum ſecundum
fictionem procedit[35]. Rurſus & illud admiſſum eſt,vt nō ideo minus dicatur lex ſecun- II.
dum veritatem procedere,quòd actus inducendi ſit fictus.vnde ſi procurator meus à Titio
emat fundum,quem venditor conſtituat eius nomine poſsidere, operabitur cauſa conſti-
tuti, vt ego poſſeſſor efficiar[36].quia licet traditio ſit ficta, ſeu actus conſtituti fictus,poſſeſ-
ſio tamen vera eſt, quæ transfertur[37], & ita frequentiore calculo receptum eſt. Idémque
Dinus eſſe reſpondit, ſi non procuratori meo, ſed geſtori venditum conſtitutúmque ſit[38],
dummodò ratum habeam,quia ratihabitio comparatur mandato[39].Idémq; tradunt pon-
tificij in inueſtitura, quæ & ipſa fictam traditionem continet, & conſtituto * æquipara- 176
tur[40], aiúntque tali caſu quamuis ficto plenum ius acquiri[41], cùm aliàs mutabiliter ſo-
lùm transferretur[42]. quam ſententiam & ego ſequor: quia traditionem fictam, qualis eſt
hæc, quæ clauſula conſtituti fit, lex omnino ſubrogat actui naturali[43], ſecundum quem
conſtat domino quæri per procuratorem poſſe[44]. nec enim quicquam refert, quo inſtru-
mento,

1 Car.cle.j.no.vj.de iureiu.
2 d.l.diuus.de falſis.
3 l.is damnū.ſ.de reg.iur.
4 l.j.§.j.ſ.tit.j.vbi dixi.
5 gl. l.ſub prætextu.j. C.de tranſact.l.ſi is qui rem.j.§.j. vbi Bar.de furt.
6 glo.clem.j. verb.mandauerit.de pœnis.
7 l.non ſolū. §.ſi mandato. vbi Bar.ff.de iniur.
8 d.§.ſi quis amico. gl.l.in bonæ fidei. de eo q[d] cer.lo.
9 l.ſcientiam.§.cum aliter. ad l. Aquil.
10 Afflictus.c.iniurias.iiij. not.de pa.iuramēto firman. in vſib.feud.
11 arg.gl.l.pe.C. de fideiuſ.
12 Bal.moder.d.c.iniurias.
13 Io.monach. d.c. qui per alium.Bal.d.c.iniurias.
14 l.habebat.ff.de inſt. act.
15 d.c.mulieres.in fi.
16 Butrig. l.nō dubium.C. de legib.Florian.d.l. ita vulneratus.
17 arg.c.periculosè de pœniten.diſtinct.j.Roma.ſing. ccccclxxxvij.
18 l.j.vbi Bart.C.de vſur.
19 l.aliud.ſ.de reg.iur.
20 d.l.non ſolū.Io.de Ana. d.c.ſicut.
21 argu.d.l. Papinianus.ff. mandat.
22 l.tutori.C. de neg. geſt.
23 d.l.aut qui aliter.verſ.penul.d.l.j.§. incidit.verſ.verum.ad Turpill.
24 l.quoniam multa.C.ad l.Iulliam.de vi pub.Bar.d.l. is qui opem.
25 l.j.C.de dot.promiſ.
26 l.ſingularia.in fi.ſi cert. peta.
27 l.ſpecies.§.fi.de accepti.
28 l.j.§.j.de dolo.
29 l.necnon. §.j. ex quibus cau.maior.
30 l.fi.C.ad Velleia.dixi.l. j.ſol.mat.
31 d.l. ſub conditione.ſ.gl. ij.in fi.de ſolut.
32 l.ſi ſponſus.§.j.de donat. inter vir.
33 l.j.de auct.tut.vbi not.
34 d.l.j.de dot.promiſ.
35 l.cùm duo.ſ.de capt.
36 l.quod meo.ſ.tit.j.
37 l. certè. §.j.de precario.
38 Din.conſ.xv.
39 l.fi.C.ad Maced.
40 c.ij.vbi gl.de conſuet.
41 c.accedēs.extra de pręb.
42 c.ſi tibi abſenti. de præbend.in vj.
43 l.quarundam.verſ.nihil video.ſ.tit.j.
44 d.l.ea quæ ciuiliter. l.j. C.per quas perſonas.



mento,aut modò aliquid tradat,nec ideo rei veritas,aut ſubſtantia mutatur[1].Qua ratione
ſicut poteſt tali clauſula acquirere,ita & vendendo rem domini poterit procurator tranſ
ferre: quia contrariorum eadem eſt ratio:& in mandato vendēdi videtur etiam facultas
III. tradēdi conceſſa[2]:qua de re ſuprà loco ſuo.ſunt enim qui diſſentiant[3]. Sed & receptum
177 eſt vna in re poſſe plures fictiones induci,vt in ſocietate omnium * bonorum putà, ficta ſo
lutio,& ficta donatio[4],ſicut vna res poteſt pluribus ſeruitutibus ſubiici[5]: quāuis non ideo
ſeruitus ſeruitutis eſſe poſsit[6]: niſi tamen effectu quodam, & per ſimplicis facultatis mo-
178 dum[7].Ego tamen exiſtimauerim fictionē fictionis * quandoq; induci, vt cùm in ſocietate
omnium bonorū abſque alia ceſſione trāſeunt ſpecialibus quibuſdā caſibus actiones[8],vel
cùm in legato fundi,quem teſtator ſeruo alteri legato reliquit, lex ait cedere diē ipſius ſer-
ui legati à tempore mortis,ipſius verò fundi à tēpore aditæ hæreditatis[9]:& tamen vtrunq;
tempus ſecundum fictionem procedit,cùm ſecundum veritatem dominium non tranſeat,
niſi poſtquam legatarius legatum agnouerit[10].quod ſuprà docui.ſic ſuprà dixi per clauſu-
179 lam * conſtituti transferri veram poſſeſsionem,quamuis per procuratorem procuratoris.
Etenim vendens conſtituendo nomine procuratoris mei,rem emētis ſe tenere, videtur e-
ius procuratorem eſſe[11].Si verò conſtituat meo nomine,res clarior eſt,quia meus procurator
IIII. cenſetur,& mihi veram poſſeſsionem acquirit[12]. Sanè nec illud in dubium venit, quin
in alterius principalis conſequentiam,poſsit alia fictio induci[13]. vnde in perſona eiuſdem
180 & fictio poſtliminij * & acceptilatio conueniunt[14]. Cùm enim principaliter lex reſtituat
capto omnia perinde ac ſi captus non eſſet, cætera in quandam conſequentiam ſiue vera,
ſiue ficta iura acquirūt[15].vnde hæreditas interim delata ei acquiritur,& fingitur retrò hæ-
res[16].ſic lex fingit quem liberatum,& in conſequentiam retrò obligatū fuiſſe,quod & aliis
exemplis oſtendi poteſt[17]. qua de re hîc latiùs per Iaſ.qui etiam declarat,quomodo vna fi-
V. ctio in conſequentiā alterius venire dicatur. Sed & illud fatetur,ſi diuerſa origine vtra-
que fictio proueniat,nihil eſſe impedimento concurſui[18].vnde ſi mando tibi,vt facias ho-
micidium,tu porrò alteri,qui patrauit:ille tenetur, quia fecit:tu quia feciſſe videris: & ego
VI. quia per te & per illum feciſſe videor[19]. Huc pertinet,quod idē Bart.ait admitti hunc fi-
ctionū concurſum,cùm circa diuerſa cōtigit.veluti cùm vna fictio fauorē creditoris reſpi-
cit,alia debitoris[20],vel cùm vna,obligationē,alia liberationem inducit[21].Quod extendit
Aret.etiam cùm ad vtilitatē eiuſdem perſonæ ſpectarēt, vt in ſupraſcripta quæſtione con-
ſtituti facti procuratori quo domino poſſeſsio acquiratur[22]. procurator enim recipientis
fictæ repræſentat dominum[23], tradens verò in eum dominum fictè cenſetur tranferre, &
tamen admittitur concurſus[24].Idem Areti. etiam ampliat, vt poſsint duæ fictiones circa
cōnexa cōcurrere,quorū vnum alterius cōfirmandi cauſa præcedat.vnde receptū eſt clau
ſulam precarij operari,vt rogans precario nomine domini poſsideat,& itē vt dominus na
VII. turalem poſſeſsionē tranſtuliſſe in eū videatur[25]. Supereſt ergo ſolus ille caſus,quando
ex eodem fonte æqualiter duæ principales fictiones procedūt. & Bart.ait non concurrere.
I. Vnde dos incerta ex pacto nudo nō poteſt peti,ne duo ſpecialia ex eodem dotis fauore
181 concurrāt.quod ex Alex. cōſtitutione receptū eſt[26]. ſed † illa lex nihil ad fictionē adtinet,
nec dictio,Promiſſum,de facto nudo accipi poteſt,& aliū omnino intellectū habet, quā vt
II. ad hanc materiā poſsit trahi,vt alibi docui[27]. Nec quicquā facit, ꝙ duæ diſpenſationes
non concurrāt[28].Reſpōdeo imò cōcurrunt,ſi pontifex velit. alioquin vbi duo obſtāt,vno
III. ſublato, aliud impedimentū remanet[29]. Addit quoq; Bart.quāuis lex nouella dominiū
abſque traditione acquiri eccleſiæ conſtituerit, non tamē quæretur,ſi pollicitatione tantū
vel voto fuerit res promiſſa[30].ſed id ego non induci ex eo arbitror, ꝙ plures fictiones non
concurrant, ſed quia lex nouella. id priuilegiū eccleſiæ ſolū tribuit in legatis, in donatio-
ne,in venditione:ergo ad votum trahenda nō eſt,in quo minor ratio ſubeſt, & in quo non
IIII. adeò vouens obligatur. Sic rurſus (inquit) non transfertur dominiū, quoties & titulus
eſt fictus,& ficta æquè tranſlatio poſſeſsionis,vt cōmuni ſententia receptū eſt[31],ne, ſcilicet
duæ fictiones cōcurrant.ſed certè alia videtur ratio huius cōcluſionis, quàm ſupraſcripta,
nempe quòd cōtractus quo quis rem ſuam cōducit,nullus eſt[32]; ideo non ſubeſt cauſa abſ-
V. que qua dominium nunquā transfertur[33], quod alibi docui[34]. Subiicit idem Bart.etiam
quaſdam rationes ſatis à re alienas. In primis, dum inquit, vna pecunia non poteſt parere
plures compenſationes[35]. Reſpondeo, quid hoc ad propoſitum facit, ſi vnus aureus ex-
VI. pendi à me pro duobus nequeat? Rurſus dum inquit, animus nō poteſt circa duarū poſ-
ſeſsionum reſtitutionem operari, vt inquit Accurſius[36]. Reſpondeo, quid vetat vni ſub-
VII. ſtantiæ adiici plures qualitates[37], vt meritò eam ſententiā ſupra nō ſim ſecutus. Idémq;
dum ait, actio præſcriptis verbis concurrit cum alia, quæ ex diuerſo fonte, non quæ ex
eodem oriatur[38]. Reſpondeo, imò nec ſi quæ ex diuerſo fonte proueniant, concurrit, vt
aliàs libro iiij. Paradoxorū diſputaui[39]. & etiam ſi verum ſit Bartoli pronuntiatum, quid
VIII. ad materiam noſtrā facit. vulgò ſolet dici, ex diuerſis nō inferri[40]. Meliùs fortè iuuatur
hæc ſen

1 d.l.iiij.§.fi.de ſeruit.
2 l.Papinianus. vbi Ang. de publiciana.
3 l.j.in fi.princ.ſ.titu.j.vbi dixi.
4 l.licet.§.quoties. de iure dot.
5 l.qui per certū.com.pręd. l.Lucio.de aqua quot.
6 l.cùm eſſent.in fi. de ſeruit.ruſticorum.
7 l.j.de vſuf.leg.
8 l.iij.cum glo. ff. pro ſoc. vbi Fulg.
9 l.ſeruo legato.vbi Caſtr. de leg.j.
10 l.ſi tibi homo.§.cùm ſeruus.eo.tit.
11 d.l.quod meo.
12 d.l.j.C. per quas perſonas.d.l.ea quæ ciuiliter.
13 l.ſi quis poſthumos.verſ. diuerſum.vbi Aret.de libe. & poſthum.
14 d.l.ſpecies.in fi.
15 d.§. ſi ab hoſtibus. inſti. quib.mod.ius pat.po.ſol.
16 l.omnia ferè.vbi not.de reg.iur.
17 d.l.ſub conditione. vbi Bartolus.
18 Feli. & Dec.c.at ſi clerici.§.j.de Iud.
19 l.fluminum.§. quanquā eius.de damn.infect.l. ſed ſi plures.§.ad ſubſtitutos. vbi Aret.de vulg.
20 d.l.ſi ego.
21 d.l.ſingularia. d.l. licet. §.quoties.
22 d.l.ſub conditione.
23 d.l.oſſa.in fi.de relig.
24 Aret.l.j.§. per procuratorem.ſ.tit.j.
25 d.l.interdictum. vbi Aret.ſ.tit.j.
26 l.j.C.de dot.promiſ.gl. l.cùm poſt.§. gener. de iur. dotium.
27 l.j.vbi Soc.ſol.mat.
28 c.ij. de filiis presbyter. in 6.c.nō poteſt.c.fi.de præbend.in vj.
29 §.adfinitatis.inſt.de nuptiis.Bar.d.§.quinimò.& l. ſi tibi.de pact.
30 l.ſi quis rem.de polici.
31 d.l.ſi aliquam rem. ſ.tit. j.l.qui rē.C.locat.vbi Doct.
32 l.neque pignus. de reg. iuris.
33 l.nunquam.ſ.tit.ij. Bart. & Doct.l.j.§. ſi vir vxori. ſ. tit.j.
34 in d.l.ſi aliquam rem.
35 l.quod Labeo. de compenſat.
36 glo.j.in prin.verbo,corporaliter.vbi dixi.ſ.eo.
37 l.quid aliud. de ver.ſig.
38 l. quoties. de præſcript. verb.C.de pact.inter empt. vbi dixi.
39 l.in bonę fidei.C.de pac.
40 l.Papinianus exuli. de minor.

hæc ſententia Vlpiani † reſponſo [1], quo traditum eſt,ſi vt fideiuſſori donem, creditori ſol-
uero,dari actionem mandati fideiuſſori,aduerſus principalem debitorem.Quòd ſi filiusf.
vel ſeruus ſit,is fideiuſſor nō dari,ne ſcilicet duplex fictio inducatur, ꝙ voluerit donare il-
lis, & iterū quòd per illos patri. ſed ego accepi ideo actionē mandati ſaluā fideiuſſori eſſe,
quia donationis cauſa ſolutū eſt,quæ filio, vel ſeruo nō poteſt videri facta donatio:cùm res
eis non remaneat, ſed omnis vtilitas patri vel domino quæratur [2]? alioquin quid obſtat,
quin ſicut vera ſolutio à ſeruo facta à domino facta cēſetur [3],ita etiā ficta pro ſeruo in con-
ſequentiā pro domino quoq; accipiatur.Bar.hîc aliter Vlpiani reſpōſum intelligit, vúltq;
verſiculo vltimo ſuperiorē corrigi,& clauſulā illam, *Si ſeruus fideiuſſor ſoluerit.* interpretatur,
id eſt,alius pro ſeruo fideiuſſore ſoluerit, quæ expoſitio verba legis violat, nec veriſimilis
eſt [4],vt meritò omnes recentiores hîc eam damnent. Illud ergo certius adduci potuit,ꝙ IX.
fictionum * remedia ſubſidiaria ſunt [5].quòd exorbitantia à regulis iuris,ideóq; reſtringen 183
da ſint.nec facilè multa huiuſmodi congerēda [6].idque verū eſt:ſed nō ſequitur,quin ſi ſub-
ſit cauſa ſufficiens,aut æquitas, tolerandum id non ſit [7], alioquin ſi † cauſa ſufficiens non 184
ſubſit,non admittit lex duas fictiones,etiam ſi ex diuerſis fontibus oriantur [8]. vnde quam-
uis tacitum legatum à voluntate teſtatoris proueniat,tranſlatio dominij in legatarium ex
facto legis,tamen vtrunque non concurrit,tanquam deſit æquitas [9].quod & aliis exemplis
oſtendi poſſet [10]. *Alciatus Ferrariæ, Idibus Iulijs, M. D. XLIIII.*

1 l.ſi verò non remunerandi.§.j.mand.
2 l.ſed & ſi pater.§.j.ad Macedon.
3 d.§.j.verſ.planè.ij.
4 l.non ad ea.de cōd.& de.
5 l.hæres.in fi.de fideiuſſ.
6 l.quod verò. cum ſequ.ſ.de ll.
7 d.l.fina.C.ad Vell.l.quoties.§.non tantū. de admin.tut.l.iij.in fin.verſ.nam & ſi is.de donat.inter vir.
8 l.ſi tibi decem.
9 l.ſeruū filij.§.j.de leg.j.
10 Curſ.ſen. conſ.lxxv.Afflicta.deciſ.cccxix.

S V M M AE.


1 ☞ *Reuocatoria actionis cauſæ.*
2 *Pignoris conuentionalis, & prætorij diſcrimen.*
3 *Reuocationem ex cauſis concedi, ac negari.5. 7. 12.*
8 *Tituli, quæ in frau. cred. reſtrictio.*
10 *Priuilegiatis creditoribus priuilegiatior.*
15 *Hypothecæ prioris vis.*
16 *Reuocatoriam hypothecario creditori ex cauſis negari. 20. concedi quandoque. 19.*
17 *L. Pupillus. ſenſus.*
18 *Hypothecæ natura.*
22 *Reuocatoriam ad pretium ob fraudem dari.*


## L. PVPILLVS. ff. QVAE IN FRAVD. CRED.

PVPILLVS. Vt reuocentur,quæ in † fraudem creditorum geſta ſunt, 1
oportet non ſolùm fraudem in debitore ſoluente eſſe, ſed etiam in acci-
piente: itémque quòd ea fraus effectum habuerit [11]. At cùm debitor præ-
occupat ſoluere creditori, non videtur ſubeſſe fraus aliqua: cùm credi-
tor id tantùm accipiat, quod ſibi debetur [12], & nemini facit iniuriam,
qui ſuo iure vtitur. meritò ergo pro regula conſtituendum eſt, tali caſu
nullum reuocationi eſſe locum, quod tamen perpetuum non eſt. & in primis (vt Accur-
ſius ait) cùm bona ex decreto prætoris poſſeſſa, vel ab vno creditore ſunt [13], non licet
alteri totum ſoluere, ſed quod ſupra ratam cæterorum ſolutum eſt. omnino reuocatur [14].
poſt bona enim poſſeſſa efficitur par omnium creditorum conditio: quia iam omnes ſci-
re poſſunt ſubeſſe periculum, ne debitor non ſit ſoluendo: vnde arguitur fraus præoccu-
pantis [15]. & quamuis aliàs in pignore † conuentionali æquali in cauſa potior ſit conditio 2
poſſidentis [16]. tamen in hoc prætorio non ita eſt [17]: quia poſſidens non ſibi ſoli poſſidet,
ſed etiam cæteris creditoribus: prætórque hac conditione cum in poſſeſſionem mittit [18],
ſed & antequam bona poſſeſſa ſint. Referuntur hîc duo caſus †, quibus reuocatio alie- 3
natorum in fraudem conceditur. Primus eſt, cùm vni ſolutum eſt per gratificationem,
id eſt, cum vtroque creditore inſtante, & ſolui ſibi poſtulante, maluit debitor alterum
præferre, & illi ſoluere: reuocabitur enim ad ratam [19]. Quod non ſolùm procedit, cùm
à principio bona vtrique non ſufficiebant. ſed etiam ſi ſufficiebant, quamuis ex poſtfa-
cto imminuta ſint, vt hîc apertè dicitur. Raphaël tamen & Puteus, carere hoc ratione
aiunt.nec enim fraus vlla debitoris fuit, cùm in bonis eſſet,vnde omnibus ſatisfacere poſ-
ſet. ergo edicto huic locus eſſe non debet [20]. reſtringendus igitur eſt hic caſus, cùm bona
debitoris ſoluendo non ſunt.ſed certè verba legis noſtræ talem reſtrictionem non patiun-
tur.cæteríque Doct. ea ſimpliciter accipiunt.cùm enim alius quoque inſtaret,vt ſibi ſolue-
retur,non fuit licita præoccupatio:& hoc ipſo arguitur dolus,quòd qui par in cauſa, & ſo-
licitudine,per alterius gratiam tardatus fuerit [21],& euentui dubio ſubiectus [22].Defendi ta
men iſtorum ſententia poſſet,cùm res omnino indiuidua deberetur.cùm enim vtrique da-
ri pars non poſſit, non poteſt videri fraudem * feciſſe, qui alterum prætulit [23]. quod Ang. 4
hîc docet.Alter eſt caſus † cùm vnus creditorū debitori inuito extorſit. Tunc enim id pro 5
non ſoluto habetur:ideóq; reuocatur.ſed videndū eſt,de qua extorſione ſit intelligendum.
& Din.Iacobúſque extorſionem hic intelligunt,quæ violenter,id eſt, vi compulſiua ſit fa-
cta,non autem per iudicem.quod & Angelus probat, niſi violentia hæc facta ſit licitè, pu-
tà fugienti & ſolùm vertenti [24], atque hoc etiam alij ſequuntur. At Oldradus, Alberi-
cúſque etiam ſi per iudicem cōpulſus quis ſoluerit locum eſſe huic exceptioni cēſuerunt [25].
lex enim ſimpliciter ait, ſi extorſerim inuito &c. aliàs cui dubium eſt violentiam hanc
damnoſam

11 l.ait prætor.§.j.l. ſi quis cùm haberet.ſ.eod.
12 l. qui autē.§. apud Lab.§.eo.l.nihil dolo.de reg.iur.
13 l.cùm vnus.ſ.tit.iiij.
14 d.l. qui autē. §. ſciendū.
15 Bart. d. l.ait prætor. §.ſi debitorem.in fin.
16 l.ſi debitor. de pign. l.j. de Sal.interd.
17 l. non eſt mirum. de pigno.act.
18 d.l.cùm vnus.
19 l.ſi non.§.j.ſ.tit.iiij. Bal. l.fi.§.& ſi præfatam. in fi. C. de iur.delib.
20 l.iij.§.ſi cùm omnes. ad Silan.l.fin.ſ.de relig.c. duobus.de reſcr.in vj.
21 arg.l.ſi non.ſ.eo.
22 l.verum. verſic. ſed hæc res.de min.
23 d.l.fi.de relig.l. ſi qs ſeruum.§.ſi inter.de leg.j.
24 d.§.ſi debitorem. cū gl.
25 l.j.C.ſi ex fal.alleg.



damnoſam alteri eſſe nō debere,cùm nec ipſi quidem debitori,qui vim paſſus eſt,noceat [1]?
6 Ego extorſionem * intelligo,quæ non tam vi, quàm perſuaſionib.fit [2]: ideóq; quod ſic ac-
ceptum eſt,ad conſtitutionem diui Marci nō pertinet. In caſu autem noſtro facit, vt reuo
cationi ſit locus: quia extorquentis dolum arguit [3], redditque nimia hæc affectatio ſuſpe-
7 ctum exactorem.Addunt hîc Iac.Rain.& Ang.alium caſum, † cùm nulla argui negligen-
tia creditoris poteſt,reuocabit enim ab eo, qui præoccupauit,argumento legis noſtræ,quę
vigilantibus ſuccurrit,negligentib.aduerſatur.At hîc non videtur fuiſſe negligens,qui nō
venerit cum ſacco paratus [4], aut credidit abundè ſupereſſe.Vnde omnibus ſolui poſſet,vel
à debitore præuentus eſt,qui ſtatim ad alium pecuniam detulit. Nec enim talis præuentio
attendenda videtur: cùm nec in cauſa quidem delationis ad fiſcum proſit [5], videntúrque
ita ſenſiſſe aliqui veteres, qui legi noſtræ locum eſſe duntaxat cenſuerunt aduerſus eum,
qui fuerit negligēs [6].ſed tamen hæc veterum ſententia recepta nō videtur.Et Raph.Com.
Puteúſque diſſentiunt:cùm nihil imputandum ſit creditori,qui ſuum recipit [7], nec tali ca-
ſu fraus aliqua ſubſit,in qua edictum reuocatorium fundatur [8]. & ſatis dicitur alius negli-
gens comparatione eius,qui ſibi ſolui procurauit [9]. nec enim lex noſtra de vera negligen
tia loquitur, ſed de ceſſatione qualis eſt dormientium: ideóque conſulit vigilantibus nec
exemplum præproperæ delationis ad fiſcum ſat conuenit,quia ſecundum Raph.procedit
quantum ſit ad excuſationem pœnæ eius qui fidem tacitam dederat, vel potiùs, vt ego ar-
bitror,quia lex potiorem cauſam eſſe voluit eius,cui relictum eſt,vt ipſe primo loco admit
tatur,quo ceſſante alij [10]. Et hæc quidem ſecundum materiam legis noſtræ,edictique reuo
8 catorij procedunt. Cæterum cùm huiuſmodi † edictum in ſubſidium à prętore propoſitum
ſit,conſtat ei locum non eſſe,quoties creditori alia actione prouideri poteſt [11]. quod Iacob.
Aret.& Alberic.cenſuerunt [12]. finge ergo inter ſocios agi. nec enim tunc melior erit occu-
pantis conditio, ſed actione pro ſocio redigendi omnes ad æqualitatem erunt [13]. Etenim
iudicium ſocietatis hoc ſuadet:ſufficítque illud,nec ad edictum noſtrum eſt recurrendum.
Pone rurſus,ex cohæredib.alterum plus parte ſua exegiſſe,cui dubium, quin familiæ erci-
ſcundæ iudicio ab altero conueniri poſſit [14]. Sed quid ſi partem ſuam duntaxat exegit? &
videtur conueniri non poſſe [15]. ſi tamen pro diuiſo corpus hæreditarium cohæres meus vē
dicauerit, ad contributionem pro rata tenebitur [16]. licet ſecus ſit, ſi pro indiuiſo partem
ſuam obtinuerit, quod & Bart.hîc ſentit, & alij tradidêre. Illud eadem ratione conſtat, ſi
per tutores creditori amplius ſolutū eſt,quam deberetur,poſſe à cæteris creditoribus con-
dictione indebiti reuocari [17]. Quòd ſi tutores dolo ſoluerint,redigentur omnes creditores
9 ad * æqualitatem ſecundum ſupraſcripta.ſi verò non de bonis hæreditariis, ſed pupilli ſol-
uerint,repetitio ipſi pupillo,qui abſtinuit,dabitur [18]. Sed quid de iis creditorib.reſpōdebi-
mus,qui priuilegiarij ſint? Et ſi in pari cauſa ſint omnes,nullum eſt priuilegiū, ſed locus eſt
occupationi, [19] ſecūdum tamen legis noſtræ diſtinctionem, ſi verò alterius cauſa maiore fa
uore digna ſit,is etiam in iure reuocandi,quod alteri ſolutum eſt, præfertur [20]. quod Acc.
10 tradidit † quo fit, vt multò magis ei præferendus ſit,qui nullo priuilegio nititur, quod in eo
traditum eſt,qui ab eo exegit,cui fiſcus vel alius priuilegiarius crediderit [21]. Idémque inter
creditores peculiares proditum eſt [22]. ſed & ſi filiusfam.mecum contraxit, & poſtea ſui iu-
ris factus ſit,nec patri ſucceſſerit,tibíque deinde ſe obligauerit, conſtat, te quamuis poſte-
riorem tempore,ceu priuilegiarium mihi præferri, adeò vt etiam in ſolutū pecuniam poſ-
ſit repetere [23]. Quo exemplo Petr.Cin.Alberic.exiſtimarunt,eum, qui cum eo contraxit,
qui bonis iam ceſſerat,pręferendum ei,qui ante ceſſionem credidit [24]. Sic is,qui Titio iam
11 Abbati credidit, ei præfertur, * qui ante ademptam dignitatem eum ſibi obligatum ha-
buit,quod Gul. Caſtrenſis,& Fulg.tradiderunt [25]. Hincque infertur,ſi negotiator tam Ve-
netiis,quàm Florētiæ foro ceſſerit,& ex mercibus Venetis Florentino ſatisfecerit,dandam
12 Veneto † creditori reuocatoriam actionem cùm in eis ipſe videatur præferendus [26]. ſubii-
cit Bar.potiorem eſſe priuilegiarij creditoris cauſam,ſiue is,cui ſpecies ſoluta eſt,poſſident
huic dolo poſſidere deſierit cenſetq; hoc Iacobi diſtinctioni adiiciendum fuiſſe. Sed cum
hæc reuocatoria actio in perſonā ſit,ſiue ex edicto noſtro oriatur [27],ſiue condictio ex lege,
ſiue indebiti ſit [28], non videtur id perpendendum,an iſte poſſideat [29], niſi de condictione
ipſius poſſeſſionis agatur [30]. Adiicit idem Bar. prædictæ diſtinctioni non eſſet locum, cùm
13 quantitas ſoluta eſt,etenim genus * perire nō poteſt [31], ideóq; ſemper is,qui exegit,pro poſ-
ſeſſore eſt, quam ſententiam & ego ſequor,cum vt ſuprà dixi, actio hæc in perſonam ſit, in
qua non multum refert, an reus conuentus poſſideat [32], cùm perſonalis actio non ſequa-
14 tur rem. Sanè & qui ex cauſa * oneroſa creditor eſt,reſpectu eius, qui lucratiuam prætēdit,
priuilegiarius eſt, iúſque repetendi habet,quod obiter Iaſon ait [33], & verū videtur. Finge,
donaſti Titio mille, deinde mecum cōtraxiſti.ſicut erga Titium eam exceptionem habe-
bas ne ampliùs, quàm facere poſſes, conueniretis [34], ita & ego ex ſua perſona etiam te in-
uito habebo [35]. & quod ad eam ſummam attinet, Titio præferar, ſecundum tamen legis
noſtræ

1 l.extat. ff. quod met.cau.
2 l.j.C.ne fil.pro patr.
3 l.cum poſteà.vbi dixi.C.de pact.
4 l.ſi ſeruos.de pig.acti.
5 l. edicto. §. cùm ante. de iur.fiſc.
6 gl.verb.nullo.ij.ſoler.
7 d. §. apud labeo. l. ſumma.§.j.de pecul.
8 d.l.ait prætor.§.j.l. tutores.de cond.indeb.
9 l. non enim. ſ. ex quib. cau.mai.l.debitor.ſ.tit.ij.
10 d.§.cùm ante. cùm glo.
11 l.j.de diſtr. pig.
12 arg.l.de hæreditate.l.fi. C. de petit.hær.
13 l.verùm.§.ſi cùm tres.ſ. pro ſocio.
14 l.item labeo.fam.erciſ.
15 l. Lucius.eod.titu.l.fi.C. depoſ.l. ſi Titius. pro ſocio.
16 l.Pomponius.de rei vēd. l.j.§.j.ſi pars hær.petat.
17 l.tutores.ff. de cōd.ind.
18 d. l. ſi non expedierit.in fine.
19 l.inter.de re iud.l. ſi hominem.in fi.depoſ.
20 d.ll.& glo.l. priuilegia. ſ.tit.iiij.
21 l.pecunia.C.de priu.fiſc.
22 l.ex facto.de pecul.
23 l.iij.ſ.quod cum eo.
24 Alberic.l.iij.C. de bon. auct.iud.Raph.l.ij.ſ. de ceſſ. bon.
25 in d.l.iij.arg.l.j. §. ſi filiifam.ſ.tit.ij.
26 l.procuratorib⁹.§. ſi plures.de tribut.vbi Caſtr. Raphaël.ſ.d.l.priuilegia.
27 glo.d.l.ſi non.§.j. verb. communicandum.
28 d.l.tutores.vbi not. d.l. fi.§.licentia.
29 Iaſ.d.l.inter.
30 l.indebiti.§. ſed ſi nummi.de cond.ind.
31 l.in ratione. §. incertæ. ad l.Falc.
32 l.fi.§.fi.de contr.empt.
33 Iaſ.d.l.inter.per glo. in c.ij.de reſc.vj.
34 d.l.inter.
35 l.ſi cui. C. de non num. pec.

noſtræ diſtinctionem.quod Raph. Com. cenſuit[1]. Supereſt, vt de creditore hypothecario
diſputemus.Et conſtat eum,qui † tempore prior eſt,habere ius reuocandi,quod poſteriori 15
eſt ſolutum.Hinc ea eſt certa ſpecies,ſiue pecunia[2]. Etenim in ea quoque ius pignoris eſt[3],
idque ſiue reus poſsideat,ſiue dolo deſierit poſsidere[4]. Sed tamen id tres recipit declaratio
nes.Et in primis ſi hypothecæ † ſint pares tempore,nulla eſt reuocatio, ſed potior eſt, qui 16
poſsidet[5]. Quid ergo ſi poſsideat gratificatione, vel extorſione? Et videretur ſecùs eſſe,
arg.legis noſtræ.Sed contrarium fortè eſt verius.lex enim noſtra † in perſonalib.actionib. 17
loquitur.at realia iura quomodocunque acquiſita poſſeſsione confirmantur[6]: idque ego
arbitror verius,& legis verbis magis conſentaneum, itémque rationi, cum reuocatio ex
edicto prætextu doli fiat, vt ſupradixi, hic autem ex conuentione & iure in re quæſito ori-
tur.Quòd ſi à principio vna hypotheca fuit,quæ deinde in duos heredes fuit tranſmiſſa,&
alter exegit partem ſuam, an qui negligens fuit, à cohærede contributum ſibi fieri obtine-
bit? Socin. negat. Ant. Fauenſis contrà[7]. Rurſus natura † hypothecæ ea eſt, vt aduerſus 18
poſsidentem detur. Vnde ſequitur, vt ſi creditor poſterior,cui ſolutum eſt,non poſsideat,
ſed bona fide rem poſsidere deſierit, conueniri hac actione nequeat[8]. niſi tamen in ſubſi-
dium in eo,quod vltra id,quod ſibi debebatur,remãſiſſet[9]. quod Bar.ait,vel niſi dolo vſus
accipienda eſſet[10], vel niſi actor non ſolùm hypotheca,ſed etiam priuilegio potior eſſet[11].
vel niſi legis auctoritate creditor remaneret fraudatus.Hoc enim caſu † ſpecialiter à Iuſti 19
niano conſtitutum eſt ius reuocandi eſſe[12]. Sed quid in pecunia dicemus? pone, obligaue-
ras mihi omnia bona tua,deinde ſoluiſti mille aureos Seio poſteriori creditori,qui eam pe
cuniam conſumpſit,an nihilominùs eum hypothecaria conuenire potero?& videtur poſſe
quod diſertè hîc Iac.Aren.tradit, tanquam res extet, etenim genus perire non poteſt[13], vi-
detúrque hoc ſentire hîc Bar.aítque Raph.hanc eſſe communem ſententiam, quam Alb.
hîc probat,& non pauci alij aliis in locis[14].ſed tamen Bar. vbique videtur ſenſiſſe contra-
rium qui † ſimpliciter nõ poſſe hunc non poſsidentem inquietari ſenſit[15]. quantitas enim 20
non in genere, ſed tanquam certum corpus obligata cenſetur[16]. vnde, ea conſumpta, pi-
gnus deficit. Quòd ſi conſumpta pecunia, rei vendicatio extinguitur, nec ad tantundem
dandum agi poteſt[17]. conſequens eſt, vt idem in hypothecaria quoque dicamus, quæ ipſa
quoque in rem eſt.Et cum ad certam ſpeciem detur, ex regula iuris in ea nõ poteſt vna res
alterius loco ſuccedere[18]. Et ſicut pecunia * loco rei non ſuccedit[19], ita nec pecunia loco 21
pecuniæ ſubrogatur[20]. quod & Raph.hîc tradidit,videtúrque verior hæc ſententia,ſaluis
quibuſdam caſib.Et in primis Bal.[21] in hypotheca rei vniuerſalis,putà,mercimonij,rem lo
co rei ſubrogari cẽſuit,vt cùm negotiator dotem accepit, nihilominus poterit merces ven
dere,& venditarum loco aliæ promiſcuè ſubrogãtur[22]. Addit idem Bal.ſi ſecundus credi-
tor non legitimè inſolutũ pignus iudicis auctoritate accepit, eo amiſſo, nihilominus ſaluũ
ius pignoris priori eſſe in pretio[23], nimirum ſentiẽs ſecus eſſe,ſi à debitore ſibi ſatisfactum
eſſet, vel aliàs legitimè adiudicatio facta.Subiicit hîc Raph.& rationem fraudis conceden
dam actionem ad † pretium aduerſus hunc,qui dolo malo deſiit poſsidere, vel fraudem fe- 22
cit,qua pignus alteri priori obligatum extinguentur.quod ſatis ſentit Bar. & rationem ha-
bet[24]. Sanè videtur & fraudem feciſſe,qui poſtquam mercator decoxit,creditori alicui ſol
uit.non recepta cautione ſi alius prior exiſteret,ei reſtitutũ iri[25].Cæterùm & quoties prior
ex cauſa onerosa,ſequens ex cauſa lucratiua creditores eſſent, in ſubſidium propter quan-
dam æquitatem,etiam re à ſecũdo conſumpta,daretur primo actio ad pretium[26].quæ ſen-
tentia receptiſsima eſt.Sed & ſi is prior creditor nõ ſolum hypotheca, ſed etiam priuilegio
potior eſt,verius videtur ad pretium etiam re conſumpta,aduerſus ſequentẽ agere poſſe[27].
quod ſentit hîc Bar.priuilegia enim actiones perſonales reſpiciunt,in quibus non adtendi
mus,an res ſit conſumpta, ſeu à reo bona fide non poſſeſſa, cùm ſecùs ſit in ſimplici hypo-
thecaria. Et ſecundum hunc caſum arbitror loquutos, qui in ſpeciem diſſentire videban-
tur,vt Ioan. Andr.Ioan.Fabr.Alberic.& ſi qui ſimiles.

FINIS.

Franciſcus Alciatus Iuriſconſul. Lectori S.

*Cùm in ſuperioribus animaduertiſſem Alciatum noſtrum in interpretatione huius contextus ea tantùm latinè tractaſſe, quæ ad ſenſum, rationemque verborum pertinere ſunt viſa, ipſam autem proteſtationum materiam, (quam alij interpretes adtigêre) intactam reliquiſſe: id ea ratione factum credidi, quòd ſatis eſſe putarit, alio in loco argumentum hoc non indiligenter diſpoſuiſſe[28]. Et quanquam id animo meo propoſuerim eas tantùm barbaras interpretationes edere, quas in latinum ſermonem ab ipſo conuerſas non reperiſſem, attamen, cùm in huius paragraphi commentariis, quæ nunc ſubiiciuntur, depræhendiſſem celebrem illum & ſanè quàm frequentẽ proteſtationũ tractatum maiore copia, & dilucidiore, quàm alibi enarratione explicatũ fuiſſe: ſtatui ea ex integro qualicunq; orationis filo ſint cõtexta, publicare. quod & alibi in explanatione totius cõſilij Galli Aquilij obſeruaſſe volui[29]. Rectè autẽ id factum ſit nécne, tuo ſtabit lector iudicio.*

SVMMAE.

1 Raph.§.d.l.priuilegia.
2 l.ſi fundus.§.in venditione.de pig.
3 l. idémque. in fi. qui pot. in pig.
4 d.§.in venditione.
5 l.ſi debitor. de pig.l. j. de ſalu.iterd.l. ſi nõ dominus. qui pot.in pig. Socin. xxxv.
6 l.ſi fundum.de fund.dot.
7 tract.pig.v. par.ij.membro.no.xxxij.
8 l.j.de diſtr.pign.
9 l. ſi prior. in prin. q pot. in pign.
10 l.qui à debitore.§.eo.
11 l.deferre.in fi.de iur.fiſc. d.l. pecuniã. Rom. conſ.iij.
12 d.l.§.fi.licentia.
13 d.§.incertæ.
14 Io. And.in ſpec.de obli. Io.Fabr. §. item ſi quis. de act. Bal.d.l.j. de diſtr.pign.
15 Bar.& alij.d.l.j.& l.Claudius.C.qui pot.Ant.Fan.vj.par.ad fi.
16 l.planè.§.j.de leg.j.
17 l.ſi filiusfam.ſi cert.pet.
18 l. quidã. de in rem verſ.
19 l.ſi.C.de diſt.pig.
20 gloſſ.l. ſi minor xxv. filio.de min.
21 Bal. l.vbi.verſ.tunc ego. C.de iur.dot.
22 l.ſi eum ſeruum. vbi dixi.ſi cert.pet.
23 Bal.d.l.j.de diſtr.pig.l.ſi prior.in prin. q pot.in pig.
24 d.l.qui à debitore.
25 arg. l. procuratoris. in fi.de Tribut.vbi Caſtr.
26 l.mater. C. de rei vend. ale.cõſ.cviij.in v.ad fi.dixi. d.l.ſi filius.Fauẽ. tract.pig. v.par.j.membro.nu.lxiii.
27 d l. pecuniam.d.l.deferre.in fin.Deciſ. Neap.cxc.& in nouiſſ.lxxviij.
28 l.deteſtatio.ff.de verb. ſignifi.
29 in l. Gallus. ff. de lib.& poſth.



SVMMAE.


1 Tranſmitti ius, facta non item, ad hæredes.
4 Donata non tranſmitti.
5 Nuntiationem non tranſmitti quandoq; contrà. 6. 18.
9 Nuntiationem morte finiri: ex cauſis contrà. 13.
10 Nuntiationis cauſa, & effectus. 19.
14 L. Prætor. §. hoc interdictum. ſenſus.
21 Impenſas ex cauſis præſtat hæres.
25 Prohibitionem ex cauſis alienatione non perimi.
26 Satis non det hæres.
29 Proteſtationem variè definiri. 33. 41.
37 Teſtationum ſpecies & differentiæ.
43 Denuntiandi formæ.
46 Denuntiandi vim habentia nomina.
48 Proteſtationum genera, effectus, & formæ. 54.
50 L. Neſennius. explicari.
56 L. Si tibi. de adi. lega. ſenſus.
60 Proteſtationi obeſt interuallum: ex cauſis contrà. 66. 67.
69 Proteſtationi non obeſſe contraria: ex cauſis contrà. 71.
70 Proteſtamur contra ius fruſtrà. 95.
75 Proteſtamur rectè non conſentire iudici incompetenti.
76 Proteſtemur declarando præſenti. ex cauſis contrà. 80. 81. 84. 85. 88.
77 Proteſtatio incerta ſpecialiter in caſibus intimanda: intimationis forma.
78 Teſtimonium abſente parte reuocabile.
79 Procuratoris reuocatio non intimanda.
83 L. Codicillis. §. j. de leg. ij. explicari.
86 L. Si filius. ff. ad Macedon. ſenſus.
90 Proteſtandum voce quandoque ſcripto.
92 Proteſtandi, forma. 113.
93 L. aut, qui. ff. quod vi explanari.
95 Emphyteuſin etiam ſaluo domini conſenſu, committi: quandoque diuerſum.
96 Proteſtari contra obligationem non licere.
99 Veriſimilitudinis effectus.
103 Proteſtatur coniunctus.
105 Proteſtatio inhibitoria ex cauſis nulla, quandoque valida. 6.
108 Auctoris laudandi forma.
109 Proteſtamur incitatoriè vbique & quandocunque. quandoque diuerſum. 111.


## §. MORTE. L. NON SOLVM.

1 S MORTE. Pro intelligentia præmitte, quòd ea, quæ † partium conſenſu corrobo-
rata ſunt, regulariter ad hæredes tranſeunt, ſicut contractus.l.veteris. C.de contra. &
commit.ſtip.l.ij.C.de pact.inter emp. & ideo in his hæredum mentio ſuperfluè adiicitur.
l.eum,qui ita.§.j.ff.de verborum obligationibus. l. ſi pactum.ff.de prob.l.ſi neceſſarias.§.
de vendendo. ff. de pig.act. & quod not.Bart.in l.ſtipulatio iſta.§. ſi quis ita.circa fin.ff.de
verborum obligationibus. & eſt ratio,quia propter mutuum conſenſum iure ciuili,vel gentium oritur
obligatio, quæ eſt iuris vinculum.inſt. de obl.in princ. & ideo effectus iuris producunt.l.iuris gentium.
ff.de pactis. l. Labeo. §. contractum.ff.de verborum ſignificatione. Quæ verò vnius partis voluntatem
ſolùm habent,cenſentur facti eſſe,ideóque ad hæredes non tranſmittuntur.gloſſ.ſuper verb. continge-
rit.§.ex conditionali.inſt.de verborum obligationibus. & ibi Angel. de Aret. & facit gloſſa in l. ſi vxor.
2 C.de cond.inſer. Hinc eſt quòd declaratio voluntatis * regulariter ad hæredes non tranſit.l. inter ſti-
pulantem.§.ſi ſtichum.vbi Bart. infrà, de verborum obligationibus.animus enim facti eſt.l. pro hære-
de.ſuprà,de acquirenda hæreditate. Hinc eſt etiam,quod ſi quis ſtipulatur ſibi aut Titio dari, non po-
teſt hæredi ipſius Titij dari. cùm enim ſit adiectus, & obligatio in eo nulla fundata ſit, ex quo ipſe non
3 eſt ſtipulatus,nihil tranſmiſit.l.cùm quis.infrà de verborum obligationibus. idem videmus in*deditio
ne,antequàm enim acceptata ſit,nullum ius parit, vt dicit M. Tullius in Topicis ad Trebat.quo gene-
re,inquit,Mancini cauſa defendi poteſt,poſt liminio rediiſſe, &c. & poſt pauca, quoniam non ſit rece-
ptus: nam neque deditionem neque donationem ſine acceptione intelligi poſſe.de quo etiam eſt tex.in
4 l.fi.ff.de legatio.in donatione † quoq; idem eſt.vnde ſi quis donat abſenti, qui moriatur ante acceptatio-
nem, non tranſmittitur tale ius in hæredem donatarij, etiam ſi ſtipulata ſit donatio à notario,arg.l.ſi
ego.§.ſi res.ff.de iur. dot.ſecundum Paul.de Caſt. conſilio cxcv. viſis his, quæ narrantur.in ſecundo.in
5 nouiſſimis.Dec.conſi.ccxxvj. & ita vidi pluries conſultum. Eadem † ratione introductum videtur,
vt, facta nuntiatione, noui operis, ſi nuntians moriatur nihil tranſmittat: quia iſte actus ex ſolo nun-
tiantis facto & voluntate dependet,meritò facti eſſe cenſetur, & ad hæredes non tranſit.& iſta eſt ratio
6 primæ partis iſtius tex.quòd ſi conſenſus nuntiantis interuenerit,putà † ſatiſdatio,tunc fieret tranſmiſ-
ſio in hæredes. l. prætor. §. hoc interdictum. j. eodem.ſecundum intellectum gloſſ. quem tenet Bart. &
Imol. hîc, & etiam ſequitur D. Alexand. arg.l.ſi defunctus.cum gloſſ.ff. de procur.licet alij hîc contra-
rium teneant,de quo infrà dicemus. Idem putarem,quando vltra nuntiationem extraiudicialem nun-
tians adiiſſet prætorem, & petiiſſet eam iudicialiter confirmari.iux.gloſſ. & docto. Bar.in l.de pupillo.
§.qui opus.ſuprà eod.& not. in l.iij.§.miſſum.ff.de Carb.edic.nam tunc propter vigorem, & fomentum
iudicij tranſmitteretur. arg. gloſſ.in authent. generaliter.in verb. conſcribat. C. de epiſc.& cler.& in l.
eum pro quo. ff. de in ius voc. & ita poteſt intelligi l. in iudicio. ij. ff. famil. erciſcund. de quibus infrà
7 dicetur. & facit ratio, quia inſtantia * iudicij regulariter tranſmittitur in hæredem .l. ſi conſtante.
§. finali.ſoluto matrimonio. capitulo quia Gu. de iudic. licet Iaſon.hîc in primo notabili aliter ſentiat.
8 mouetur quia ſicut deficit voluntas nuntiantis per * mortem, & conſequenter ipſa nuntiatio, vt hîc
dicitur, ita etiam deficere debet ius pro ea confirmanda competens facit gloſſa in l. certi conditio.
in prin.ſi certum petatur.& textus in capitulo cùm ceſſante.de appell. Sed reſponde,quòd voluntas pe-
rit morte,quando ſtetit in puris terminis voluntatis,& nullum aliud fomentum accepit,quod non eſt in
caſu

caſu noſtro per ſuprà dicta, & vide quod infrà dicam poſt Bart. in materia proteſtationis verſi. ſed quæ-
ro, an finiatur. Summa, & diuide tex. vt hîc per Iaſ. Nota † primò quòd nuntiatio ex parte nuntian- 9
tis non tranſmittitur ad hæredes nec ad ſucceſſorem particularem. ratio adſignatur in tex. quia mor-
te, vel alienatione finitur ius prohibendi: ſua enim ampliùs nõ intereſt: & ſic ceſſat ratio nuntiationis,
quæ † fuit introducta iuris noſtri conſeruandi cauſa. l. j. §. penul. ſuprà eodem, & ſi dicas, imò noſtra in- 10
tereſt, vt poſsimus conſulere hæredi noſtro, vel etiam ſucceſſori particulari arg. l. ſi pactum. de prob. re-
ſpondet Bart. quòd iſtud procederet in iure reali, quod ad ſucceſſorem tranſmitti poteſt, ſed nuntiatio
reſpectu nuntiantis eſt perſonalis: quia dependet ex eius voluntate, vnde finitur morte, ſicut & man-
datum. §. item ſi adhuc. Inſt. mand. & cum Bart. tranſeunt Doct. ſed tu aduerte, quia iſtud ſimile de man-
dato non videtur bonum. Primò quia in pluribus caſibus mandatum morte non finitur, quos referunt
Bartol. Angel. Iaſ. in l. penul. verſi. placebat. ff. ſi certum petatur. in quibus non eſt credendum nuntiatio
nem tranſmitti: quia eſſet contra generalitatem iſtius tex. & nimium limitaretur iſte §. Secundò quia
mandatum in rem ſuam morte non finitur. l. illam. C. de don. & per Bart. in l. j. C. de act. & oblig. & ta-
men nuntiatio non tranſit in procuratorem in * rem ſuam puta in eum, qui emit, & cui ceſſæ ſunt actio 11
nes, vt eſt tex. hîc, talis enim emptor dicitur procurator in rem ſuam. l. fi. §. Titius. ff. de cond. ind. Vnde
tu dic veram rationem eſſe, quam ſupra dixi, in euidentialibus: & ita debet etiam declarari mens Bart.
qui æquiparat nuntiationem * mandato, quia ſicut mandatum tametſi acceptatum, tamen reſpectu 12
eius cum quo exequendum eſt, dicitur eſſe adhuc in ſola voluntate mandantis re integra, ſicut & nun-
tiatio, & in hoc ſimilitudo eſt bona, & ſatis eſt quòd ſimilitudo ſit reſpectu eius, de quo agitur: licet in
cæteris ſit diſsimilitudo. cap. non poteſt. in principio de præbendis. in vj. Amplia prædictum notatum
vt nuntiatio non ſolùm morte extinguatur, ſed etiam per ſuperuenientem furorem: dicitur enim ceſ-
ſare voluntas, ſicut & in mandato. l. ſi quis alicui. ff. de acquirenda hæreditate. & per Bart. & Angel. hîc.
Vnde etiam ſi ceſſaret deinde furor, tamen nuntiatio non reconualeſceret vt ibi habetur. & facit l.
j. §. ſi filius. de legatis, & fideicommiſsis tertio. & l. qui ex liberis. §. teſtamento. ff. de bonorum poſſeſsio-
ne ſecundum tabulas. Limita † nunc primò prædictam concluſionem, quando res non erat integra 13
per l. Prætor. §. hoc interdictum. infrà eodem. ſecundum ſolutionem gloſſ. Bart. & Doctorum commu-
niter. ſicut videmus etiam in mandato. §. item ſi adhuc. Inſt. mand. Sed dubium eſt, quomodo intellige-
mus iſto caſu rem integram. pone, quòd nuntiauerim tibi nouum opus, & tu ſimpliciter ceſſaueris, cer-
tè non videtur res integra, imò nuntiatio habuit effectum ſuum, & conſequenter deberet hoc caſu
tranſmitti. facit ratio, quia ex quo acquieuiſti nuntiationi non ædificando, reſultat quidam tacitus con
ſenſus ex ceſſatione oriens, arg. l. alienationis verbum. infrà, de verb. & rerum ſignificatione. ſed tamen
ego ſentio contrarium: quia tex. in dicto §. hoc interdictum. † loquitur, quando res non eſt integra: quia 14
nuntiatus voluit ædificare contempta nuntiatione, quo caſu habet locum interdictum reſtitutorium,
vt opus factum tollatur ſecundum Raph. Com. in dicta l. Prætor. in princ. & eſt de mente gloſſ. ibi. &
tenet Iacob. de Aren. & Alberic. de Ro. & Raph. Com. in l. j. in princ. ſuprà eodem. vbi ſum ſecutus in ij.
notabi. vnde non debet intelligi etiam quando nuntiatus paruit, nec obſtat tacitus conſenſus: quia ex
non ædificando. & ſic ex ſola ceſſatione non arguitur iſte conſenſus arg. gloſſ. in cap. cùm acceſsiſſent.
in verb. contrauenerunt. de conſti. Inno. in cap. olim. iij. de reſt. ſpoliat. But. Gemi. mod. in cap. gratum.
de offic. delegat. Secundò limita, vt non procedat quando facta nuntiatione, fuit data ſatiſdatio. nam
tunc tranſmittitur in hæredes, & ſic ſecundo modo intelligitur tex. in d. §. hoc interdictum. & hoc te-
net gloſſ. Bart. Imol. & d. Alexand. ſed tamen ille tex. non videtur, quòd capiat hunc intellectum: quia
loquitur de interdicto, quod competit, quando ædificatum eſt, non præſtita ſatiſdatione: vbi verò præ-
ſtita eſt, non competit eiuſmodi interdictum: idq; veriſsimum eſt, & probatur per d. l. prætor. in prin. &
ibi gloſſ. in verb. remitti. & §. primo. eod. titul. Limitatio tamen in ſe videtur vera: quia iſta ſatiſdatio
tranſiit in contractum, & contractus ad hæredes tranſmittuntur. dicta l. veteris. C. de contrah. & com-
mitt. ſtipul. l. viam. C. loc. per Mod. in l. ſi ſic ſtipulatus. ij. infrà, de verborum obligationibus. & ſic ceſſat
ratio, de qua ſuprà dixi, pro qua opinione etiam adducit Alexan. tex. iuncta gloſſ. in l. ſi defunctus. ff. de
procur. Contrarium tenet Angel. Raph. Com. & Paulus de Caſtro, & Iaſon, hîc quia ſi nuntiatio ex-
tinguitur morte, ergo & ſatiſdatio, quæ eius naturam imitatur. l. j. §. ſi quis ſub conditione. ff. vt lega.
no. cau. confirmat Iaſ. per regulam quòd actio ſubrogata, * eſt eiuſdem vitæ cuius prima glo. in l. certi 15
condictio. in princ. ff. ſi certum petatur. Item quia ſatiſdatio fit propter nuntiationem: vnde ceſſante
nuntiatione, & ſic cauſa, debet ceſſare etiam effectus. cap. cùm ceſſante. de app. Item quia quando pro-
curator ſatiſdedit ante litem conteſtatam mortuo domino, nihilominùs dicitur res integra, & man-
datum morte extinguitur. l. ſi præcedente. in princ. ff. mand. ſecus ſi ipſe dominus ſatis dediſſet, quo ca-
ſu procedit. d. l. ſi defunctus. vt ibi per gloſſ. & Bart. ſed tu non recede à prima opinione, quę eſt commu-
nior, non obſtante regula dicti §. ſi quis ſub conditione. quia procedit in ſtipulatione quæ tendit in
executionem actus, vnde ſecundum eius naturam interpretatur. ſed iſta cautio non præſtatur in exe-
cutionem nuntiationis, imò inducitur ad eius effectum tollendum, & ideo debet ex ſui natura regula
ri. vnde etiam ceſſat argumentum Iaſ. non enim eſt verum, quòd ſatiſdatio ſubrogata ſit nuntiationi,
nec eius acceſſoria. nec eſt verum, quòd nuntiatio extinguatur, cùm ſatiſdatio faciat rem non eſſe inte-
gram. Nec obſtat dicta l. ſi præcedente. quia procedit in ipſo procuratore rei ſatiſdante, ſed in caſu
noſtro



noſtro eſt ipſe Dominus nuntiatus, qui ſatiſdat: vnde ſumus in caſu dictæ l. ſi defunctus. quamuis etiam
aliter poſsit dici, non enim in caſu dictę l. ſi præcedente. tex. dicit præſtitam eſſe aliquam cautionem, &
potuit eſſe, quòd actor eam non petierat. l. qui proprio. §. j. de procur. Tertiò limita quando alienatio
fieret ex cauſa neceſſaria: nam tunc nuntiatio tranſit in ſucceſſorem etiam particularem. l. in iudicio.
ſecunda. ff. fam. ercíſ. vbi, ſi quis nuntiauit nouum opus, & fundus cuius cauſa nuntiauit, alteri adiudi-
cetur, hæc nuntiatio ei proderit. & ita tenet gloſſ. hîc, cum qua tranſit Raphaël Com. ſed contrarium
communiter tenetur: quia etiam alienatio, quæ fit per mortem dicitur neceſſaria. l. ſi hominem. ff. de
ædil. ed. & not. in l. peto. §. fratre. iuncto §. prædium. de legat. ij. & tex. in dicta l. in iudicio. debet intelligi,
quando res non erat integra. Quartò limitatur, quando quis nuntiaſſet pro ſe, & ſuis hæredibus:
nam tunc non finitur morte ſecundum Bart. hîc per tex. in l. diem. §. j. de arbit. & l. ſi verò non remune-
randi. §. fi. ff. mand. facit l. cùm antiquitas. C. de vſufruct. & quod de precario videmus in l. cùm preca-
rio. §. fi. ff. de precar. & cum Bart. alij tranſeunt. Ex quo notabiliter infertur ad quæſtionem, quando
quis donauit Titio abſenti, & eius hæredibus, & notario pro eo ſtipulanti, ſi Titius moriatur antequàm
acceptet, dictum fuit ſuprà donationem non valere ſecundum Paul. de Caſt. conſi. cxcv. in ij. nunquid
ſaltem poterit acceptari per hæredes? doct. Bart. hîc facit, quod ſic ego dubito: quia hîc ipſe nuntians
pro ſe principaliter nuntiauerat, & pro hæredibus, quibus potuit, & præſumitur voluiſſe acquirere. l. Iu-
lianus. infrà de verbor. obligat. & notat. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. eod. titul. ſed in prædicto caſu vi-
detur facta mentio hæredum, vt admittantur quatenus donatarius acceptaſſet. d. l. eum, qui ita. §. j. cùm
donans veriſimiliter nullam affectionem habeat ad illos hæredes, niſi quatenus primus acceptauerit,
facit quod notat Bald. in l. iij. C. quib. ad lib. procl. & l. & adiecit. ff. pro ſocio. & quod not. Dec. conſi.
ccxvj. ampliat hanc limitationem Paul. de Caſtr. vt poſsit quis tranſmittere nuntiationem etiam in
ſingularem ſucceſſorem, quando nuntiauit pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus, etiam ſingularibus. nam tunc
tenebitur nuntiator cedere tale ius illi emptori. arg. l. j. §. fi. ſuprà, eod. ſequitur Iaſon hîc quod intelligit
ſecundum doctrinam Bart. in l. Iulianus. §. ſi fundum. in fi. ff. de verb. oblig. ſed tu aduerte, quia in con-
16 trarium eſt regula generalis, quæ habet, quòd quæ in hæredẽ * tranſmiſsibilia non ſunt, non poſſunt ce-
di. l. ſi pluribus. ff. de admi. tut. & cùm hîc ſit tex. quòd nuntiatio in hæredes non tranſmittatur: ergo nec
cedi poteſt. nec dicas, quòd imò tranſmittitur, ſi eorum mentio facta ſit, ſecundum Bar. hîc: quia non eſt
eadem nuntiatio quæ tranſmittatur à teſtatore in hæredem: ſed alia noua, quam teſtator eius nomine
facere potuit, vt declarat Bart. poſt Pet. in l. iiij. §. Cato. in vj. quæſt. de verbor. obligat. Secundò obſtat,
quia quamuis quis poſsit hæredi ſuo ſtipulari, & acquirere, non tamen poteſt particulari ſucceſſori ea,
quæ ſunt meri facti, habentur enim loco extranei, vt per Bart. in l. continuus. §. fi. verſ. ſed quid, ſi ſtipu-
laretur. ff. de verbor. obligat. Tertiò facit, quia non intereſt illius: cùm enim res ſit integra, poterit ipſe
de nouo nuntiare: ergo non poteſt illi ſtipulari, vt dicitur in gloſſ. arg. l. ſi ita ſtipulatus fuero, te ſiſti. §.
poſſum. eod. titul. & tex. in d. l. j. §. finali, ſuprà eo. loquitur in vſufructuario, qui eſt procurator in rem
ſuam, cuius mandatum morte non extinguitur, etiam re integra. d. l. illam. C. de donat. cum ſimilibus.
cogita tamen. Quintò limitatur, quando parum de opere factum eſt in vita defuncti, ita quòd res
non ſit integra, poſt mortem verò perfectum eſt, tunc deſtruitur totum, & tranſit nuntiatio in hæredem
etiam pro opere futuro præcedentibus annexo, ſecundum. l. ſi tutor poſt pubertatem. ff. de tut. & ratio.
diſtra. & ita tenet Bar. hîc, & bene, & hoc propter connexitatem, de qua per Felin. in cap. tranſlato. de
conſtitut. Sextò & vltimò limitatur, quando, facta nuntiatione, petiiſſet nuntians coram iudice eam
confirmari, & nuntiatus contradixiſſet, líſque eſſet conteſtata: non enim amplius dicitur res integra
ideo fit tranſmiſsio arg. dictę l. ſi defunctus. & ita intelligit Bart. in dicta l. de pupillo. §. qui opus. ſuprà eo.
17 vt ſuprà dixi. Secundò not. quòd nuntiatio ex * parte nuntiati dicitur eſſe in rem, & ideo tranſmitti-
18 tur † in hæredes, facit. l. de pupillo. §. ſi plurium. & §. nuntiationem. l. j. §. aduerſus. ſuprà eo. & l. operis.
infrà eo. imò ligat etiam ſingularem ſucceſſorem. l. fi. & l. ſtipulatio. infrà eo. & ratio eſt, quia prætor hoc
remedium conceſsit reſpectu rei videlicet ædificij, ne de eo damnum fiat vicino. facit quod habetur in
d. §. ex conditionali. inſt. de verbor. oblig. vbi legatum, vel hæreditas non tranſmittitur ex parte credi-
toris, ſed ex parte debitoris, ſic vt ibi per Angel. quia reſpectu debitoris res dicitur affecta, licet enim
ex parte nuntiantis nuntiatio ſit meræ facultatis, vt declarat Bart. in l. j. §. fi. ſuprà eodem. tamen poſt
19 nuntiationem † non poteſt nuntiatus ædificare: quia res eſt adfecta, ne in ea ædificetur, & ſic largo
modo quædam obligatio paſsiua ipſi nuntiato adhæret, ne ædificet, quæ ad hæredes tranſmittitur, &
ideo quando nuntiatus ſatiſdat de demoliendo, quod contra factum fuerit, non ſolùm per ſe promit-
tit, ſed etiam per hæredes ſuos, vt dicitur in textu: intellige hoc procedere, vt hæres ipſe teneatur ad
patientiam tantùm, quia patiatur deſtrui quod contra prohibitionem factum eſt, non autem ad impen-
20 ſas, vt eſt tex. in l. penul. infrà eodem, vbi etiam ponitur ratio. huiuſmodi enim impenſæ * ſolutio cede-
ret in pœnam: at in pœnam hæres non ſuccedit. l. j. infrà, de priua. delictis. vnde etiam ſequitur, vt hæ-
res ſolum teneatur ad id, quod ad eum peruenerit. l. prætor. §. hoc interdictum. infrà eodem. in tribus
21 tamen caſibus tenetur ſucceſſor etiam ad impenſas, & ſic inſolidum. Primus eſt, quando † lis iam
fuit conteſtata cum nuntiato qui deceſsit, tunc enim perinde tenetur, ac principalis. l. ſi tertius. §.
officium. & §. finali. infrà de aqua pluuia arcenda. Secundus eſt in prælato, qui ſucceſsit alteri præla-
to, qui nomine eccleſiæ, non obſtante nuntiatione, ædificauerat. cap. ij. extra de ope. no. nunt. & ratio
eſt,

eſt, quia eadem perſona dicitur conueniri, ſcilicet eccleſia ſecundum Bart.& Doct. in dicta l. penul. &
Abb.dicto capitulo ſecundo.de quo dic, vt per eos. Tertius eſt, quando nuntiatus ſatis dedit de opere
demoliẽdo.nam tunc tenebitur hæres inſolidum ſecundum gloſſam Dinum, Bartolum, Albericum,&
alios communiter hîc: cùm enim per ſatiſdationem nuntiatus releuetur, vt interim poſsit ædificare
in alio, ex ea grauatur, vt inſolidum eius hæres teneatur. In contrarium tamen facit ſecundum An-
dream de Piſis iſte textus. Ex quo apparet, quòd hæc ſtipulatio non fit ad augendum obligationem,
aliàs argumentum iuriſconſulti non eſſet bonum: quæ opinio confirmatur per rationem, nam * ſti- 22
pulatio interueniens in contractu nunquam facit vt quis in plus teneatur,licet efficaciorem obligatio-
nem inducat. l. ſi ſtipulatus.ſuprà de vſur. l. damni infecti.in titul.j.l.j.§. belliſsimè.ff.vt leg.no.cau.Ale-
xand. in l.j.in fi.ſ̃.de pact. per Iaſ.in rubr. j̃. de verb. obligat. ſed tamen non recedendo à communi, re-
ſpondetur, quòd magna eſt ratio differentiæ inter hos caſus. quando enim nuntiatus ſatiſdedit, ver-
ba ſatiſdationi ſunt, *Eum, hæredémque ſuum reſtituturum ſuis ſumptibus: quicquid factum fuerit*, vt eſt gloſſ. in l.
ſtipulatio. in princ. j̃. eod. meritò hæres inſolidum tenetur, quia verba hæc inferunt, & ex contractu
tenetur, qui ad hæredes tranſit.d.l. veteris. & talis ſtipulatio ſponte interponitur,cùm poſsit nuntiatus
non ſatiſdare,dummodò interim non ædificet, vnde ſi ſatiſdat,vt interim fruatur commodo ædifican-
di, debet etiam ſubire hæres incommodum promiſsionis. Sed in caſu textus noſtri quando ſatiſdatio
non eſt præſtita, tenetur tantùm hæres non ex contractu,ſed ex diſpoſitione legis, meritò ad eam pœ-
na legalis non tranſit.l.j. C. ex del.defunc. quòd ſecùs eſt in pœna conuentionali.d.l. j. ff. de priua. del.
ſecundum Alexand. & Iaſ. hîc meritò igitur mentio hæredis in ſtipulatione iſta non auget obligatio-
nem, * & ita procedit iſte tex.ſed per hoc non ſequitur, quin ipſa ſtipulatio augeat talem obligatio- 23
nem. Vnde, etiamſi hæredis mentio in ſtipulatione facta non eſſet, idem putarem: quia omnino iſta
ſtipulatio ad hæredem tranſit. Nec obſtat, quòd ſtipulatio non debet facere, vt hæres in plus teneatur
quia reſpondet Bart. quod illud procederet in ſtipulatione acceſſoria actui, quæ eius naturam imita-
tur.in hoc caſu ſtipulatio non eſt acceſſoria actui, ſed ex ſe pendet ſicut operatur in fauorem nuntia-
ti,vt interim ædificet,ita vice verſa debet operari in fauorem nuntiantis vt hæres inſolidum teneatur.
arg. l. eum qui. ff. de iureiur. & ex iſtis duobus notabilibus eſt expedita materia tex. & gloſſ.in iſto §.
Tertiò not.ibi ſicut alienatione rem quòd per alienationem * extinguitur ius prohibitionis, & ſic in- 24
tereſſe ipſius nuntiãtis. vnde infert Din. Alber. de Roſ. Angel.& Iaſ. hic ad quæſtionem, quod ſi archi-
tectus promiſit mihi per ſtipulationem facere ædificium in tali area mea, ſi alienem aream, extin-
guitur obligatio: quia ampliùs mea non intereſt, per iſtum tex. ſequitur Rom. in l. ſtipulationes non
diuiduntur. j̃.de verbor.oblig.ſed tu aduerte,quia iſte tex.parum facit,cùm (vt ſ̃.dixi) eius ratio ſit pro-
pter debilitatem iuris, quod per nuntiationem conſequimur: cùm ſit actus ſolius nuntiantis. vnde ſi
interueniat actus etiam nuntiati,puta quia ſatis dederit, aliud eſt ſecundum communem opinionem.
concluſio tamen in ſe eſt vera, & probatur in l.ſi ſub vna. §. j. per gloſſ.in l.ſtipulationes non diuidun-
tur.in j.gloſſ.eo.titul.& reg.l. pluribus. §. & ſi placeat. ff. de verbor.obligat.maximè cùm ex facto ipſius
ſtipulatoris deſinat ſua intereſſe.l.& ideo. ff. de cond. fur. & Docto.Bart.in l.qui autem.§.illud.ff.ſi quis
caut. & per Iaſ. hîc. Limitatur ea † concluſio ſecundum Dinum & Alber. quando eſſet adiecta pœ- 25
na. §. ſi fundum. tunc enim non adtendimus, quòd ſtipulatoris ampliùs non interſit. l. ſtipulatio iſta. §.
alteri.ff.de verbor.obligat. ſequitur Iaſon hîc. ſed ego dubito, quia promiſſor non debet teneri ad pœ-
nam, niſi in caſu negligentiæ. l. ita ſtipulatus magna. de verbor. obligat.ob gloſſ.& Doct. in cap.ex re-
ſcripto.de iureiur.in glo.fin.& quando promiſit,ſi ſtipulator vetuiſſet eum ædificare,fuiſſet abſolutus à
pœna.l.iure ciuili.§.quibus.de cond.& dem.ergo idem ſi emptor vetuit, qui habuit cauſam à ſtipulato-
re.arg.l.ſi ſeruus.ff.de cond.furt.hoc enim caſu nulla illi negligentia imputari poteſt,& facit quia idem
videmus in intereſſe quòd non petitur, ſi ampliùs ſtipulatoris non intereſt.l. ſi eum. §. qui iniuriarum.
in j.reſpon.ff.ſi quis caut. l. ſi procuratorem. §. mandati actio ibi ceſſat mandati,&c.ff.mand.& tali ca-
ſu valet argumentum de intereſſe ad pœnam ſecundum Bart.d.§.illud.vnde ego putarem hanc fallen-
tiam reſtringi debere quando emptor non vetaret,& facit quod notat Alex.poſt alios in l.ſi inſulam.j̃.
de verbor.oblig.Secundò limitatur,quando ante alienationem promiſſor iam fuiſſet in mora & inter-
fuiſſet iam creditoris rem eſſe factã.l.j.§.ſi fundum.ff. de aq. quot.& æſti. non enim debet mora eſſe vti-
lis moroſo.l.& ſtichum.verſ. ſanè. j̃. de ſolut. & per Alexand.in l.ſi inſulam.in eo.titul.nec eſt imputan-
dum ſtipulatori qui rem ſuam licitè potuit vendere quia in re ſua quilibet moderator eſt, & arbiter,
vt eſt tex. l. in re mandata, C. mand. Tertiò limitatur, quando adhuc ſtipulatoris intereſſet, vt quia
promiſiſſet emptori,quod dictum ædificium conſtrueretur. l. ſi in venditione. verſi. ſi quis in tradendo.
ff.com.prædior.& d.l.j.§.ſi fundum.Lud.Rom.in d.l.ſtipulationes nõ diuiduntur. & Iaſ.hîc. Sed quid ſi
ad finem ne ſtipulatio extinguatur,dicat ſtipulator ſe promiſiſſe venditori,nunquid ſtabitur dicto ſuo?
& text.in d.l.ſi in venditione.probat quòd non: quia ſicut ibi ex poſtfacto non poteſt venditor conſti-
tuere ſeruitutem alteri, ita non debet neque poſſe confiteri arguendo de pacto ad confeſsionem.l.tale
pactum.in prin.ff.de pact.& vide Alexan.conſi.xxxj.viſis in ſecundo Felin.in c.inter monaſterium. ex-
tra de re iudi. Quartò limita,quãdo promiſſor teneretur mihi ex contractu oneroſo, vt quia habuiſſet
pretium,vel aliquid loco pretij.nam quamuis vendã fundum fortè propter neceſsitatem aliquam meã
non videtur æquum,quod iſte lucrifaciat illam ſtipulationem, ſed potiùs deberet mihi teneri quantùm
verisimili



veriſimiliter exſoluiſſet,vt ab illa obligatione liberaretur,arg.l.in ſumma.verſ.in frumento.ff.de cond.
ind.& ideo,ne locupletetur cum aliena iactura,debet mihi teneri ex æquitate.l.ſi me & Titium.ff.ſi cer
tum petatur.& facit etiam quod notat Paulus de Caſtro in l. ſi merces.in princ. ff. locati. Quintò limi-
tatur, quando venditor ceſsiſſet actionem illam emptori. nam etiam ſi actum ſit,ne ex hac cauſa ven-
ditor de euictione teneatur,& ſic eius non interſit,nihilominùs promiſſor non erit liberatus, argumen.
gloſſ. in dicta l. ſi ſub vna. §. j. & facit l. fluminum. §. adiicitur.l.damni.§.emptor.infrà titul.j. & l. eum
qui.in princ.& l.ſi vendidero. ff.de fur. & hoc tenet Paulus de Caſtro in dicto §. j. quia ſecundum eum
intereſt noſtra, ſaltem vt qui habet cauſam, à nobis plenius ius conſequatur per textum in l. ſi tibi. §.
ſi pactus. in vltimo reſponſo. ff. de pact. de quo dicendum, vt ibi per Aretinum & alios. Quartò no-
26 tat. ex finali textu quòd in ſatiſdatione † mentio hæredis nihil operatur, quia etiam ſi eius mentio fa-
27 cta non ſit, tamen hæres eſt obligatus. In contrarium facit regula vulgaris, quòd verba * in quacunq;
materia debent ſemper intelligi,vt aliquid operentur. l. ſi quando. ff. de legat.j.cap.ſi papa.de priuil.in
vj.per Felinum in cap.j. cap. Rodulphus.de reſcrip. cap. ſi prohibens. de mat.& obed. cap. quam ſit.de
Iudæ. Iaſon in l. non dubium. C. de legib. in l. j. ff. ſi quis in ius vocat. Sed ad hoc poteſt reſponderi,
quòd illa regula non habet locum in contractibus, ſed ſolum in vltimis voluntatibus, in quibus fit la-
tior interpretatio: in contractibus enim potius credimus eſſe inculcationem verborum.l.pediculis.§.
Labeo.ff.de auro & argento legato.per quem tex. ita tenet Alberic.de Roz. in l. j. ff. de officio procura-
toris Cæſ. ſequitur Felinum in cap.ſolitæ.de mai. & obedien.Sed tamen iſta ſolutio non eſt vera: quia
imò etiam in contractibus verba debent operari,vt per Bartolum in rubrica. C. de contrahen.emp.in
nona quæſtione.imò maxime in contractibus verba operari debent, vt dicit Alexand.in conſil.xxxvj.
in ſecundo argumento.l.hanc legem. ff. de contrahen. empt. Hinc eſt,quòd ſi dominus promiſit inqui-
lino illum non expellere, durante tempore conductionis,intelligetur etiam in caſibus, quibus aliàs de
iure poſſet,ſecundum Angel.in l.ædem. C. loc. & ſi dominus conceſsit emphyteutæ per pactum, quod
poſsit alienare,intelligitur etiam ſe inconſulto, ſecundum Salic.in l.fin.C. de iure emphyt.& ibi Iaſon
& Imola.c.potuit. de loc. Alexand. conſil. clxxij. viſo themate.in ſecundo.& eſt communis concluſio,
28 licet conſi. cvj. in quarto. variauerit. Et ſi feudatarius ex pacto non * poſsit alienare,non poterit neque
ſubinfeudare ſecundum Baldum in cap.j.§.prætereà.de cap.Corr.ſequuntur Mod.in cap. quæ in eccle-
ſiarum.in fin.de conſtitut. cum tamen aliàs poſsit cap.j. §. ſimiliter. de legat. Corr. & facit quod notat
Socinus conſilio lxxv. in primo.vbi ſi res ſit prohibita per legem vel teſtatorem alienari, & vlteriùs
per pactum in contractu idem diſponatur, intelligetur vt non poſsit neque in caſibus aliàs permiſsis.
§. ſanctiſsimas. in authentico de alienatione, & emphyteuſi. & ſic apparet illam opinionem Alberici
& Felini non eſſe veram. Secundo modo reſpondetur quod ideo non operatur, quia fuit expreſſum
id,quod tacitè ex natura actus inerat.l.non rectè.ff.de fideiuſſ.l.iij. ff. de legat. j. per Alexandrum conſi-
lio xxxiij.in j. & facit quod idem notat conſilio xxj. in v. vbi promiſsio de euictione in contractu diui-
ſionis non habet locum, quando res euincitur ex natura rei iuxta gloſſ.in l. ſi familiæ. C. familiæ er-
ciſcundæ.& reſtringitur ad diſpoſitionem legis, dato quòd verba nihil operarentur, quæ tamen deci-
ſio eſt dubia propter ſupradicta, & certè talis interpretatio videtur contra mentem partium. Sed de
hoc dic, vt dixi in tractatu præſumptionum in tertia regula, verſiculo xxxij. Tertio reſpondetur ſe-
cundum Iacobum de Aretio.& Oldradum Bartolum & cæteros,quod ideo nihil operatur: quia iſta ſa-
tiſdatio præſtatur ex neceſsitate cauſatiua, vt ſit cautum nuntianti: & ideo ſtrictè intelligitur, ne au-
gumentum obligationis inducat. Idémque eſt in aliis cautionibus prætoriis.dicta l. j. §. ſi ſub conditio-
ne.& not. in l. in prætoriis. ff. de prætoriis ſtipul. cum ſimilibus. Adde quòd idem eſt etiam in quibuſ-
cunque aliis promiſsionibus,quæ ex quadam neceſsitate præſtantur.l. fin. C. ad l. falcidiam. vbi Cinus,
Baldus, Angelus, Salicetus, Paulus, Corneus, & cæteri, & iſta ſolutio mihi magis placet. Expeditis
textualibus & gloſſ. Bartolus hic aggreditur materiam proteſtationis. Et primò quærit, quid ſit prote-
29 ſtatio, & refert definitionem antiquorum, vt ſit clamoſa teſtatio, † ad cautelam teſtantis inuenta, &
eam reprobat,quia poteſt fieri proteſtatio etiam citra clamorem,vt ſi fiat in ſcriptis.l.fin.C.de negotiis
30 geſtis.Alexander hîc & Iaſon ſoluant,quia etiam clamor dicitur * de ſcriptura. c. ex multiplici. de de-
cimis, ibi quietus clamauit. facit gloſſa finalis in cap. ſanctorum, de præſcrip. dum allegat. l. vt perfe-
ctiùs. C. de ann.exc. quæ loquitur in proteſtatione in ſcriptis: tamen iſta ſunt per improprietatem.
31 l. miles ad ſororem. ff. de legatis ſecundo. vnde ſtatutum puniens loquentem * non habebit locum in
ſcribente, vt per Alexandrum & alios in l. j. in princi. ff. de verborum obligationib. videtur tamen in
iure clamor accipi pro querela iudiciaria.c.euidẽtia.extra de accuſationibus.& ideo cùm teſtator gra-
uaſſet legatarium,ad ſoluendum omnes clamores,ſuos reſpondi de omnibus debitis intelligendum,de
quibus querela iudiciaria proponi poterat, ſed iſtud eſt ex craſſo quodam modo loquendi.definitio-
32 nes verò * propriè intelligi debent ſecundum Bartolum, & Doctores in l. j. ff. de teſtamentis. Contra
hanc definitionem etiam obſtat, quia aliquando proteſtatio fit etiam ad alterius, quam proteſtantis
cautelam,vt quando quis proteſtatur pro alio in caſibus, in quibus lex hoc concedit, vt l.j.§.pen.ſuprà,
eo.in l.j.C.ſi per vim vel alio modo.& infra videbimus. Vnde meritò tranſeundum eſt ad aliam defini-
33 tionem, & Bart. ſequitur definitionem Iuriſconſulti in l. deteſtatio. ff. de verb. ſig. † Proteſtatio eſt de-
nuntiatio cum teſtatione facta. Dicitur enim denuntiatio ad differentiam vltimarum voluntatum &
contract

contractuum dicitur, cum teſtatione, vt doceat poſſe fieri, & in ſcriptis, & ſine ſcriptis. Sed contra hanc
diffinitionem obſtant quatuor. Primò quia quod teſtes adſint vel ne, non videtur eſſe de ſubſtantia pro
teſtationis, ſed ad probationem tantùm, vt communiter concluditur in caſu fortiori in l. nemo poteſt.
ff. de leg. j. quæ verò ſunt in definitione arguunt ſubſtantiam, vt dicit Bart. in l. j. in princ. ff. de appell.
Secundò obſtat, quia fit proteſtatio, * etiam in libro rationum abſque teſtibus. l. Neſennius. ff. de neg. 34
geſt. ſed reſponde ex mente Bar. quòd * teſtatio eſt animi noſtri declaratio ſiue in ſcriptis fiet, ſiue coram 35
teſtibus, idem ſi in libro rationum. Tertiò fortiùs obſtat ratio Iaſ. nam denuntiatio * eſt ſynonymum 36
proteſtationis, non autem genus. l. ſi fundum. C. de rei vend. Vnde definitio caret genere, & ſic non eſt
bona. l. j. ff. de teſta. l. j. ff. de dolo. imo generaliùs nomen videtur eſſe proteſtationis quàm denuntiatio-
nis, quæ non continet niſi, eam quæ alteri nuntiari debet. l. ſi maior. C. de reſcin. vendit. quod etiam
ex etymologia vocabuli apparet, vnde aduertendum eſt, quod licet Bart. hîc ponat pleraque nomina
proteſtationis pro ſynonymis, tamen inuicem differunt, & in primis, teſtatio † nomen eſt generale quo 37
quomodo quis animi ſui ſententiam declaret. Iuſt. de teſta. in prin. l. ſcire oportet. §. ſiue autem. de exc.
tut. ſpecialiter verò accipitur, quando eſt facta coram teſtibus. l. j. §. ſed & ſi quis. infra, quod vi aut clam.
& l. fi. infrà pro dereli. vnde etiam dicimus teſtato nuntiare, vel conuenire & ſimilia. l. ait prætor. §. ſi
quis particeps. de his, quæ in fraud. cred. l. qui Romæ. in princ. & §. cohæredes. ff. de verbor. oblig. l. j. §. li-
cet. ff. de peri. & com. rei vend. Deteſtatio eſt denuntiatio, † quæ ad abſentem mittitur. l. ſubſignatum. §. 38
deteſtari ſecundum literam. Bart. l. deteſtatio. l. plebs. §. j. de verb. ſig. & iſtud eſt propter dictionem De,
quę auget, ſicut & in verbo, Deprecor, vt dicit Aul. Gell. lib. vj. c. xvj. tunc enim non ſolùm quis mentem
ſuam exponit, ſed etiam teſtes adhibet, & quidem rogatos. authen. rogati. C. de teſtibus. & ideo talis
proteſtatio eſt ſolennior: conteſtatio † propriè, actus duorum vel plurium, vt in iudiciis quando actor 39
mentem ſuam in petendo exponit, reus in negando: vnde & litis conteſtatio dicta l. j. C. de lit. conteſt.
idem & in exceptionibus. l. ſi quidem. C. de exceptionibus. l. emptor. C. de præſcrip. lon. temp. Sed &
quando quis de dolo vel metu proteſtatur, quia hoc conuocatis teſtibus facit, nec ad aduerſariũ tranſ-
mittit, conteſtari dicitur. l. ſi maior annis. C. de tranſ. l. metum. C. de his, quæ met. l. j. C. de his qui per
met. iud. Atteſtatio videtur * eſſe, quæ ad præſentem fit notificandi animi cauſa. l. fi. C. de neg. geſt. & 40
Horatius libet atteſtari, ego vero oppono auriculam rem. Atteſtatio etiam dicta teſtium ſignificat. l.
fi. C. de cur. lib. xij. cap. atteſtationes. extra, de deſp. impub. Proteſtatio eſt † quæ ante fit ad animi ſui 41
declarationem, & alteri non intimatur. l. j. §. quęadmodum. de lib. agnoſ. d. l. Neſennius. de neg. geſt. l. at
ſi quis. §. plerique. de relig. & ſump. fu. quamuis quandoq; etiam generaliùs accipiatur. l. generaliter. ver-
ſiculo nimis. C. de non nu. pec. Denuntiatio, eſt quæ ad * alium mittitur, & maximè in citatoriam con- 42
tinet. l. ſi fundum. C. de rei vend. l. ſi maior. C. de reſc. vend. & etiam ſicuti fit, vt infrà videbimus, vnde
etiam † fit denuntiatio teſtibus, vt veniant ad perhibendum teſtimonium. l. lege Iulia. ff. de teſtibus. 43
quia aliàs ſi ſe * ingererent, eſſent ſuſpecti. l. quæ omnia. ff. de proc. & ita etiam intelligitur. d. l. j. §. j. & ſeq. 44
de lib. agno. quæ prohibitoria erat. obnuntiatio veteribus dicitur. vnde obnuntiatio augurum. Cic. phil.
ij. fiebat etiam denuntiatio præſidibus per * nuntiatores de delictis, quæ in prouinciis committebantur 45
de quo habetur in l. ea quidem. C. de accuſ. l. ab accuſatione. ff. ad Turpil. vbi apparet has denuntiatio-
nes etiam dici notoria, licet Doctores non ita intelligant. Hi nuntiatores etiam vocantur Irenarchæ. l.
diuus. ff. de cuſt. reor. qui verò nuntiabant commiſſa in curia principum vocantur curioſi. l. j. C. de
curioſis. libr. xij. denuntiatio ſimpliciter etiam dicitur quandoque nuntiatio prout in hoc titul. & in l.
fin. infrà ad l. Iul. de annona. & ſic apparet inter has voces eſſe magnam differentiam, quæ etiam eui-
dentius apparet in aliis nominibus, quæ ex ſui ſignificatione aliquem particularem † denuntiationis 46
effectum denotant, vt prædictio, vetatio, interpellatio, prohibitio. de quibus hic per Bart. & ideo gene-
raliter diffiniendo tu dic, Teſtatio eſt † animi noſtri declaratio, iuris acquirendi vel conſeruandi, vel 47
damni depellendi cauſa facta, arg. l. j. §. iuris. ſupra eod. Secundò quærit Bart. quotuplex † ſit proteſta- 48
tio, & concludit eſſe quadruplicem quandam declaratoriam voluntatis, quæ propriè eſt teſtatio, vt ſu-
prà dixi, & ſub hac ſpecie compræhenditur etiam ea, quæ eſt iuris conſeruatoria. de qua in l. ſi credito-
res. C. de pactis. & in cap. ſolicitudinem. de app. licet Iaſ. hic dicat omiſſam à Bar. vbi ponit quoſdam
notabiles effectus. Secundò eſt proteſtatio prohibitoria ſeu inhibitoria, ne quid fiat. iſta propriè dicitur
obnuntiatio largè denuntiatio, vel nuntiatio, quia cum alio expediatur ſeu alij intimatur vt ſuprà di-
xi. Tertiò eſt incitatoria, quæ propriè eſt denuntiatio. Quartò certificatoria eius, quod eſt vel non eſt:
& hæc dicitur atteſtatio, vel cõteſtatio, vel proteſtatio, vt ſuprà dixi. Poſſent tamen fieri etiam aliæ ſub
diſtinctiones, ſed iſtud eſſet modicæ vtilitatis. de quo tamen vide Mod. in cap. cum M. Ferrarienſis. de
conſtitut. in antiq. Circa primam ſpeciem proteſtationis videlicet animi declaratoriam. Bartolus
eam diuidit in quinque partes ex prima parte collige quatuor concluſiones: prima eſt, quòd quotiens
per † talem declaratoriam me exonero, & neminem grauo, poteſt fieri vbicunque, nec partis præſentia 49
requiritur, dum tamen aliàs legitimè probetur. d. l. at ſi quis. §. plerique. l. qui in aliena. §. fin. de acquiren.
hæred. d. l. Neſennius. cum ſimilibus, & ex hac prima concluſione Bart. infertur, quòd ſi aliquis per ta-
lem proteſtationem grauaretur, tunc ea concluſio non procederet. vnde in caſu d. l. Neſennius † ſi illa 50
auia iuſſerit, & probaret proteſtationem ſuam per librum fortè, non deberet ſufficere, quia ſi abſque
proteſtatione cenſetur donaſſe alimenta, inductio proteſtationis nepotem grauaret, cui iam cenſeretur
donatum:





donatum: & ideo nõ ſufficeret probare proteſtationem per librum, ſed etiam oporteret probare, quòd
proteſtatio eſſet facta ante præſtita alimenta quo tempore non grauabatur nepos, & hoc propter peri-
culum anticipationis diei, quam in libro ſuo auia viuens facere potuiſſet. l. iij. ff. de fide inſtrumentor.
& quod notat Paulus de Caſtro conſilio cxxxiiij. in cauſa ſer. Ludoui. in j. quod bene nota ad teſtes re-
cognoſcentes apochas, vt non probent in præiudicium creditorum anteriorum, niſi etiam diem reco-
gnoſcant, quia aliàs eſſet parata via fraudibus. l. ſcripturas. C. qui potio. in pign. Ex hoc etiam infertur,
51 quod declaratio * animi ex poſt facto regulariter non debet admitti in præiudicium tertij. argumen. l.
ſi partem. §. fina. ff. quemadmodum ſeruitu. amitta. & facit quod not. Ange. Imo. Pau. de Caſtr. in l. j. ℐ. de
ſolution. vbi ex facto non poteſt creditor vel debitor declarare ſolutionem in quam cauſam facta ſit in
præiudicium tertij: quod intellige quando verba non inferrent talem cauſam de quo latiùs per Feli-
num in capit. cùm olim. de re iudicata. Pro iſta concluſione facit quia in his, quæ dependent à volunta-
52 te vnius tantùm, non duorum, valet confeſsio etiam abſente * parte putà ſuper ratihabitione hæredi-
tatis aditionis & ſimilibus, ſecundum Bartolum in l. certum. §. ſi quis abſente. ff. de confeſsis. & per Fe-
linum in capit. ſi cautio. verſiculo, fallit quarto. de fide inſtrumentorum. cum concordant. hîc per Iaſo-
nem qui infert quædam ſimilia, & maximè quod not. Angelus in §. ſi verò expreſsim. per illum textum
iuncta gloſſ. in authent. de hæred. & Falcid. vbi ſi quis approbat inſtrumentum tanquam verum, omnes
quorum intereſt, poſſunt vti tali approbatione. & ſic limitatur regul. dict. l. certum. §. ſi quis abſente. &
pro Angelo facit textus in l. deſiderium. C. de depoſi. & quod ibi not. Baldus. Adde quòd in contrarium
videtur docto. Barto. in l. admonendi. ff. de iureiurando. verſicul. item quæro quid ſi inſtrumentum. vbi
videtur concludere, quòd non proſit aliis, niſi quo ad ſemiplenam probationem. Item in contrarium
facit regula quod res inter alios acta reſpectu tertij non præiudicat. l. Sæio. de re iudicat. & ita tenet Fe-
lin. in dicto capit. ſi cautio. verſicu. fallit tertio. & hoc tenendo potes reſpondere ad dictum §. ſi verò ex-
preſsim. quòd ſoluens vni creditori integrum non obſtante Falcidia tenetur etiam integrum alteri ſol-
uere propter voluntatem teſtatoris, & quia lex præſumit contra hæredem: quia iam facto ſubtiliter cal
culo, ſolidum ſoluere cœperat. & hoc maximè tenendo illam opinionem, quòd hæres teneatur natura-
liter pro ſolutione eius quòd ſuprà Falcidiam eſt. de qua per Bartolum in l. j. de condictione indeb. Nec
obſtat, quod dicitur de filio approbante teſtamentum patris, iuxta l. filio. ff. de iniuſto rupto. quia cum
53 teſtamentum ſit indiuiduum, approbans * partem indiuidui, cenſetur totum approbare. l. j. de acquiren
da hæreditate. quod intellige in approbatione expreſſa ſecus in tacita, quæ fingitur à lege propter con-
54 tumaciam Barto. in l. eius qui. in fine. ff. de iure fiſ. Secunda † concluſio Barto. eſt, quòd proteſtatio ſim-
plex porrigitur ad actum qui incontinenti fit. quia quæ incontinenti ſubſequuntur, dicuntur ineſſe. l. le-
cta. ff. ſi certum petat. imo ea, quæ ante actum fieri debent, ſufficit, ſi fiant poſt, dum tamen incontinenti.
gloſſ. in l. Pomponius. §. rati. de procuratorib. quam exornat quibuſdam ſimilibus hîc Iaſ. & facit text.
in l. petens. ſecundum intellectum, quem aliàs ibi dedi. C. de pact. Si verò actus, ex interuallo ſequatur,
aliud eſt, quia per talem actum videtur potius tolli proteſtatio. l. per retentionem. C. de vſuris. l. cum in
plures. §. locator horrei. ff. locati. l. ſi tibi liberum. ff. de action. empti. & in l. ſi binarum. de ſeruitu. vrba-
55 norum prædiorum. Et pro hac concluſione facit ratio. Nam cùm intentio † magis depræhendatur ex
factis, quàm ex verbis. l. Paulus reſpondit. ff. rem ratam haberi. l. ſi tamen. §. ei qui. ff. de ædil. edicto. per
Baldum in l. non ignorat. C. qui accuſare non poſſunt. debemus in dubio potiùs ſtare actui ſubſequuto,
non obſtantibus verbis, quorum propter interuallum temporis ratio non videtur habita. Et ſicut quan
do quis proteſtatus eſt de actu quem incontinenti facere debuit, rationem temporis pœnituit: quia ex
interuallo fecit, ita etiam credendum eum pœnituiſſe ſeu voluntatem mutaſſe reſpectu ipſius prote-
56 ſtationis, argumen. l. ſi tibi certum. ff. de adimendis legatis. vbi † iuſſus de reſtituendo alteri, non cenſe-
tur repetitus, ex quo teſtator actum alterauerat, & quod prius legauerat deinde fideicommiſit. Et cum
hac concluſione Bartol. communiter tranſeunt hic Doctores, & in l. pacta nouiſsima. C. de pactis. & in
cap. cum M. de conſtitutionibus. vbi Abbas Felinus & alij. Sed tamen hæc concluſio videtur non be-
ne probari dictis iuribus. & primo. ad dictam l. per retentionem. vltra reſponſiones Iaſon & Modern.
hîc, & in dicto cap. cùm M. potes dicere, quod per nouam conuentionem maiorum vſurarum non cen-
ſetur obligaturum pignus: quia quæ inſunt ex conuentione partium ad commodum actoris, non cen-
ſentur repetita in ſtipulatione nouante, vt fideiuſſores, pignora, & pœnæ. l. ſi creditor. l. nouatio. ff.
de nouationibus. per Bartolum in l. aliam. ff. eodem titulo. Ad dictum §. locator horrei. reſponde-
tur, quòd ibi aduerſarius ignorabat proteſtationem: & ideo etiam ſi incontinenti actus fuiſſet ge-
ſtus, proteſtatio nullius effectus fuiſſet: quia in præiudicium tertij: & ita videtur eſſe magis commu-
nis intellectus. Sed tamen iſte intellectus, & etiam alij tres relati diffusè per Decium in dicta l. pa-
57 cta nouiſsima. cauillant textum qui non ſe fundat in hoc. & illa dictio, Propoſitum * apud Iuriſconſul-
58 tos non ſignificat intentionem tacitam, vt ipſi credunt: vnde tu dic, quòd horreum * accipitur pro
quocunque loco ad reponendum merces, cuius cuſtodia domino pertinet: vulgò dicitur magazinum
vel ſoſta, vt ibi probatur. & in l. j. C. locati. l. iij. §. effracturæ. de offic. præfec. vigil. & apud Apuleium.
libr. iij. is habebat propoſitum, id eſt, proſcripſerat. iuxta l. ſed & ſi pupillus. §. proſcribere. ibi palam
eſſet propoſitum. ff. de inſtitu. & facit l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. ibi propoſi-
tum erit, &c. ſe aurum argentum periculo ſuo non recipere, &c. ſi igitur recipit adhuc tenetur: quia ea

eſt natura illius contractus, vt horrearius ſuo periculo cuſtodiat, aliàs eſſet in facultate ipſius eum de-
cipere. l.j. in princip. ff.naut. caupo. ſtabulario. & ideo, non obſtante proteſtatione, tenetur, ſicut &
in nauta, & caupone dicimus.l.fina.§.item ſi prædixerit. ff.nau.caupo.ſtabular. Vnde iſte volendo eſ-
ſe horrearius cenſetur vſque à principio ad talem cuſtodiam ſe obligaſſe, quia hoc eſt de natura talis
officij. nec cenſetur per generalem illam proſcriptionem natura contractus & receptionis alterata fa
cit l.cum manu ſata.§. finali.de contrahen.emptio.l.ſi non fuerit.pro ſoc. Et ex hoc intellectu apparet,
quòd ibi non eſt in conſideratione an actus incontinenti vel ex interuallo ſubſequutus ſit, ſed quòd
generale propoſitum, ſeu proſcriptum per receptionem cenſetur remiſſum, etiam ſi parti innotuerit.
quod intellige, dum tamen pars expreſſè non conſenſerit. d.l. fin. §.item ſi prædixerit. & infrà videbi
mus ad d.l. ſi tibi liberum. & d.l. binarum. Reſpondetur, quòd loquuntur in non dependentibus ex me-
ra voluntate proteſtantis, ſed potiùs ex contractu. vnde ſi pòſt fiat actus ſimpliciter, non intelligetur
repetita conuentio: & ideo ibi non cenſetur ipſo iure impoſita ſeruitus, ſed ſolùm agendum eſt, vt im
ponatur, vt declarat Bartol.& Doct.in l. Titia.§. j.ff.de verbo.obligationib. Et ſic videtur hæc commu
nis opinio non bene probari iuribus, per Doctores allegatis. Vnde contra communem tenuerunt ple
rique hîc relati per Moder. Mouentur primò per l. ſi ita ſit adſcriptum. de legatis & fideicommiſſ.j. &
etiam l.ſi quis in principio teſtamenti.ff.de legat. & fideic. iij. quæ leges nimiùm reſtringerentur, ſi te-
neremus codicillos incontinenti factos. Mouentur etiam ratione, quia voluntas non præſumitur mu-
tata.l.eum, qui.ff.de probation. quod procedit etiam lapſo longo tempore. l.ſancimus. vbi Iaſ.in iij.
notabi.C. de teſtament. & in l.j. C.de ſeruis fugiti.& quod notat Bartolus in l.non ſolùm. §. ſi manda-
to.ff.de iniuriis. Pro qua opinione vltra alios adduco text.in l. talis ſcriptura. in fine.cum lege ſequen-
ti.infrà, de legat.& fideicommiſſ.j.ponderando dictionem, poſtea *, quæ ſignificat ex interuallo. cap. 59
non ſolùm. in princip.vbi Geminia.de appellation.in ſexto. Bartol.in l.fructus.circa finem.ſupra ſolu
to matrimo. niſi reſpondeas, quòd illud ſit, quia codicilli ſemper trahuntur ad mentem teſtamenti,&
vice verſa.l.Neſennius.in fin.cum l.ſequen.de excuſatio.tutor.l. Caio.de alimen.lega.l. finali.ad Sena-
tuſconſultum Trebellianum. Cornæus conſil.xliiij.in iij.& ita etiam poteſt reſponderi ad d.l. ſi quis. in
princip. Quid tenendum? conſidera quatuor caſus. Primus † eſt in contractibus ſeu in actu, qui cum 60
alio geratur. & procedit opinio Barto. quia ex interuallo eſt iuſta exiſtimatio alterius credentis, pro-
teſtatione receſſum. d.§. locator horrei.d.l. per retentionem. d.l.binarum. & in iſto caſu loquitur Bar-
tolus in d.l.pacta nouiſsima. in diſtinctione. Quem tamen caſum limita pluribus modis, vt per Iaſo-
nem in l.Titia.§.j.de verborum obligationibus.& etiam per text.in l.ſi verò.ff. de ædilitio edic. Secun-
dus caſus eſt in his, quæ abſque alio geruntur, vt in teſtamentis,&c. Et ſi ſubſequens actus non contra-
riatur proteſtationi, nec arguit aliquam pœnitentiam teſtatoris, porrigetur etiam ad caſus ex inter-
uallo factos.d.l.ſi quis in principio teſtamenti.& d.l.talis ſcriptura.in fine.cum lege ſequenti. Tertius ca
ſus eſt, quando arguitur aliqua pœnitentia: & procedit adhuc opinio Bartoli per rationem ſuprà di-
ctam, quæ bene probatur in dicta l. ſi tibi certam. & tunc ceſſat regula d.l. eum, qui. quia præſumitur
tali caſu mutatio ex quo pœnituit in tempore, dum quod incontinenti facturus erat, diſtulit ad inter-
uallum. Idem quando actus eſſet contrarius, quia ex tali præſumitur mutatio: illa enim regula intel-
ligitur rebus ſic ſtantibus, vt per Bartolum in l. quoties. §. ſi duo. ff. de hæredibus inſtituendis. & per
dominum Decium in capitu.primo. in ſecundo notabi. de iudiciis. & facit quia incontinenti quis non
præſumitur voluiſſe ſe corrigere, ex interuallo verò facilius capitur talis præſumptio.l. nam ad ea. de
condiction.& demonſtratio. Aduerte quia in hac materia ſunt plures regulæ, quæ ſimul inculcandæ
non ſunt. Prima eſt, quòd mutatio voluntatis * non præſumitur. de qua in dicta l.eum, qui. & dixi in 61
tractatu præſumptio.in ſecunda regula.verſiculo decimoſexto. Secunda eſt, quòd quæ in præfationi-
bus *dicuntur, cenſentur in contractu repetita. l. Titia. §. j. de verborum obligationibus.l. item quia. 62
§. finali. de pactis. Tertia, quæ ante contractum tractata ſunt, ſi omittantur, cenſentur per errorem o-
miſſa.l.ita ſtipulatus magna. in primo reſponſo. de verborum obligationibus. l. ſed & ſi me putem. §.j.
ff. de condictione indebiti. & vbi error in principali eſt, cenſetur etiam eſſe in conſequutiuis. Quar-
ta, verba ſimpliciter prolata * intelliguntur in primo actu. l.boues.§. hoc ſermone. ff. de verborum ſi- 63
gnificatio.l.matrimonij cauſa. in fine.ff.qui & à quibus. per Iaſonem in l.diuortio.§.quod in anno.ff.ſo
luto matrimon. Quinta verba * præſentis temporis vel etiam indefinita non trahuntur ad futurum.l. 64
ſi ſtipulatus fuero.§.primo.vbi Iaſon ponit plures fallentias. infra de verborum obligatio. extra iſtas
regulas quo ad materiam Bartoli hic tantum. Sexta ex præcedentibus * dictis declaratur intentio fa- 65
cientis.l.ſi ſeruus plurium.§.finali.de legatis & fideicommiſsis primo. etiam ſi extra illum actum dicta
ſint, vt per Bartolum in l.ij. in principio. ff.de vulga. etiam ex interuallo, ſecundum Baldum in l. pre-
cibus.C.de impuber. Quartus † caſus eſt cum verba reſpiciunt futurum, & ſunt generalia, nam tunc 66
trahuntur ad interuallum, nec finiuntur per primum actum.l.ſi ita ſtipulatus.ij.de fideicommiſſ.allega
ta hîc per Bartolum, facit l.quæro.locati. idem quando aliàs ex coniectura argueretur mens proteſtan
tis, non enim verificaretur in primo actu tantùm, vt per Bartolum in l. fideicommiſſa. §. ſi quis decem.
ff.de legat.& fideicommiſſ.tertio. & Iaſon in dicto §.quod ſi in anno.idem ſi ex natura rei, vt † quando 67
quis proteſtatur nolle præſtare alimenta animo donandi, cùm enim alimentorum præſtatio habeat
tractum ſucceſsiuum, ſemper durabit proteſtatio. dic.l.Neſennius. Idem quando ſubeſt ſemper eadem
cauſa,&



cauſa, & durat etiam ex interuallo, vt in eo qui proteſtatur, quòd per metum ingreditur religionem
dict.l.fina.in fin.C.quod metus cauſa. Bartolus in l.penult.ff.de condictione ob turpem cauſam. Bartol.
& Doctor.in l.qui in aliena.§.Celſus.de acquirenda hæreditate.vel quod ſoluit metu tyranni.l.penult.
circa medium.de condictione ob turpem cauſam.vel quod per metum contraxit matrimonium, vt eſt
gloſſ.in cap.ad id, quod.extra de ſponſalib. Alexand.conſilio xcviij. in fine.in iij. vel conſtituit dotem.
Calder.conſilio ij.in titu.quod metus cauſa. Andr.Siculus conſilio liij.in fin.in primo.& quod notat So
cinus conſilio xxvij.in iij. Idem ſi ex natura contractus vt in mandato de cuius natura non eſt quod ſta
tim per procuratorem mittatur executioni. & ita intelligitur quod notat Bartolus in dicta l. non ſo-
lum.§.ſi mandato.de iniuriis.poſt Innocentium in cap.ad audientiam.de homicid.quamuis etiam ad il
lud dictum poſsit reſponderi, quòd non loquitur in proteſtatione derogatoria ad actum ſequentem,
prout eſt caſus noſter. Vnde in eo ceſſat ſuprà dicta ratio. Idem, ſi actus ex interuallo tendit ad execu-
tionem præcedentis.l.ſi verò.ff.de ædil.edicto. & ita etiam poteſt intelligi Bartol. in dicto §. ſi manda-
68 to.& dicta l.ſi tibi liberum.& dicta l.binarum.traditio enim * tendit ad executionem venditionis.l.j.C.
de pericu. & commod. rei vend.ſecundum Aretinum in dicta l.Titia.§.j.& idem, quando ex illa prote-
ſtatione eſſet quæſitum aliquod ius proteſtanti, quia etiam ex interuallo non videtur ab eo receſsiſſe.d.
l.ſi tibi liberum.ſecundum alium intellectum, quem ſequitur Alexand.conſil.xxvij. in iij.de quo tamen
69 aliter loquitur Aretin.in dicto §.j.& Claud.hîc. Tertia principalis † concluſio Barto.eſt quod proteſta-
tio in his, quæ pendent à ſola voluntate diſponentis, non tollitur per contrarium factum, qui ſe cum ea
non compatiatur.l.qui in aliena.§.fin.ff.de acquirenda hæredi.dict.l.ſi quis in principio teſtamenti.& l.
ſi mihi & tibi.§.in legatis.& dict.l.ſi ita ſcriptum.& cum Barto.tranſeunt cæteri. Amplia etiam ſi prote-
ſtatio ſit contra ſubſtantiam materialem illius actus.l.per ſeruum.§.penult.ff.de vſu & habitat.vbi ſi le-
getur fructus, deducto vſu, propter proteſtationem deductionis vſus annullatur legatum. Sed tu aduer-
te quia aliqui Moder.dicunt hoc videri contra textum in l.huic ſtipulationi.§.ſed & ſi vſus. ff.vſufruct.
quemadmodum caueat.vbi videtur probari, quòd valeat legatum fructus abſque vſu. Sed tu omiſsis a-
liorum ſolutionibus, dic quòd ille text.fuit male intellectus per Modern. cùm enim ſtipulatio prætoria
in caſu illius tituli conciperetur, cùm vſuſfructus deſineret de reſtituendo, dicit Iuriſconſultus quòd ſi
quis non facta mentione vſus, ſimpliciter fructum legauit, in ſtipulatione abolebitur illud verbum v-
ſuſfructus, & ponetur ſolum fructus, & ſic vice verſa legato vſu non fiet in ſtipulatione mentio fructus.
Amplia ſecundò, vt idem ſit, quando proteſtatio eſt contraria conſequutionis ad factum, valet enim
proteſtatio, factum annullatur. dict.l.per ſeruum. §.penultimo. ſecundum aliam intelligentiam, & fa-
cit ratio, quia idem iudicamus de neceſſario conſequenti ad factum, quod de ipſo facto.l.pro hærede. §.
Papinianus.& ibi gloſ.ff.de acquiren.hæredita.l.ij. de iuriſd.omni.iudic. Nec obſtat l.j.§.j.ff.ſi vſuſf. pe-
tat.quia ademptio itineris ibi non eſt contra ſubſtantiam actus: vſuſfructus enim de ſe valet, licet iter
non detur, ſed eſt potiùs contra quoddam extrinſecum, quod ibi dicitur adminiculum facit. l. pacta
conuenta.vbi gloſ.de contrahen.emptio.& ideo magis adtenditur actus, facit l.cum precario.ff.de pre-
car. quod enim precarium reuocetur non eſt de ſubſtantia intrinſeca, ex qua actus conficiatur, & ita
ego ſoluo, & eſt ſatis de mente Barto.in l.vbi ita donatur.de dona.cauſ. mort. licet Doctores aliter lo-
quantur. & vide Felinum in cap.in noſtra.& in cap.ex parte decani. de reſcript. Mod.in authenti. in-
greſsi.C.de ſacroſanct.eccleſ. Amplia tertio, vt idem ſit in proteſtatione dependente ex facto duorum
dummodo ambo conſentiant, quia data paritate rationis valet argumentum de vno ad plures. l. ſin-
gularia.ff.ſi certum petat. Et pro iſta ampliatione eſt gloſ.in d.l. pacta nouiſsima.C.de pac.& facit tex.
in capitu.Cumana.de electio.in c.fina.de condi. apposi.& Abb. in capitu.per tuas.eodem titu. & ita o-
mnes tenent. quod intellige quando conſentiens eſt ille, cum quo principaliter actus geritur, aliàs ſe-
cùs. vt eſt textus in capitu. ij. quod metus cau.declarando vt hîc per Alexan. Declara prædictam con-
cluſionem Bartoli, vt procedat in his, quæ tam reſpectu proteſtationis, quàm facti dependent à mera
70 voluntate proteſtantis: alioquin ſi à factum à † diſpoſitione iuris penderet, aliud eſſet: quia proteſta-
tio non adtenderetur ſecundum Aug.& Mod.in l.iuriſgentium.§.quod ferè.ff. de pact.vbi ſi quis dicat,
litem conteſtor animo non conteſtandi, ſtipulor animo non ſtipulandi, intelligitur litem conteſtatus
vel ſtipulatus eſſe: quia iſta dependent à diſpoſitione iuris, pro qua opinione facit gloſ.fina. in capitu.j.
de arbitris. in ſexto. vbi in ſententia ſua non poſſunt arbitri per proteſtationem facere, quod in ma-
iori ſumma minor non inſit, quia iſtud à diſpoſitione iuris dependet: & ideo ſi quis proteſtetur, quod
non intendit litigare, & de facto litiget, illa proteſtatio nihil iuuabit ſecundum Deci. conſil.clxxxvij.
& quod dictum eſt de proteſtatione vnius, habet locum etiam in proteſtatione plurium, quia in his,
quæ dependent à legis diſpoſitione, eorum proteſtatio non adtenditur. c.cùm M. de conſtitutio.etiam
facit text.in cap.fina.de homicid.lib.vj.& doctr.Bar.in l.j.§.item ſolent.in fi.de offic.præfec.vrb.vbi de-
clarat.l.fina.C.de arbit.tutor.& procedunt iſta non ſolùm, quando proteſtatio eſt contraria facto, ſed
etiam ſi conſequutiuis ad factum d.c.cùm M.inducendo vt per Abbat.in d.c.Cumana.facit l.nemo po-
71 teſt.de leg.j.& l.alimenta cum glo.C.de negot.geſt.& ex quæſt.j.c.ij. Secundò declara † prædictam con-
cluſionem, vt non procedat, quando factum illud poſt proteſtationem cum alio gerendum eſſet, quia
tunc attenditur factum contrarium non autem proteſtatio.c.ſolicitudinem.extrà de appell.qui tamen
tex.loquitur in dependentibus à diſpoſitione iuris. Vnde meliùs facit.c.j.quod me.cau.& ita tenet Bar.

& ſequuntur alij qui pro hac opinione addunt text.in l.pro hærede.§.Papinianus.ff.de acquiren. hære-
ditate. qui optimè probat iuncto eo, quod idem eſt abſtinere, quod proteſtari ſe nolle adire. Intellige
hanc declarationem, quando aliàs actus eſſet præiudicialis huic, cum quo geritur, vt in caſu d.c.j.præ-
iudicaretur enim monaſterio, cùm quo per ingreſſum cenſetur eſſe contractum, vt ibi habetur. Item in
caſu dict.§.Papinianus ſtatuliber. niſi hæreditas adita eſſet, fruſtra daret cauſa conditionis implendæ,
vt declarat ibi gloſſ.in verbo, ſi ſolus. Et ideo ſi mulier etiam cum iuramento proteſtetur ſe non conſen
ſuram marito alienaturo fundum dotalem, ſi deinde conſentiat, non adtendetur proteſtatio in præiu-
dicium emptoris ſecundum Imo.in l.cum vir. in penult.chart.ff.de vſur. Ioan.Fab.in §.j.inſtitu. quibus
ali.non licet.Bald.conſilio cccccvj.in tres marchiones.in v.lib.Iaſ.hic & Alexand.conſi.xvj.pondera-
tis.in iij.quæ tamen opinio eſt dubia per gloſſam in cap.licet.de iureiurando.in vj.dic vt latiùs dixi cap.
cùm contingat.in ſexto notab.de iureiurando.mihi enim videtur, quòd alienatio non valeat, & ſic ve-
ra ſit opinio gloſſ. in dicto cap.licet. Sed poſsit agere emptor contra eam de dolo, quæ debuit admoue-
re eum de tali iuramento iam præſtito.argumen.l.j.in fin.ff.de actione empti.gloſ.in c.fin.in verbo, exi-
ſtit.de procura.in vj.per Fulgoſium in l.j.in fi. ff.de contrahenda emptione. Limitatur hæc ſecunda de-
claratio pluribus modis. Primò, vt non procedat, quando proteſtatio talis eſt veſtita ex aliqua iuſta cau
ſa veluti metu dic.cap.j.quod metus cau. vel propter iuſſum iudicis, vt per gloſſam in cap.ij.in verbo, ra
tionabili.de confeſſ.in vj.vbi Geminia. & in proœmio ſexti iuſſus enim iudicis præbet iuſtam cauſam,
vt per Ioannem Andream in cap.in generali.de regu.iu.in vj.& per D.præp.in dict.cap. ſolicitudinem.
& D.Claud. hîc qui adducit ea, quæ habentur in cap.paſtoralis.de exception. & in cap.præſentium. de
teſtibus. Secundò limita, vt non procedat in foro conſcientiæ: quia in eo ſtatur ſimplici declarationi
confitentis.cap.tua.de ſponſalib.& per Bartolum in extrauagan.ad reprimend.in verbo, denuntiatio-
nem.& habentur in capit.ſignificaſti.de homic. Tertio intellige, quando actus ſequitur proteſtationem
ex interuallo, ſecus ſi eodem tempore interueniret. tunc enim propter repugnantiam & actus, & pro-
teſtatio corrueret. l.vbi repugnantia.ff.de regu.iur.cap.tua.extra de ſponſal.& ideo ſi quis dicat, Obli-
go me animo non obligandi, non cenſebitur obligatus. l.obligationum ſubſtantia. §.fina.de action. &
obligatio. & per Bartolum infrà.& pro iſta limitatione facit gloſſ.in l.ſi debitor.§.j.ff.quibus mod.pign.
vel hypoth.& in l.ſi quis à filio.de legat.& fideicommiſſ.primo.& quod not. Barto. & Docto.in l. ſi fun-
dum per fideicommiſſum.eodem titulo. Et pro iſta limitatione facit dict.l.per ſeruum.§.penult.cum his
quæ ſuprà diximus in prima & ſecunda ampliatione, quæ procedit non ſolum in actibus dependenti-
bus ex voluntate vnius tantùm, ſecundum Alexand. hîc, ſed etiam in actu, qui geritur cum alio, ſi ille
alius conſentiret proteſtationi illi, vt per Ioannem Andream & canon.in cap.fin. de condi.apposi. per
d.Præpo.in dicto cap.ſolicitudinem. verſicu.fallit primo. iſto enim caſu eſt eadem ratio, quæ eſt quan-
do actus ab vnius voluntate dependet. In contrarium facit doctrina Barto.in authent.ingreſsi. C.de ſa
croſanct.eccle. Sed ibi loquitur, quando proteſtatio adiicitur per vim modi vel pacti, modus* enim im- 72
poſsibilis quia contra ſubſtantiam actus reiicitur, & actus ſtat firmus.dict.l.cum precario. poteſt tamen
dici quòd in dicta l.cùm precario. proteſtatio eſt in fauorem eiuſdem cuius & actus, vnde potiùs annul-
letur proteſtatio, vt declaraui in l.j.§.ſed ſi mihi Pamphilum.de verborum obligation. & ita etiam reſ-
pondetur ad l.ſi peculium.§.j.ff.de pecu.leg. vbi Barto.ita ſoluit. Et eſt ratio quia quæ inducta ſint in fa-
uorem, non debent operari* damnum.l.quod fauore.C.de legibus. Secundo facit text.in dicto cap.ſoli- 73
citudinem.vbi proteſtans non renuntiare appellationi per aditionem metropolitani, ſi talis aditio ha-
beat effectum, vt quia metropolitanus eum audiat, excluditur à beneficio appellationis, & actus tenet,
proteſtatio non valet. Reſponde, quòd loquitur in dependentibus à iure, in quibus partis voluntas non
adtenditur.adeundo enim iudicem cenſetur à iure appellationi* renũtiaſſe, vt ibi habetur, & ita etiam 74
reſpondetur ad textum in cap.diaconi.xxviij.diſtinct.& ad gloſſam.in clement.gratia.de reſcript.& in
dicto capit.cum M. Ferrarienſis.allegatis hîc per Imolam & Alexand. & ita etiam procedit quod not.
Angel. in dicto §. quòd ferè. qui debet intelligi de actu, qui geritur cum alio, & ex ſolo animo non pen-
det: & ideo exemplum de eo, qui dicit ſe adire animo non adeundi, non videtur bonum, & plus placet
opinio Barto.hic per dictam l.obligationum.§.fin. Quarto limita, quando is, cum quo actus geritur, cõ-
ſentiret proteſtationi per gloſſ.in l.pacta nouiſsima.C.de pact.& tex.in dicto cap.Cumana. quod intel-
lige, dummodò ſimus in his, quæ dependent à voluntate partium, vt habetur in dicto cap.is, qui fidem.
de ſpon. Item dummodò actus ſequatur incontinenti: ſecùs, ſi ex interuallo, vt ſuprà vidimus. & facit l.
diuus.§.licet. ff.de iure codic. Item dũmodo is conſentiat, cum quo actus principaliter geritur.c.j.quod
metus cauſa.per Alexand.hîc & ſuprà dixi.& facit l.j.§.adeundi.ff.quando appel.ſit. & l.j.§. denuntiari.
ff.de ventre inſpicien. & per Felinum in dicto cap.cum M.in prima regu.verſicul.fallit ſecundo.& hæc
limitatio procedit etiam in tacito conſenſu, qui interuenit in iudicio: & ideo valet proteſtatio contra-
ria facto, & iuuat proteſtantem ſi iudex eum ab actu repellat.dicto cap.ſolicitudinem. ſecundum intel-
ligentiam Ioan.Andr.quem ſequitur Alexand.hic & Felin.in dicto cap.cum M.verſicul.fallit ſecundò.
Et eſt ratio, quia iſte actus contrarius qui non habuit effectum, non eſt attendendus, argument.l. quam-
uis.& l.libertas.ij. ff.de in ius vocando. & iudex repellendo videtur velle quod proteſtatio obſeruetur.
Secundò & vltimo limita, vel potiùs declara ex mente Bartol.hîc, vt non procedat, quando actus non
eſt contrarius, ſed potiùs æquiuocus: quia tunc proteſtatio ſemper adtenditur, & declarat actum, qua





mente facta fuerit.dict.l.Neſennius.de negot.geſt.& dict.l.ſi quis.§.plerique.l.in concubinatu.vbi gloſſ.
ff.de concub.& per Alexandrum in conſilio cxxx.in iiij. vbi ponit duas notabiles deciſiones. & ex hoc
75 etiam infertur† ad eum, qui comparet in iudicio cum proteſtatione, quòd non intendit in iudicem con
ſentire. caſu enim, quo ille non ſit iudex, non cenſebitur prorogata iuriſdictio. Sed ſi ſit iudex, cenſebi-
tur ille contumax, vt per Innocentium in dicto cap.Cumana.& habetur per Moder.in cap.cùm M.vbi
inferunt ad alias quæſtiones. Intellige tamen, vt talis declaratio non operetur, niſi in his, quæ à ſola vo-
luntate dependent, ſecùs ſi à legis diſpoſitione etiam præſumpta per præſumptionem iuris, & de iure
ſecundum gloſſam in capit.per tuas.in gloſſ. magna. circa medium de condit. app. declarat Iaſon hic
dic vt per eum. Item intellige, quando declaratio tenderet in rem permiſſam, ſecus ſi ad rem turpem &
illicitam ſecundum Innocentium in cap.veniens.vbi per Doctores de ſponſa.& in cap.fina.de condict.
76 app.de quo dic vt per Aretinum in dicta l.Titia.§.j. Quarta principalis concluſio† Bartol. quod prote-
ſtatio declaratoria, per quam quis exoneratur, & alius poteſt decipi ſeu lædi, debet in eius præſentia fie
ri.l.ſi mandaſſem.ff.manda.l.j.C.de ſatiſdat.vel aliàs illi intimari.clemen.cauſam.de elect.clement.j. in
fi.de renuntiat. Adde quod in contrarium facit tex.in dicto §.plerique.quem ad hoc ponderat D.Præp.
in dicto cap.ſolicitudinem. vbi proteſtatio per quam impeditur aditio, poteſt fieri in abſentia credito-
rum, & tamen illi poſſent lædi, quia ſi ſcirent illum non futurum hæredem, procurarent, ne bona tranſ-
eant in ſiniſtrum. ſed reſponde, quòd creditores non læduntur ex facto proteſtantis, ſed ex facto pro-
prio qui ſcire debuerunt poſſe eum vti iure ſuo & proteſtari de eo: & ideo debuerunt eſſe cauti vel vt
eum in iure interrogarent vel curatorem bonis darent vel bona hæreditaria pernumerarent: ne tranſ-
irent in ſiniſtrum.l.j.§.ſi verò.& §.quòd ſi nondum.ff.de ventre in poſſeſſ.mitten.& facit l.j.ff.vt leg. no-
mi.cauea.& l.fina.C.de iure deliberandi. Intelligit primò hanc concluſionem Bart.quando ille qui po-
77 teſt lædi eſt certus: ſi verò ſit incertus tunc conſiderãdi ſunt aliquot caſus. Primus† eſt cum ille eſt incer
tus, ſed certus eſt locus in quo contrahendum ſit, & tunc debet in eo loco proſcribi & publicè proponi,
l.ſed ſi pupillus.§.proſcribere.de inſtitor.cap.fin.& ibi per Doctores de electіon. in ſexto. Secundus ca-
ſus eſt, quando etiam ille qui lædi poſſet eſt incertus, & etiam locus & tunc Bartol. hîc & in l. qui homi-
nem.§.ſi Titium.ff.de ſolution. videtur velle, quòd debeat adhuc publicè proponi hæc proteſtatio dum
allegat in argument.dict.§.proſcribere. nam ſicut vbi locus certus eſt in eo proſcribi debet: ita vbi in-
certus debet publicè, & in locis frequentioribus, vel ad hoc conſuetis poni.& ita etiam tenet Bald.in l.
mandatum.verſicu.fin.C.manda.facit etiam quod notat Petrus de Anchar.& Geminia.in cap.fin.in fi.
de electіon.in ſexto. vbi tali caſu dicunt quod debet fieri notificatio per edictum. Idem dicit Salicet.in
dicta l.mandatum.concludens, quòd etiam debebit notificari per proclamata, ſed communior opinio
eſt Barto.hîc, vt ſufficiant edicta & de communi adteſtatur Felinus in cap.ex parte decani.verſi.quar-
ta regula.de reſcrip.& iſta opinio videtur mihi verior quicquid dicat Alexand.hîc & quidam Modern.
per doctrinam Barto.in l.j.C.de ſatiſdat.dum dicit, quòd vbi incertus eſt aduerſarius non eſt imputan-
dum proteſtanti, ſi ei non denuntiat.argumen. l.ſi dictum.§.fina.de ædil.edict. quia non per hoc negat,
quin debeat publicè proponi. Tertius caſus eſt, quãdo aduerſarius eſt incertus, ſed de facili poteſt pro-
teſtans certificari, & tunc videretur quòd deberet illi ſpecialiter intimari: quia paria ſunt, vel quòd
quis ſit certus, vel quòd de facili poſsit certificari.l.ſi duo. vbi Bald. per illum textum. ff. de acquirenda
hæred.facit l.qui contra.vbi Bald.C.de inceſt.nup.gloſſ.in cap.ij.de tempor. ordi.in vj. & ita tenet Ge-
min.dicto cap.fina.de electіon.in vj.& Bald.in l.ſi curatoris.C.de iure deliberan. Felin.in cap. gratum.
de offic.delega. Alexand.conſilio v.in ſecundo.& Felinus in dicto cap.ex parte decani. Sed tamen iſtud
non eſt de mente Barto.& ſcribentes hic, dum allegant d.§.proſcribere.& facit l.ſi eo tempore.C.de re-
miſſ.pign.& quod notat Barto.in l.fina. C.de edi.di.Ha.tol. quare dic, quòd cùm in caſu noſtro princi-
paliter proteſtans agat, vt ſe exoneret, debet ſatis eſſe talis proſcriptio per edictum, ſecus ſi principali-
ter ageretur de damnificando aliquem, quia talis citandus eſſet, & procedunt allegata in contrarium.
Secundò intellige hanc concluſionem Bartol. quod debeat proteſtatio intimari ei, qui poſſet lædi, vt
non procedat, quãdo quis exoneraret ſe ab obligatione legis cauſata ſiue facto proteſtantis. hæc enim
fieri poteſt etiam in abſentia eorum, qui poſſent lædi ſecundum eundem Barto.per l.honores.§.fina. ff.
de decurion.& ratio eſt ſecundum Iaſonem hic, quia in his quæ facit lex, non requiritur partis præſen-
tia.l.ij.& l.ſi creditores.C.de pact. Adde quod meliùs probatur in l.ſi pecuniam.§.ſi ſeruum.verſicu. pla
nè.vbi Barto.& Iaſ.ff.de condict.ob cauſam.& per Ioannem de Anan.conſi.xxv.in fine.vnde ſicut abſ-
que vllius præſentia lex eum obligauit ex eius præſumpto conſenſu. ita etiam ſi de contraria volunta-
te appareat, eum liberat, argumen.l.ſecundum naturam.ff.de regu.iur.ſicut videmus, quòd quando lex
reuocat mandatum propter improbitatem ſeu morum mutationem procuratoris, ipſo iure reuocat
abſque alia partis intimatione, ſecundum Baldum in l.rogaſti.§.ſi.ff.ſi certum petatur. aduerte tamen,
quia iſto caſu ſi quis eſt ignorans iſtius mutationis, in eius præiudicium mandatum non cenſebitur re-
uocatum, vt dicit Bal.in l.ſi pater hæredi.ff.de teſtamen.tut.& ad hanc rationem Iaſ. Adde, quòd idem
videmus in acquiſitione, quæ fit per legem, quæ fit ipſo iure, abſque præſentia vel facto partis. l. certi
condictio.§.ſi nummos.ff.ſi certum petatur, vbi per Doctores. Et ex hoc infertur ad duas quæſtiones.
78 Prima, teſtis, qui† in cauſa ciuili teſtimonium perhibuerat captus à latrunculatore in iudicio crimina-
li reuocauit dictum ſuum, fortè in tortura, an id habeat nocere parti in cuius fauorem depoſuerat? So-

cinus in conſilio ccliij.in primo dubio,quòd non, quia pars non erat citata,argumen.gloſſ.in cap. cùm
cauſam.quæ inter archiepiſcopum.de teſtib. In contrarium facit,quia iſte principaliter fecit vt ſe exo-
neraret,& præiudicium oritur parti ex diſpoſitione legis,quæ facit,vt de fide eius diminuatur,ergo ci-
tatio non fuit neceſſaria. d.l.honores.§.fin. Secunda quæſtio prælatus conſtituit procuratorem ad liti-
gandum pro beneficio, & durante lite renuntiauit, clarum eſt extingui mandatum, clement.fina. vbi
not.de procurat.an talis † reuocatio intimanda ſit his quorum intereſt?& ſi morte reuocaretur,non eſt 79
dubium,quòd non, quia nihil ei poteſt imputari,vt per Bartolum in l.ſi procuratorem. in fin.de procu-
rat.ergo idem videretur in ceſsione, argumen.§.ecce in quibus. vij. quæſt. j.& per Cardinalem conſil.
cx.& Rotam titu.de procurat. deci.vj.in nouis.Facit,quia talis reuocatio fit ex diſpoſitione legis, dicta
clemen.fina.ergo non eſt intimanda.dict.l.honores.§.fina.& iſtud videtur verius per rationem dict.cle-
mentinæ, quæ eſt,ne oriatur præiudicium eccleſiæ vel ſucceſſori, putarem tamen quod pars ignorans
haberet ſaluam actionem ad intereſſe contra eum qui ceſsit, & non intimauit, ſed fecit eum fruſtra li-
tigare,argument.l.is qui ſe obtulit.ff.de rei vendicatione.& per gloſſam in cap.fina.in verbo,exiſtit.de
procur.in vj.per Felinum in cap.ex parte decani.in ſexta fallen.in fine. Tertiò vltra Docto.hîc intelli-
ge † hanc concluſionem, vt non procedat, quando quis exonerat ſe à iuſſu facto alicui nuntio. nam ſi 80
conſtituo te nuntium ad contrahendum,vel aliquid aliud faciendum, & tu contrahas, ſed ego interim
reuocem voluntatem, quamuis nec tibi nec parti intimauerim, non obligor.l.ſi pater. ff.de man.vind.
ſentit gloſſ.in clement.j.de renuntiation.& declarat Bald.in extrauagan.de pace Conſtan.in verb.mit
tit.& in l.mandatum.C.mandati.& eſt ratio,quia nuntius nihil ex ſuo facit,ſed ſolum domini volunta-
tem exequitur.l.licet.ff.de conſtitu.pecun.l.multum.C.ſi quis alteri.vnde ſi ea ceſſet,non poteſt ex eius
perſona actus conualidari.& ita etiam tenet Felin.in cap.ex parte decani. verſicu. fallit ſexto. extra de
reſcript.cum concordant.ſi tamen pars ex hoc damnum ſentiret tali caſu requireretur certioratio.l.j.§.
ſed ego. ff.quod ius. gloſſ. in l.j.in fine. de contrahenda emptione. ſecundum Iacobum Butrigar. ibi,&
Baldus in dicta l.mandatum. Sed Fulgoſius ibi videtur ſentire, quòd contractus etiam tali caſu non te-
neat,quia deficit conſenſus.l.in omnibus. ij.l.in quibuſcunque. de action. & obligation. ſed conſulatur
parti per actionem de dolo,argumen.l.exhibitionis.C.ad exhibend.l. & eleganter. §. ſeruus pactionis.
de dolo.& per gloſſam in cap.fina.in verbo,exiſtit.de procurato.in ſexto.& hæc opinio in puncto iuris
videtur mihi verior. Quartò intellige ſecundum aliquos, vt ſufficiat ei notificari, qui immediate po-
teſt lædi,ſecùs ſi occaſionaliter vel indirectè,argumen.dict.l.at ſi quis.§.plerique.Sed iſte text. non pro-
bat,& ſupra reſpondi.meliùs facit l.non ſolùm.§.quæritur. ff.de procuratorib. & quod dicit Bartolus &
Paulus de Caſtro in l.j.§.huius ſtudij.ff.de iuſtitia & iure. & dict.l.j.§. denuntiari.de ventre inſpiciendo.
ſed tamen putarem hanc declarationem dubiam per regulam, cùm quid vna via.de regulis iuris.in vj.
& quia etiam his, qui ſecundario lædi poſſunt, denuntiandum eſt, ſi volumus vt actus eis noceat, alio-
quin eis non præiudicabit,ſecundum Alexandrum in l.de vnoquoque. de re iudicata. & conſil.lxxxiij.
in tertio. & Iaſon in l.filiuſfamilias. §.diui. in j. quæſtione Bartoli.ff.de legat. & fideicommiſſ.primo. &
eſt doctrina Batt.in extrauagan.ad reprimendum.in verbo,per edictum.Quinto & vltimo intellige,vt
concluſio procedat in actibus dependentibus in voluntate vnius, quando verò dependent à volunta-
te duorum, dicemus infrà.Et ſicut in illo caſu, quando proteſtans non poſſet habere copiam aduerſa-
rij,vel haberet iuſtam cauſam metus,excuſaretur etiam ſi non intimaret illi,ita in caſu noſtro.cap.fin.
de appellation.l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.ſ.eodem.dict.l.vt perfectius.C.de anna.exceptio. & in-
frà dicemus.Ex ſecunda parte quando proteſtatio declaratoria voluntatis pendet, non ſolùm ex pote
ſtate proteſtantis( vt loquitur prima pars )ſed etiam ex poteſtate alterius.Collige etiam aliquot conclu
ſiones ex doctrina Bartol. Et prima concluſio † eſt, quòd in tali proteſtatione ſemper requiritur quòd 81
fiat ipſi parti,nec ſufficeret ſi,parte ignorante fieret.l.codicillis.§.j.de legat.& fideicommiſſ.ſecundo.l.ſi
debitor.§.j.quibus mod.pign.l.cum in plures.§.locator.ff.loca. quæ iura loquuntur, quando proteſtatio
fit ſuper aliquo actu ex quo propriè obligatio non inducitur,ſed aliud præiudicium generatur.Idem ta
men & multo fortiùs eſt, quando proteſtatio ipſa induceretur ad tollendam, vel limitandam obliga-
tionem,ſemper enim parti eſt intimanda per regulam.l.nam ita diuus.ff.de adoption.& quia iniuſtum
eſſet ignorantem * præter ſententiam ſuam obligari.l.cum Aquiliana. ff.de tranſaction. ſed aduerten- 82
dum eſt ad iura allegata per Bartolum.& primò ad textum in dicta l.codicillis.§.j.nam † quatenus Bar- 83
to.vult in caſu dict.§.oportere proteſtationem intimari parti, iſtud videtur mihi dubium. Primò, quia
ille text.ſimpliciter niſi ea mente rem,& ſic ſolam requirit mentem non autem intimationem. & gloſſ.
ibi intelligens de pacto videtur deſtruere tex.& l.quod quis.ff.de condictione indeb. ſecundum intelle-
ctum communem probat contra gloſſam. Secundo quia in illo caſu tractabatur de renuntiatione vel
non renuntiatione fideicommiſsi,quod ex ſolo facto proteſtantis dependet. cap.ij.de reſtitut.ſpoliato.
Bald.in cap.accepta.de reſtitu.ſpoliatorum.Tertiò quia etiam ſi dicamus ibi agi de donatione, tamen
videtur ſufficere proteſtatio abſente parte, ſicut in caſu dict. l. Neſennius. Quartò quia vbi agitur de
damno alterius, bene requiritur partis præſentia. Sed hîc non agitur de damno hæredis, ſed ne ex tali
actu lucretur: ergo ad impediendum tale lucrum, cùm in nihilo captioſa illa ſit, debet proteſtatio illo
abſente valere.l.ille à quo. ff.ad ſenatuſconſultum Trebellianum. Quintò qui poteſt quid facere inui-
to,& contradicente,etiam abſente,facere poteſt.infrà l.qui poteſt.de regu.iur. ſed talis proteſtatio con-
ſeruatoria



ſeruatoria iuris ſui etiam contradicente hærede conſeruaret ius legatario. l.j. C.de his, qui ſpon.mun.
pub.vbi per Bartolum lib.x.ergo &c.Nec obſtat gloſſ.ibi quia poteſt procedere reſpectu emptoris, qui
ſi liberaretur ſoluendo,hæredi eſſet in damno,non autem reſpectu ipſius hæredis. Nec obſtat quòd Di.
& Abb.ibi requirunt mentem expreſſam:quia non ſequitur, vt ideo debuerit hæredi intimari. Cogita
tamen,quia( vt vides )in hoc puncto Doctores variant.glo.enim dict.§.j.vult proteſtationem illam con
ſeruatoriam non valere,niſi accedente conſenſu partis,& ideo requirit pactum. Barto.hîc dicit ſufficere
re ſcientiam abſque conſenſu,ſed mihi verius videtur non requiri neque ſcientiam,quando non reſul
tat captio aliqua prout in caſu dict.§.j.Secundò ad dict.§.locator horrei. quia Bartol. hîc refert tres in-
tellectus ad illum textum Iaſ.alios duos de quibus per Decium in dicta l.pacta nouiſsima: ſed verior eſt
meus,quem ſupra retuli:& ita communiter tenetur, licet gloſſ. in dicto §. item ſi prædixerit. aliter ſen-
tiat,& male,quia contra mentem tex.licet etiam Barto.ibi aliquo modo velit eam ſaluare.Sed iſta con
cluſio Bartol. hîc eſt verior,& communior, ex qua etiam ſuſtinetur intellectus meus ad dict. §. locator
84 horrei.de quo ſuprà dixi. Secunda concluſio Bartoli eſt, † quòd in tali proteſtatione non ſolum requi-
ritur præſentia, ſeu intimatio,ſed etiam partis conſenſus.& hoc procedit quando proteſtatio fit ad tol
lendam, vel limitandam obligationem iam contractam.l.perfectam.C.de donatio.quæ ſub mo. l.ſi ma
ior.C.de tranſactio.& ratio eſt, quia iſto caſu tractatur de iure quæſito tollendo: & ideo expreſſus con-
ſenſus requiritur, quia ſola præſentia non ſufficeret: & ideo quando agitur de limitanda, ſeu tollenda
obligatione de futuro,quæ ex neceſsitate contrahitur,etiam tunc expreſſus conſenſus requiritur.l.ſi.§.
item ſi prædixerit.ff.nau.caupo.ſtabu.& eſt ratio, quia cùm proteſtans ſit obligatus ex diſpoſitione le-
gis,& ſic ius ſit quæſitum proteſtato, non cenſetur per taciturnitatem proteſtati ſublatum, niſi expreſ-
ſè conſentiat: potuit enim tacuiſſe:quia ſciebat ius ſuum durare.l.ſicut.§.non videtur. ff.quibus modis
pign.vel hypoth.ſol.& quod not.Pau.de Caſtr.conſilio cxcv.Viſis, & conſideratis omnibus. in j. volu.
& ita intelligit Barto.tex.in dicto §. item ſi prædixerit. requirentem conſenſum & ſic expreſſum. argu-
ment.l.ij.§.voluntatem.vbi Barto.& Modern.ff.ſoluto matrimonio.caupo enim ex neceſsitate tenetur
hoſpitem recipere, vt dicunt Moder.allegantes Angel.in l.j.fur.aduer.nau.caupo. & Mart. de Laud. in
tractatu de leg.principum.§.ij.quæ tamen opinio videtur dubia per dictam l.j.in princip.ibi, nam eſt in
ipſorum arbitrio,ne quem recipiant.ff.nau.caupon.ſtabu. quare dic quod neceſsitas eſt in eo quod ſuo
periculo tenentur cuſtodire. & ratio neceſsitatis ponitur in dicta l.j.in princip.verſicu.& niſi hoc ſtatu-
tum eſſet. vnde ad tollendam talem neceſsitatem à lege inductam requiritur expreſſus conſenſus. Sed
aduerſus hanc concluſionem obſtat, quia aut proteſtatio eſt facta in præſentia, & tacens videtur con-
ſentire, vt habetur in regula,de regulis iuris, libro ſexto. qui tacet.& etiam in l.quæ dotis. ff.ſoluto ma-
trimonio.aut intimatur ſibi & etiam tunc recipiens ( ſi non contradicat ) cenſetur conſentire. l.ſi filius.
ij.ff. ad ſenatuſconſultum Macedonianum.Barto.in l.quo enim.ff.rem ratam hab.vnde in caſu noſtro
contrahens de futuro, ( cùm ſciat talem proteſtationem præceſsiſſe ) videtur illi præſtare conſenſum,
quod procedit etiam in actu neceſſario,ſecundum gloſſam in l.ſi fideiuſſor.ff.qui ſatiſdare cogantur.&
per Felinum in cap.nónne.in vj.fallent.de præſumption.Reſponde,quod doctrina Barto. hic debet in-
telligi,quando præſentia & taciturnitate non arguitur conſenſus,de quo in dict.l.quæ dotis. per Docto
rem & Felinum in dicto capit.nónne.& eſt regulare, quòd vbi tractatur de præiudicio ſuo aliquatenus
tacens non cenſetur conſentire.l.qui vas.§.vetare autem.ff.de furtis.l.Caius. de pignor.act.l.filiuſfami-
liâs.§.inuitus.de procur.cum ſimilibus. Vnde in caſibus,in quibus regula iſta limitatur,etiam concluſio
85 Barto.limitanda eſt,exemplum poteſt ſumi in quinque caſibus. Primus eſt,quando † tractatur de præiu
dicio partis non circa ius iam competens, ſed circa ius de futuro mediante facto proteſtantis quæren-
dum: nam tunc non requiritur alius conſenſus expreſſus, quia ſatis ille ſciens deueniendo poſtea ad
actum dicitur conſentire:dum tamen actus non fiat ex neceſsitate vel interuallo, ſecundum Bartolum
hic.& ita procedit gloſſ.in l.pacta nouiſsima.& l.Modeſtinus.quæ facit in argument. ff.de ſolutio. & l.j.
de ſolution.& l.codicillis.§.j.de legat.& fideicommiſſ.ſecundo.& ideo ſi proteſtor tibi, quòd ſi fideiube-
bo pro Titio, non intendo obligari, & deinde fideiubeam, valebit proteſtatio, videris enim me rece-
piſſe ſecundum proteſtationem tibi intimatam: & ſic obſtat tibi tacitum pactum. & ita poteſt intelligi
gloſſ.in dicta l.pacta nouiſsima.& ita etiam tenuit Pyl. quæſt.xxv.Iacob.de Aret. & Alber. de Roſat.in
dicta l.ſi fideiuſſor.Decius & Modern.in dicto cap.cum M.Ferrarien. Iaſ. hic qui videtur ita intelligere
Barto.licet Præpoſi.in dicto cap.ſolicitudinem.aliter ſentiat.& certè mens Bartol.hic alia fuit, qui ma-
nifeſtè diſtinguit taciturnitatem à conſenſu:licet in dicta l.pacta nouiſsima.non ita diſtinguat.Sed hæc
opinio eſt magis communis,quam etiam tenet Ange.in l.ſi mora.in princi.ſoluto matrimonio. pro qua
adducit Decius rationem. quia vbi ( inquit ) agitur de præiudicio iuris quærendi, tacens debet haberi
pro conſentiente,tanquam tale ſit modicum præiudicium. l.qui autem. ff.quæ in fraudem creditorum.
& in modicis præiudiciis tacens cenſetur conſentire.l.quam Tuberonis.§.ſunt quidam.ff.de pecu. l.La
beo.cum gloſſ.de aqua pluuia arcenda.Bartol.in dicta l.quæ dotis.circa finem.Alexand.hic. Et ideo di-
ſtinctio Bartol. hic quo ad §.ſed cùm adiicitur.non videtur vera, prout etiam tenuit Imol. & Alexand.
quem vide.Nec obſtat quod d.Præpoſi. in dicto cap.teneat. quod imò, nec in modicis cenſeatur tacens
conſentire,per gloſſam in cap.j.xxvij.diſtinctio. quia illa gloſſ.probat contra eum, ex quo ibi præiudi-
cium illius cui fiebat proteſtatio, id eſt, ordinarij ordines conferentis erat leue, merito habetur pro

conſentiente. Secundus caſus eſt, quando agitur de derogatione priuilegij. cùm enim faciliter priuile-
gia remittuntur.l.eius militis.§.militia miſſus.ff.de teſtamen.milit.ſi fiat proteſtatio tali priuilegiato, vt
eo non vtatur,& taceat,cenſetur conſentire.dict.l.ſi fideiuſſor.iuncta gloſſ.vbi Ange.Paul.& Alexand.
facit.l.j.§.tutor.& quod ibi Angelus.ff.quando appella.ſit. de quo per Iaſonem in l. j. §. fina. de conſtitu-
tione princip.& l.ij.C.de di.reſcrip.de quo hîc per Modern.Tertius caſus eſt, quando cum taciturnita-
te concurrit aliquis actus facti vt receptio literarum.clemen.j.de procurat. & eſt text.l.ſi filius abſente.
ff.ad ſenatuſconſultum Macedonianum.ſed ille tex.non† videtur probare:quia ſecundum Pau.de Ca 86
ſtro in l.quo enim.ff.rem ratam haberi.pater obligatur ex ſola ſcientia.l.ſi tamen patre ſciente.ff.ad ſe-
natuſconſultum Macedonianum.Item tex.ille loquitur,quando tractamus de vitando odio : quia talis
exceptio Macedoniani eſt odioſa.l.qui exceptione.ff.de condict.indeb. ſed tamen ſatis poteſt ſuſtineri
communis intellectus, quia d.l.ſi tamen.loquitur, quando pater ſcit tempore contractus, & poteſt pro-
hibere.vnde ſi non facit, cenſetur conſentire:quæ ratio ceſſat iam actu celebrato. Item illa exceptio eſt
odioſa reſpectu filij eam opponentis,ſed quòd pater ipſe non obligetur per filium , nõ eſt odioſum imo
regulare.argum.d.l.j.C.ne fil.pro pat.l.iij.vbi gloſſ.C. de pactis. Aduerte tamen vltra Docto. dum text.
ille requirit quod continuo interponatur proteſtatio contrariæ voluntatis, debet intelligi fieri inconti
nenti arbitrio iudicis.l.quod dicimus.ff.de ſolution.iuxta doctrinam Bart.in l.j.§.j.ff.de verborum obli-
gationib.qui conſideret, an ille literas retinuerit : quia fortè ad aliud adtendebat, an quia adſentiebat
actui : alioquin eſſet parata via fraudibus,debet enim iſte conſenſus eſſe veriſimilis : ex quo inducitur
per præſumptionem,quæ innititur veriſimilitudini:vt per Baldum in rubric.C.de probation.& in l.ea
quidem.C.de accuſatio.in princip.& facit tex.in dicta clement.j. vbi ponderatur quòd plus ille ſciebat
antequàm ſibi traderetur ſcriptura:& ſic cùm anteà ſciret, & ſciens poſtmodum ſcripturam acceperit,
meritò veriſimilis eſt conſenſus , & facit quod not. Iaſ. in l.admonendi. de iureiurando. Matheſil.not.
xxij.Com.conſilio clxxvij.ſuppoſitis ſtatutis.quibus locis declaratur dict. l.ſi filij. quæ nota ad conuin-
cendas cautelas traditas per Doctores argumen.dict.l.de qua vltra Moder. hîc & in dicto cap. cùm M.
& in dicto cap.ſolicitudinem.vide etiam Cæpol.caut.xxiiij.pone,quòd filius.Felin.dicto cap.nonne.de
præſumption.Alexand.conſilio cxlvij.in ij.& conſilio lxxviij.Andr.Sicul. conſilio vj. in primo. conſi-
lio xxxvij.eodem libro.& conſilio ij.& conſilio xv. in ij.Iaſon in d.l. quæ dotis. verſiculo decimusocta-
uus caſus. & per Abbatem in conſilio xviij.in ſecundo.& ideo in propoſito noſtro ſi quis intimat prote
ſtationem in ſcriptis alicui non tamen ſtatim cenſetur conſentire dato, quòd eam recipiat ſed arbitrio
iudicis habebit tempus ad reſpondendum, & contradicendum:& in hoc ſeruanda eſt conſuetudo loci.
Quartus caſus eſt in iudicialibus : quia in illis tacens habetur pro conſentiente , ſecundum gloſſam in
dicta l.ſi fideiuſſor.quam ita intelligit ibi Bald.facit l.j.C.de relat.vbi Bartol.& cap.fin.de accuſatio.lib.
ſexto.mihi tamẽ videtur eſſe verius,quòd nihil ſit ſpeciale in actu iudiciali quo ad hoc. aut enim actus
fit à iudice,& tacens non cenſetur conſentire,niſi lapſo tempore ad appellandum,ſi actus valet, vel di-
cendum de nullitate,ſi actus eſt nullus,vt eſt communis opinio Docto.in cap.tuis. extra de teſtibus. vbi
Hoſtien. Aretin. & Felin. concludunt per taciturnitatem non cenſeri remiſſum iuramentum teſti. &
per Bartolum & Baldum in l.ab eo.C.quomodo & quando iudex.Docto.in capit. quod ad conſultatio-
nem.de re iudicata.Felin.cap.fraternitatis.de teſtibus. Alexand. in l.ſi qui ſeparatim. §.fina .de appel-
lation.& ita intelligitur tex.in dicto cap.fina.de accuſatio.aut actus fit à parte. & tunc idem eſt quod in
extraiudicialibus. Si enim contradicendo poteſt actum impedire & res à voluntate ſua dependeat, ta-
cens cenſetur conſentire.dict.l.j.C.de relat.l.ne in arbitris.vbi Barto.in fin.C.de arbitris. & idem eſt in
extraiudicialibus,vt per Bartolum in dicta l. quæ dotis. dum ſimiliter allegat iura in vtroque caſu lo-
quentia.l.ſæpe.verſicu.ſed ſcientibus.de re iudicata.gloſſ.in l.fideiuſſor.§.pater.de pignor.ſi verò à vo-
luntate ſua non dependeat,ſecùs eſt,vt per Bartolum in l.Pomponius.§.rati.ff.de procurator. ad l.cum
oſtendimus.§.fina.de fid.tut.Reſponde,quòd ibi alia concurrebant,de quibus per Modern.in l.j.in prin
cip.ff.de verborum obligation.ad dictam gloſſam in l.ſi fideiuſſor.dic quod eſt intelligenda, prout dixi
in ſecundo caſu.& ita tenet ibi Alex.& eſt de mente Bar.in d.l.quæ dotis.quicquid dicant Moder.hîc &
in dic.c.cum ve. Quintus caſus eſt,quando proteſtatio fit ſuper aliquo actu,ex quo non inducitur pro-
priè obligatio,ſed aliud præiudicium generatur,& tunc pars tacens cenſetur illi conſentire.d.l.codicil-
lis.§.j.dict.l.debitor.§.j.ff.quibus mod.pignus vel hypoth.ſol.Bald.in dicta l.ſi fideiuſſor. & d.Præpoſi. in
dicto capit.ſolicitudinem.in iij.& vij.fallent.Sed tu aduerte quia Bartol. hic dicit, quòd non eſt neceſſe
quod conſentiat,ſed ſatis eſt,quod ſciat,imò etiam ſi contradicat, tamen adtenditur proteſtatio. dict.l.
j.C.de his qui ſpon.mun.publ.ſuſcep. libro decimo. & ſuprà dixi. cùm enim talis proteſtatio ſit conſer-
uatoria iuris noſtri, non adtenditur conſenſus, vel contradictio partis, ſed ſolùm voluntas noſtra, ſiue
qua ius * noſtrum à nobis auferri non debet.l.ius noſtrum. ff.de regu.iuris. facit, quia idem videmus in 87
eo,qui portat habitum monachalem vltra annum,& proteſtatur,quòd non intendit profiteri,adtendi-
tur proteſtatio,etiam ſi pars contradicat,vt per Innocentium in dicto cap.primo.quod metus cauſa. &
in dicto cap.cum M.vbi D.Anton.ponderat & Præpo.dicto cap.ſolicitudinem.verſiculo, fallit quarto.
idem in eo,qui reſpondit libello cum proteſtatione de litem non conteſtando , de quo per Ioan. Andr.
Anton.& Abb.in cap.j.de lit.conteſt.d.Anton.in cap.tua nos.de ſpon.Barto.in dicta l.j.C.de lit.conteſt.
vbi optimè loquitur.Et ad euitandam pœnam,quòd ſufficiat tacitus conſenſus.gloſ.in dicto ca.j.xxvij.
diſtinct.



diſtinct.ſentit,quòd ſic,prout eam declarat Abb.in dicto cap.cùm M.Item in foro conſcientiæ, vt habe
tur in cap.tua nos.de ſponſa.de quo dic vt per Præpo.in dicto cap.ſolicitudinem.& Moder.hîc. Ex ter-
tia parte quando poteſtas deficit de facto, ſed de iure actus dependet à mea poteſtate, fac breuiter tres
88 concluſiones. Prima , quando† poteſtas deficit de facto propter aduerſarij potentiam , ſatis eſt coram
vicinis proteſtari de metu,& potentia.l.fina.C.de his qui propter met.iud.cap.fina.extra de appellat.l.
de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.§.eodem.facit l.Imperator.de appellat.Adde quòd dict.l.fin. ſimpliciter
requirit,quod proteſtatio publicè fiat.& ita etiam loquitur text.in l.cùm quidam.ff.de appellat.& text.
in dicto cap.fi.dicit in præſentia bonorum virorum. Vnde puto, quod idem ſit dummodo teſtatio poſ-
ſit probari,& ita eſt etiam de mente ſcribentium.& facit l.iubemus.C.de defenſ.ciuit. vbi ſufficit quod
publicè proponatur. Limita,quando actus erat explicandus coram iudice tanquam coram parte in iu
dicio:nam tunc debet adiri alius iudex.l.ſi præſens.C.de epiſcop.audien.l.in contractibus.in fine.C.de
non numer.pecun.& ita tenent communiter Docto.hîc & in dicto §.ſi quis ipſi.vbi etiam Bartol.ponit
89 rationem:quia ſicut exceptiones debent proponi coram iudice,ita etiam talis proteſtatio, *quæ ſucce-
dit loco exceptionis.quam rationem ſequitur Imo. & Iaſ.ibi.declarando vt ibi, ſed aliam ſentit Raph.
& Put.ibi, quod propter reuerentiam dignitatis ipſius lex voluit quod honeſtioribus verbis mediante
iudice , illis denuntiaretur. Sed tamen neutra iſtarum rationum ſatis placet : quia illud remedium eſt
introductum in fauorem debitoris. & ( ſi vult ) poteſt eo non vti , & extraiudicialiter illi denuntiare,
vt ſatis probatur in dicta l.in contractibus.in fi.& facit glo.in l.ſi intra.eodem titu. ergo actus de neceſſi
tate non erat expediendus in iudicio. Secunda concluſio , quando poteſtas deficit de facto propter ad-
uerſarij abſentiam,videtur quod ſufficiat proteſtatio ſimplex coram teſtibus.l.Labeo.ff.de naut.fœno.
& quia videtur eadem ratio,ſiue quis impediatur propter potentiam.dic.§.ſi quis ipſi prætori.ſiue pro-
pter abſentiam. & hanc concluſionem omiſit Bartol.fallit primo , quando aduerſarius eſt iudex , tunc
requiritur factum alterius iudicis,ſecundum l.vt perfectius.C.de ann.exceptio. clement.cauſam.§. pe-
nult.de electio.Fallit ſecundo,quando actus eſt explicandus coram iudice tanquam iudice : nam ſuffi-
cit ſi ad tribunal proteſtemur.l.j.§.adeundi.ff.quando appel.ſit.non enim tenetur eum alibi perquirere,
ſecundum Bartolum de quo dic, vt ibi. Si verò non habeat tribunal , debet fieri coram honeſtis perſo-
nis.cap.cum veniſſent.de eo qui mittitur. cap.paſtoralis. §.fina. de offic.ordina. & tunc ſtamus regulæ.
Fallit tertiò,in caſu l.ſi dictum.§.fin.ff.de euictio.vbi abſente, vel non exiſtente tutore, debet ſaltem de-
nuntiari pupillo, per quem text.aliàs dixi, quòd, ſtante ſtatuto, quòd locatio cenſeatur durare, niſi per
tres menſes antè eſſet denuntiatum,quòd ſtatutum eſt limitatorium.l.qui ad certum.§.fin.loc.ſatis erat
denuntiari pupillo,qui tutorem nullum habebat.Fallit quartò,in caſibus,quibus citatio ad domum ſuf-
ficit,de quibus in l.iij.§.prætor ait.vbi per Bartolum.ff.de damno infect. nam videretur tali caſu etiam
proteſtationem ibi tunc intimandam.clement.cauſam.de electiõ.Fallit quintò in proteſtatione, quæ
alium non grauat.poteſt enim fieri marito pro vxore,vel etiã amico.l.aut qui aliter.§.at ſi forte.ff.quod
vi aut clam.de quo infra per Bartolum.Fallit ſextò,quando reliquit abſens procuratorem vel negotio
rum geſtorem,quibus denuntiandum eſt iuxta diſtinctionem de qua infra dicetur. facit l.honores. §.fi.
90 de decurio.Tertia concluſio ex doctrina Barto.eſt,quòd ſcriptura† non eſt de neceſſitate proteſtatio-
nis,ſed poteſt fieri etiam ſine ſcriptis.dict.l.fin.C.de nego.geſt.& facit regu.l.pactum quod bona fide.C.
de pact.& in l.contrahitur.ff.de pignor.& gloſſ.in cap.j.§.poſtquam.de cenſibus.in vj.& eſt glo.in §.con
teſtationem.in authen.de temp.non numeratæ pecuniæ. Fallit quando proteſtatio ſuccedit loco actio-
nis.l.vt perfectiùs.C.de ann.exceptio.vel loco exceptionis.authen.hanc autem.C.de non numer.pecu.
91 & eſt ratio,quia ſicut actio,* vel exceptio in ſcriptis proponi debet,quia ſunt de actis iudicij.c.quoniam
contra.de probatio.vt per gloſſam in dicto ca.j.de cenſi.ita etiam proteſtatio,quando in eorum locum
ſubrogatur,argumen.cap.quoniam contra.& quod ibi Bald.extra de probatio. vbi duûmuiri in caſu il
lius tex.tenentur iurare,ſicut notarij,quia eorum loco ſubrogantur.facit l.ſi eum.§.qui iniuriarum.ff.ſi
quis cautio.& quod notat idem Bald.in l.ne cauſas.C.de appellatio.vbi proteſtatio,quæ loco apoſtolo-
rum mittitur, debet in ſcriptis fieri : quia illis ſubrogata. Et hæc opinio ſatis poteſt procedere in exce-
ptione non numeratæ dotis, in qua lex præcisè requirit ſcripturam, vt per gloſſam in dicto §. conteſta-
tionem. vbi adſignatur ratio,per quam videtur aliud dicendum in querela non numeratæ pecuniæ,
prout etiam ſentit Barto.& Docto.in dicta l. ſi intra.nec obſtat dict.l.in contractibus,ibi ſcripto miſsis,
quia non per hoc excluduntur teſtes vt infrà dicam. Et ex dicta fallentia inferri poteſt , quòd quando
presbyter acceptat tutelam,debet proteſtari in ſcriptis,quia talis acceptatio eſt actus fori,l.actus.C.de
fer.& ita procedit tex.in authen.presbyteros.vltima.C.de epiſcop.& cleric.idem,quando lex concedit
loco iudicis,quòd quis propria authoritate ius ſibi dicat,fit proteſtatio in ſcriptis. authent. ſi quis ei. C.
de adulter.tali enim caſu pars ſuccedit loco iudicis.argumen.l.ij.C.quando lic.ſine iud.de quo dixi in l.
in ſuis.in iiij.not.de liber.& poſthum. Doctor.tamen hîc dicunt, quòd illud eſt propter præiudicium ir-
reparabile,ſicut etiam in caſu.§.ſi quis de prædictis.in authentico vt cùm de appellatio.cogn.vbi quan-
do filius,vel agnatus proximior negligit tutelam,ſeu curam furioſi,ſi quis extraneus adteſtationem eis
ſcriptis direxerit,ipſe ad hæreditatem admittitur in ſcriptis. Potes tamen dicere , quòd illa dictio ſcri-
ptis,ibi refertur ad dictionem,Hæredibus. non ad adteſtationem. Prætereà non ſequitur, quamuis lex
faciat mentionem de ſcriptura ,quinetiam ſufficiant teſtes. l. prima. ibi ſcriptura interueniente. & ibi

per Bartolum. C. de iure emphyteut. cuius opinio eſt communis, vt per Alexandrum conſilio xxvij. in
quarto. & ſecundum ſupradicta etiam debet intelligi textus in capit. vt circa. de electíon. in ſexto. vbi,
qui opponit crimina contra electum, debet in ſcriptis opponere iſtud, cùm reſpicit actus iudiciarios, &
ſic ſtat firma concluſio Bartol. cum limitatione ſua, quæ ſanè intellecta compræhendit alias relatas per
Moderniores. Ex quarta parte, quando poteſtas deficit de iure ſed non de facto, collige duas conclu-
ſiones. Prima eſt, quòd quando † quis proteſtatur, ne incidat in delictum, ſi certa eſt perſona, cum qua fa- 92
ctum illud perpetraretur, debet admoneri vel ipſe vel familia, iuxta l. aut qui aliter. §. primo, & ſecun-
do. ff. quod vi aut clam. facit in ſimili capit. licet. de regu. Si eſt incerta perſona ſatis eſt ſi fiat loco, & tem
pore, quo factum illud geritur. l. qui foueas. l. ſi putator. ff. ad legem Aquiliam. facit textus in capit. ex li-
teris. iuncta gloſſ. ibi, & in cap. fina. extra de homicidio, in antiquis. Cum Bartolo tranſeunt alij. & ex
hoc infert Iaſon ad quæſtionem emphyteutæ vxoris, qui alienauit inconſulta vxore, ſed tamen facta
marito denuntiatione, nunquid excuſetur à pœna. l. fina. C. de iure emphyteu. & ipſe in dicta l. fin. quæ-
ſtione xvij. tenuit quòd ſic, argumento dicta l. aut qui aliter. Sed hic tenet oppoſitum. Vltra eum dic,
quod dicta l. aut qui aliter. † nihil facit, quia ibi lex ſimpliciter requirebat, vt qui faceret, celandi ani- 93
mum non haberet, vt ibi dicitur, verſiculo, ſed Seruius. vnde ſufficit denuntiare vxori, vel amicis. Sed
lex finalis requirit, quòd atteſtatio domino tranſmittatur: ergo non ſufficit ſi marito fiat, niſi quan-
do maritus eſſet dominus, vt quia fundus dotalis, ſecundum l. in rebus. C. de iure dotium. facit, quia vi-
demus, quòd denuntiatio facta patri non præiudicat filio, nec viceuerſa, vt per Socinum conſilio octa-
uo, in tertio quid tenendum? diſtingue aut maritus cohabitat cum vxore, & facit eandem familiam,
& puto, quòd ſicut ſufficeret denuntiare domi. l. prima. §. primo. ff. de liber. agnoſcendis. l. ſcire oportet.
§. oportet. de excuſation. tutorum. ita etiam merito ipſi, quando tamen ipſa non reperitur, iuxta do-
ctrinam Barto. in l. tertia. §. prætor. infra de damno infecto. & procedat opinio Iaſon. in dicta l. fina. aliàs
verius ſit quod hîc tenet. Et ex his infertur ad aliam quæſtionem. Emphyteuta iuit ad domum domini,
vt ſolueret canonem, eum non reperit, quia erat ruri, ſed reperit vxorem, quæ voluit eum recipere, nun
quid excuſetur à pœna caducitatis? & putarem, quod ſic per ſupradicta: hic enim non aggrauatur do-
minus, & quia hic ceſſat contemptus domini, quæ eſt ratio pœnæ introductæ à dict. l. fina. & quia conſi-
gnatio, & depoſitio requiritur ad conſequendam plenam * liberationem. l. obſignatione. C. de ſolutio. 94
ad euitandam verò pœnam ſatis eſt oblatio verbalis. l. acceptam. l. ſi pro te. C. de vſuris. l. ſi ſeruum. §. ſe-
quitur. de verborum obligation. & per gloſſam in l. ſecunda. in fine. cum qua tranſeunt ſcribentes eo-
dem titulo. & iſta opinio habet æquitatem. Secunda concluſio Barto. eſt, quando proteſtatio fit ad di-
minuendum delictum, ſi factum non dependet totaliter à poteſtate noſtra, proteſtatio nihil releuat. ca-
pit. fina. de homicidio, in ſexto. Si verò dependet à poteſtate noſtra, ſecus eſt. gloſſ. in l. prima. in verbo,
nec vi. C. vti poſſidetis. declarando vt hic per eum. Sed contra hoc vltimum tenet D. Claud. allegan-
do etiam Felin. in dicto cap. cum M. qui tamen hoc non dicit: Mouetur, quia ſicut non adtenditur pro-
teſtatio quo ad totum, vt non ſit delictum, non debet neque quo ad partem. & ſic vt diminuatur per re-
gulam. l. quæ de tota. ff. de rei vendicatione. Secundò adducitur doctrina Barto. & ſcribentium in l. ſi
quis extraneus. in principio. ff. de acquirenda hæreditate. iuncta l. prima. §. non vſque adeo. ff. de iniu-
riis. Tertio not. per gloſſam & Doctores in l. ſed ſi nolit. infra de acquirenda poſſeſſione. ſed tu non re-
cedas ab opinione Barto. cum qua cæteri tranſeunt. Non obſtat prima ratio, quia eſt impertinens:
non enim ratio differentiæ in eo conſiſtit, quod reſpiciamus totum, vel partem, ſed quod depen-
deat totaliter à poteſtate ſeu animo noſtro vel ne minus etiam obſtat dicta l. prima. §. non vſque. quia
loquitur reſpectu iniuriam paſſi, non autem reſpectu facientis: non enim ab eo ſolum dependet, ſed
aliis quoque qualitatibus. l. aut facta. ff. de pœnis. ad doctrinam Barto. in dicta l. ſed ſi nolit. reſpon-
de, quòd non loquitur reſpectu delicti, vt eſt caſus noſter ſed reſpectu intereſſe, quod deducitur in
actione vnde vi. l. prima. in principio. ff. de vi & vi armata. Præterea non loquitur, quando præceſſe-
rat proteſtatio nolentis ſibi acquiri ciuilem. Vnde illa concluſio limitatur per doctrinam Barto. hic.
Sed dubium eſt, nunquid hoc caſu proteſtatio talis per quam diminuitur delictum, debeat fieri præ-
ſenti, vel intimari? & Bartolus hîc dicit, quòd non requiritur præſentia partis: cùm pendeat ex ſo-
lo animo. d. Præpoſi. in dicto capitulo, ſolicitudinem. tenet contrarium, quia ſicut proteſtatio, quæ
fit ad tollendum delictum, debet fieri parti. dicta l. aut qui aliter. & dicta l. qui foueas. ergo idem quan-
do fit ad minuendum, argumento dictæ l. quæ de tota. Sed reſponde, quod ibi delictum conſiſte-
bat in clandeſtinitate, hîc in alio facto. Potes dicere, quòd quo ad minuendum delictum, vera ſit opi-
nio Bartol. ſed quo ad intereſſe, ſi pars probabiliter in aliquod damnum incidit, propter ignoran-
tiam proteſtationis procedat contraria opinio, argumento doctrinæ Bartoli in dicta l. ſed ſi no-
lit. In quinta, & † vltima parte Bartolus facit concluſionem, quòd proteſtatio in his, quæ pen- 95
dent à diſpoſitione legis, nihil operatur. l. alimenta. vbi gloſſa, & Bartolus. C. de negotiis geſtis. fa-
cit textus in canone, ſic quidam. decima quæſtione prima. idem ſi dependeant reſpectu conſequu-
tiuorum ad actum tantùm. dicto capitulo, cum Martinus Ferrarienſis. & dicto capitulo, Cuma-
na. & ibi per Abbatem, & facit regula generalis tradita in l. nemo poteſt. ff. de legatis & fideicommiſ-
ſis primo. Intellige procedere, quando conſenſus partis non interuenit, aliàs ſi interuenit proteſta-
tio, ſuſtinebitur in vim pacti ſeu confeſſionis, argumento. l. finalis. ff. de rebus eorum. & l. tertia. C.





communia vtriuſque iudic. & per Felinum in capitulo, fraternitatis. de hæreticis. & in capitulo, cum
venerabilis. de exceptio. imò ſi illa diſpoſitio legis ſit in fauorem partis, poteſt pars renuntiare, & va
lebit proteſtatio. capitu. cùm dilectus. vbi Abbas in quinto notabili. de conſuetudi. per Felinum in cap.
ſi diligenti. de foro competenti. Et ex hac concluſione infert Iaſon hic ad quæſtionem emphyteutæ
alienantis, ſaluo, & reſeruato conſenſu domini, & non aliter. nam per talem proteſtationem non libe-
ratur à caducitate. cùm enim ſit contraria facto, non debet adtendi. dicto capitulo ſolicitudinem, &
quia caducitas dependet à diſpoſitione legis. d. l. finali. & ita tenet Baldus in l. j. quæſtione xvj. C. de his
qui pœn. nomi. & in dicto capit. Cumana. & eſt communis opinio ſecundum Iaſonem hic, quando ſe-
quuta eſſet traditio vt hic per Iaſonem. & in rubri. ff. ſoluto matrimonio. in ſecunda lectura. & in d. l. fi-
nali. & Decius conſilio centeſimo ſexageſimo. cum ſimilibus. Sed tu conſidera aliquos caſus. Primus
eſt, quando ſimpliciter emphyteuta alienauit reſeruato iure domini, & tunc puto indubitanter dictam
concluſionem veram, quia talis reſeruatio non aufert contemptum domini, cùm omnino eius ius ſal
uum eſſet. l. ſi debitor. §. primo. ff. quibus modis pign. & quia ius domini non conditionat contractum,
meritò cadit. Et ita loquitur Abbas & Canon. in capitu. ſecundo, in fine. extra de feud. iſta enim verba
non ad conſenſum ipſius referuntur ſiue quo alienatio fieri non potuit, ſed ad ius, id eſt directum do-
minium. dicta l. j. C. de fun. patrimonial. imò concordant cum caducitate, quæ introducta eſt, vt ſaluum
ſit ius ipſius domini. Secundus caſus eſt, quando reſeruatur conſenſus ipſius domini. Et tunc videtur,
quòd dicta opinio communis non ſit vera duplici ratione. Prima eſt, quia ſi verba cònditionaliter pro-
lata eſſent, vtique emphyteuta non caderet, vt quia dixiſſet, Alieno, ſi conſenſerit dominus. l. finalis.
C. de fundis patrimon. libro vndecimo. l. ſi quis locuples. & ibi per Bartolum. ff. de manumiſ. teſtam. &
eſt communis opinio, vt per Iaſonem in dicta l. finali. verſiculo vigeſimo ſexto. quæro ergo idem di-
cendo, ſaluo conſenſu, quia illa dictio, Saluo, habet vim conditionis cùm modificat reſpectu futuri: vt
colligitur ex gloſella ſuper verbo, ſi purè. gloſ. in l. item Labeo. §. primo. ff. familiæ erciſcundæ. & pro-
batur in l. j. in principio. C. de fundis patrimoniali. libro vndecimo. ſicut & ablatiui abſoluti ſtant con-
ditionaliter. l. ab emptione. ff. de pactis. & dato, quòd aliqualiter accedant ad naturam diſpoſitionis. l.
in ratione. ſecunda. §. tandiu. ff. ad l. falcid. vbi Paulus de Caſtro & Alexander tamen pro euitanda ca-
ducitate deberet capi intellectus, qui eſt magis proprius meræ & puræ conditionis. l. cùm quidam. vbi
Iaſon. ff. de liberis & poſthumis. Secunda ratio eſt, quia non eſt verum, quòd caducitas dependeat ſim
pliciter à diſpoſitione legis, quia etiam dependet ex voluntate domini: vnde non habet locum, niſi
ipſo volente. l. ſecunda. vbi Bartolus. ff. ſi ager vectig. vel emphyt. vnde ſi dominus declarauerit, quòd
non vult, & emphyteuta cum emptore reſcindant venditionem, & traditionem, non poteſt dominus
dicere ſe contemptum. & ceſſat ratio dictæ legis fin. & ideo putarem communem opinionem intelli-
gendam, etiam quando dominus de diſſenſu proteſtatus eſſet. & nihilominùs emptor in poſſeſſione
perſeueraſſet, nec contractus effectualiter (etiam quatenus proceſſit) per viam facti diſſolueretur.
Tertius caſus eſt, quando dictum eſt, Vendo ſaluo conſenſu domini, & non aliter, nec alio modo.
& tunc communis eſt opinio emphyteutam non cadere propter vim geminationis, quæ retrò contra-
ctum non minùs, quàm expreſſa conditio reſiluit. glo. in l. ſi quidem. vbi Baldus. C. de exceptio. per Bal
dum in capitulo primo. §. denique. quæ fuit prima cauſa beneficij amitten. Abbas dicto capitulo ſecun-
do. cum concordat. per Iaſonem in dicta rubrica. & Curtius conſilio octauo. Fallit, quando eſſet fa-
cta corporalis traditio rei naturaliter de difficili recuperabilis, vt Caſtri ſecundum Baldum in capi-
tulo primo. §. hoc quoque. ad finem. de ſucceſſione feudi. & in dicto capitulo Cumana, ſequitur Feli-
nus capitulo quæ in eccleſiarum. de conſtitution. in antiquis. Hic enim apparet de euidenti præiu-
dicio. ergo non debet talis proteſtatio valere, ſecundum Baldum. in capitulo finali. de confeſſis. quia
in rebus facti non debet ars verborum valere, vt idem dicit in l. vnica. C. de confeſſis. & iſto caſu po-
teſt procedere opinio Iaſonis hîc tenentis contra communem. mihi tamen magis placet vt ex euen-
tu iudicemus. nam ſi dominus proteſtatus fuerit de diſſenſu & emphyteuta non reduxerit rem ad in-
tegrum, prout erat ante talem venditionem intelligitur cecidiſſe, alioquin ſecus, prout etiam ſuprà
diſtinxi. Quartus caſus eſt, quando emphyteuta reſeruauit conſenſum domini, & realiter non tra-
didit rem, ſed tantummodo per conſtitutum vel precarium. & videtur quod cadat ſecundum tamen
diſtinctionem ſupra dictam, quia conſtitutum transfert veram poſſeſſionem. l. quod meo. de acqui-
renda vel amittenda poſſeſſione. l. certè. §. primo. & §. Iulianus. de precario. ſecundum Bartolum
conſilio trigeſimo quarto. & Iaſon in dicta l. finali. quæſtione decimanona. Sed tamen Moderni in
dicto cap. cum M. tenent contrarium, quæ opinio mihi placet in hoc caſu. Videtur enim precarium &
conſtitutum recipere conditionem à conſenſu domini iuxta notata per Bald. & Iaſonem in l. ex teſta-
mento. C. de fideicommiſſis. & Dec. conſil. ccxlvij. in cauſa magnifici. Nec hic eſt fraus: cùm ſicut ver-
balis fuit proteſtatio, ita & verbalis traditio, & Bar. & Iaſ. non loquuntur ſtante clauſula reſeruationis,
imò etiam in caſu ſuo illa deciſio eſt dubia: quia per talem actum verbalem non debet emphyteuta in
pœnam incidere, vt dicit Guid. Pap. q. xlvj. & q. cj. & vide quæ dixi in l. alienatum. infra de ver. ſign. vbi
citaui multa iura & rationes, quibus concluditur traditione verbo tantùm facta rem emphyteuticam
non eſſe commiſſam, & fuit etiam de mente Bald. in cap. vnico. §. aut ſi libellario. quib. mod. feud. amit.
vbi per illum text. iuncta l. j. ſupra, quod quiſque iuris, dicit quòd cõtractus à reali traditione nudus non

facit rem in commiſſum incidere, & idem not.in capitu.j.de prohibit. feud.alienatio. & capitulo deni-
que. quæ ſit prima cau.benefic.ami. & etiam ſentit Alexander conſilio clxxiij.dum requirit perfectam
& efficacem tranſlationem poſſeſsionis & conſil. xxviij. in ſecundo.& hoc maximè, quando propter
talem clauſulam venditor non eſſet adhuc liberatus ab actione ex empto. Vnde apparet contractum
adhuc non perfectum, de quo in l. ab emptione. ff.de pactis.facit quod notat Argentinus filius domini
Rayne.quem refert Paulus de Caſtro & Moderni in l.j.§.ſi vir.infra,de acquirenda poſſeſsione. Cæte-
ras quæſtiones, quæ ex hac principali concluſione poſſent inferri, vide per Iaſon.hic & Moder.in d.c.
cùm M. Ferrarienſis. & etiam ſupra aliquid tetigi. & per Felinum in capi.cùm venerabilis.de except.
In ſecunda principali † ſpecie proteſtationis, quæ eſt inhibitoria ex doctrina Bartoli fac primam con 96
cluſionem, quòd proteſtatio prohibitoria eius, quod quis erat obligatus facere,non valet.l.ſi quis pro-
hibuit.de public. l.ſi fideiuſſor.ff.de fideiuſſorib.vbi Barto.per Bald. & Salicet. in l.ſi liberam.C,quod
cum eo.& eſt ratio,quia talis proteſtatio * non eſt modus tollendæ obligationis.l.obligationum ferè.§. 97
placet.infrà, de actionib.& obligatio.inſtitutio quibus modis tollitur obligatio toto titulo. & per ta-
lem actum non debet quis poſſe alteri præiudicare, vt hic per Bartolum.Intellige maximè procedere,
ſi cauſa proteſtationis eſt iniuſta,vt dictis iuribus.& l.vtrùm.de conſtituta pecunia.vbi etiam probatur
prædicta ratio. Item intellige procedere, etiam ſi cauſa eſſet iuſta in ſe, ſed non vera. l. hæc autem. in
princip.ff. ſi cui pluſquam per l.fal.Idem, ſi non veriſimilis. quod enim veriſimile non eſt, incredibile
reputatur.l.Mæuius.de legatis ſecundo. imò quod veriſimile non eſt, habet imaginem falſitatis.l.mili-
tes.§.oportet.ff.de quæſtio.& notat Baldus in l.prima. C. de ſeruis fugitiuis. facit quod idem notat in l.
presbyteri.C.de ſacroſ.eccle.per Doct.in c.quia veriſimile non eſt.de præſump.Item intellige, etiam ſi
cauſa eſſet iuſta, & vera, ſed non probata: quia verum dicitur, quod eſt probatum, ita eſſe ſecundum
Archidiaconum.xxx.quæſtione quinta.iudicantem. Baldus in capitulo primo.de conſtitutio. & paria
ſunt non eſſe, & non probari.l.duo ſunt Titij.de teſtamen.tut.& non tenetur quis * credere verbo pro- 98
teſtantis.l.ſi quis inficiatus. vbi Bartol.ff.depoſi.l.j.§.j.& ſequenti. quod falſ.tuto.auctor. & quaſdam de
ciſiones ponit Iaſon hic, quibus adde quòd notat Felinus in capitulo,cùm contingat.de reſcriptis. &
Iaſon in l.j.ff.de eo, per quem fact. & dixi in l.j. in vndecima quæſtione ſupra eodem. Fallit hæc conclu
ſio,vt non procedat, quando cauſa eſt iuſta & vera.l.hæres cum debuerat. ad Senatuſconſultum Tre-
bellianum.itémque probata, vt quia de ea ſit facta fides per oſtenſionem inſtrumenti illud ſibi legen-
do;vel per dimiſsionem copiæ.clem.cauſam.cum gloſ.de electio.& l.nomen.C.quæ res pignо.obli.poſ-
ſit,de quo dic, vt dixi in dicta l.prima.in vndecima quæſtione facit l.tertia.§.ſed ſi ſic.ibi,ne credulitas.
ff.de in rem verſ. Sufficit enim talis verificatio, quo ad iuſtificandum proteſtationem, licet quo ad
probationem iudicialem aliud ſit, vt per Bartolum in extrauagan.ad reprimendam.in verbo, de pla-
no,per textum in l.finali.C.de fide inſtrumentorum. Idem ſi non oſtendatur inſtrumentum ſed fiat au
ctoritate iudicis.l.finali.ff.de lege com. ſecundum intellectum Bartoli ibi, qui tamen bene non proba-
tur per illum textum,melius facit ratio, quia præſumitur pro facto iudicis.l.ſecunda.C.de officio ciuil.
iudic.& ideo iuſſus iudicis excuſat.l. non videtur. §. qui iuſſu.ff.de regulis iuris. & quod habetur in l.iu
ſtè.ff. de acquirenda poſſeſsione.excuſat etiam à periurio, vt per Hoſtienſem in ſumma. de iureiuran
do.§.quot ſunt ſpecies,& Ioannes Andreas & dominus Antonius in capitulo, ſignificauit. de cenſibus.
reſtringe tamen dummodò iſte ſit iudex competens ſaltem in iuriſdictione voluntaria: quia etiam pro
tali lex præſumit. l. ab ea parte, reſponſo ſecundo. de probation. & ita intelligo quod notat Alexan-
der conſilio trigeſimo nono in tertio. ſecus ſi omnimodo careret iuriſdictione ſecundum Aretinum.
conſilio trigeſimo quinto. Vnde intimatio laudi facta auctoritate arbitri non valet, quia amplius non
habet poteſtatem,ſecundum Alexand.conſi.xcv.in ſecundo. & quod notat Felinus capitu.cum cauſa.
de officio & poteſtate iudicis delegati. Item reſtringe, vt ſaltem cauſa debeat eſſe inſerta in proteſta-
tione; quia aliàs præcepto iudicis non creditur.l.j.C.com.vel epiſt.per Bartol.& Doctores in l.filiusfa-
miliâs.§.diui.in fine. de legatis & fideicommiſsis primo. imò ſi pars deinde coram iudice petat ſibi edi
inſtrumentum & fieri fidem, debebit illi dari copia argumen. d. clementi. cauſam. in verbo, ſi petita.
& l.j.§.fina.ff.de edendo. Intellige prædictam limitationem, vt requiratur intimatio inſtrumenti quan
do proteſtatio fit ab eo, cuius principaliter non intereſt. Si verò fiat ab eo, cuius principaliter inter-
eſt, & qui in ea ſibi præiudicare poteſt, tunc non requiritur alia cauſa, vel verificatio, ex quo iſta ſunt
nota ipſi, cui fit proteſtatio,ſicut quando creditor proteſtatur debitori,non ſoluat. valet enim abſque
alia probatione, & operatur effectum,vt purgetur mora,& creditor ipſe in ea conſtituatur, vt hic per
Bartolum.& in l.ſi ſeruum.§.ſequitur.ff.de verborum obligationi. & eſt textus in l.Aemilius.verſiculo,
dicebam.ff.de mino.& in l.poſt diem.ff.de leg.com. Facit quod notat Bal.in l.ſi legatum.per illum text.
de edendo. vbi quis non tenetur facere mentionem inſtrumenti,quod præſumatur eſſe penes eum, cui
fit proteſtatio. Idem in debitore,qui denuntiat fideiuſſori ſuo, ne ſoluat: quia habet exceptionem pa-
cti vel ſolutionis vel aliam,non enim eſt opus,quòd aliter faciat fidem,quia cùm iſtud principaliter ad
eum pertineat,debet ei fideiuſſor credere.l.ſi fideiuſſo.in prin.ff.man. Item intellige prædicta,quod re-
quiratur cauſa vera,& probata quo ad dictum effectum, quod proteſtatio obliget eum inuitum, cui fit,
ſed ſi ille velit parere, tunc, dummodo habeat in ſe cauſam veriſimilem, & cui veriſimiliter proteſta-
tus debuit credere,ſufficit,quo ad ius excuſationem.arg.gl.in l.Titio fundus.ff.de con.& demon.& quæ
per il



per illam gloſſam notat Felinus in capitulo cum contingat.de reſcriptis.& in cap.ſecundo.de calumn.
99 Iaſon in auth.iubemus.C.de iudic.& in dicto §.ſi quis ipſi prætori. & ideo * propter talem veriſimilitu-
dinem teneretur proteſtans ad intereſſe.l.prima. §.dolum.& §. & ſi reus.ff.de eo, per quem fact.& cen-
ſeretur proteſtatus habere iuſtam cauſam reſtitutionis in integrum. l. finali.ff. eodem titulo.Alium ef-
fectum etiam operatur veriſimilis cauſa, quia propter eam poteſt exigi cautio, de qua in l.hæc autem.
ff. ſi cui pluſquam. per legem falſ. & in l. finali. C. de petitione hæreditatis. ſecundum Bartolum hîc.
cui adde textum in l. is à quo. cum l.ſequenti. ff.de rei vendicatione. & in l.penultima.ad finem.C.de-
poſiti. facit l. ſi poſt perfectam. C.de euiction. de quo dicendum, vt in dictis iuribus & per dominum
100 Claud. hic. Et ex ſupraſcriptis habes regulam: quòd in hac proteſtatione * inhibitoria ſemper requi-
ritur expreſsio cauſæ: licet in aliquibus caſibus oporteat eam probari ex exhibitione inſtrumento-
rum in aliquibus ſufficiat, quod ſit veriſimilis in aliquibus nulla probatio requiratur, vt ſuprà vidi-
mus, ſcilicet quando pars acquieſcit. & ideo Felinus in dicto capitulo cum M. Ferrarienſis. in ſecun-
da concluſione tertiæ partis principalis generaliter concludit, quod parte non opponente proteſtatio
ſine cauſa valet. ſicut dicimus in libello, & in exceptione.l.prima. infra de edendo. l.j.§. Labeo.de flu.
quæ opinio non eſt vera, quia non eſt probabilis credulitas, niſi aſsignata ſit cauſa, & ideo proteſta-
tus non excuſaretur. & Doctores in dicta l. prima.de edendo.non dicunt, quòd libellus valeat ſine cau
ſa, ſed quod valet cum cauſa generali, vel obſcura, ſi pars non opponat: & ita debent intelligi etiam
notata per Alex.in l.Titiæ textores.in princ.de legatis & fideicommiſsis primo, cum ſimilibus de qui-
101 bus hic per Modern. Secunda concluſio eſt, quod ad * proteſtationem inhibitoriam non admittitur
is, cuius non intereſt.l.ſecunda.ff.quod falſo tutor.argumento.l.non ignorat. C. qui accuſare non poſ-
ſunt. per Bartolum in l. poſthumus. §. primo. de inofficioſo teſtamento. Si verò interſit, admittitur.
Et ideo infertur: & primo, quod talis proteſtatio poteſt fieri per procuratorem, dum tamen procura-
tor faciat fidem de mandato.dicta l.ſi quis inficiatus. Sed an ſufficiat cauere de rato? & Baldus in rubri
ca extra de procuratoribus. dicit, quòd non: quia lex requirit, quòd proteſtatus cognoſcat, &c.dicta
l.ſi quis inficiatus. facit l.non ſolùm. §. qui alieno. ff. de procuratoribus. In nuntiatione tamen noui
102 operis aliud eſt, quia eſt præambula * iudicij. l.de pupillo. §. qui procuratorio. ſuprà eodem. Et in iu-
diciis, quoties dubitatur, ſufficit cautio. l. qui abſentem. de procuratoribus. & ita etiam tenet Bal-
dus in dicto capitulo Cumana. de electio.in capitulo coram. de officio & poteſtate iudicis delegati.Ia-
ſon dicto §. qui procuratorio. & quod notat Alexander conſilio ſeptuageſimo octauo.in quinto. Se-
cundò infertur, quod poterit fieri per negotiorum geſtorem, quod intellige in caſibus, in quibus ſuf-
ficit ſola ſcientia à quocunque facta ſecundum diſtinctionem Bartoli in l. facta. §. ſi hæres. ff.ad Sena-
tuſconſultum Trebellianum. pro qua concluſione Iaſon allegat textum in l. item veniunt. §. petitam.
ff.de petitione hæreditatis. ibi enim fiebat denuntiatio ad finem ne poſſeſſores diſtrahant bona hære-
ditaria. & facit quod notat Rota deciſione centeſima vigeſima ſeptima in nouis. & deciſione duode-
cima in antiquis. vbi intimatio appellationis poteſt fieri etiam per negotiorum geſtorem. Nec obſtat
textus in l. cùm ſatis. §. finali. C. de agricolis & cenſit. libro vndecimo. allegatis hic per Iaſonem.
quia loquitur in proteſtatione incitatoria, vt reſtituat, & ſic vt quis faciat quod facere debet, non au-
tem in prohibitoria: nam incitatoria vt reſtituatur domino bene poteſt fieri per negotiorum geſto-
rem.l.ſi quis ſolutioni. §.primo. ff. de vſuris. & ideo dicendum eſt, quòd dicta l.cùm ſatis. loquens de
procuratore, non tamen per hoc excludit negotiorum geſtor. argument.d.l. prohibere. in principio.
cum gloſſa. ff.quod vi, aut clàm. & ratio differentiæ eſt. quia, cùm omnino talis teneatur, nec per
hoc augeatur principalis obligatio, ſufficit etiam geſtoris incitatio maximè, quia effectus ſolutionis
confertur in perſonam domini. & ita intelligendus eſt etiam Bartolus in l. ſi ſeruum. §. nunc videa-
103 mus.ff.de verborum obligationib.ſecundum Alexandrum hic. Tertiò infertur, quòd poterit fieri † per
coniunctam perſonam, iuxta tamen diſtinctionem, quæ eſt in negotiorum geſtore videlicet, vbi ſuf-
ficit ſola ſcientia. dicto §. petitam. Item quando proteſtatio eſt incitatoria. l. qui abſentem. ff. de pro-
curatoribus.vbi Baldus & in l. ſinautem. ff. de negotiis geſtis. & quod notat Aretinus conſilio vigeſi-
moſexto. verſiculo, circa tertium. alioquin non poterit fieri. l.tutor vrgentibus. vbi Baldus. ff.de mi
noribus.per Felinum in dicto capitulo cum M.Ferrarienſis. eſt verum, quod dicta l. tutor non probat:
quia ibi coniuncta perſona non attenditur propter tutorem ad quem principaliter pertinebat. l. ſe-
natuſconſulto. vbi Baldus.C. qui accuſare non poſſunt. per Iaſonem in l.exigendi. in ſecunda fallen-
tia. C.de procuratoribus. & ideo Moderni in dicto capitulo cum M. Ferrarienſis. tenent contra com-
munem, quia cùm liceat in proteſtatione incitatoria, ergo etiam in prohibitoria, quæ videtur mino-
ris importantiæ.capitulo cui licet. de regu.iu.libro ſexto.tamen tu non recede à communi:quia eſt ma-
nifeſta ratio differentiæ inter incitatoriam, & prohibitoriam, vt ſuprà dixi. Et pro communi etiam
facit ratio,quia ſuprà diximus,quòd procurator non admittitur,niſi faciat fidem de mandato: nec ſuf-
ficit cautio rati vt per Iaſ.d.§.qui procuratorio.Sed coniuncta perſona quando agit, debet cauere. l. ſin
autem.ff.de neg.geſt.vnde apparet in caſibus,in quibus procurator cum cautione non admittitur, nec
ipſam admittendam. Sed quid iuris vice verſa? an poterit fieri procuratori & regula eſt, quòd ſic, in
caſibus, in quibus ſcientia procuratoris nocet domino, de quibus in l. procuratoris. in principio. ff.
de trib.& l.apud Celſum.§.quæſitum.ij. ff. doli except. quod limitatur tribus modis hic per Iaſonem &
per Feli

per Felinum.d.capitu.cum M.Circa ſecundam,quando fit proteſtatio inhibitoria eius quod quis tene-
batur non facere, habes ex doctrina Bartoli concluſionem, quòd volens occidere bannitum.vigore
ſtatuti impunè hoc concedentis, non tenetur credere bannito proteſtanti, ne offendatur, quia dicit ſe
rebannitum, niſi de hoc fiat fides, vt per eum, cum quo tranſeunt cæteri. allegat textum in l. non o-
mnes. §. finali.ff.de re militari. & facit c.j.& ibi gloſſa de ſententia excommunicationis. & facit l. pe-
nultima.ff.de adulteriis.& aliquas ſimiles deciſiones ponit hîc Iaſon,& in l.quarta. §. condemnatum.in
fine.infrà de re iudicata.& Decius in l.qui cum alio.de regulis iuris. cum ſimilibus. Alexander conſilio
centeſimodecimoquarto. vbi ampliat.in primo volumine. tu aduerte, quia in contrarium facit.nam,
ſtante tali ſtatuto, videtur quilibet priuatus eſſe ſubrogatus loco iudicis, qui poſsit ſumere vindictam.
l.ſecunda.C.quando lic.ſine iudi.quia ſtatutum cenſetur committere executionem cuilibet priuato,ſe
cundum Gaud. in tractatu maleficior.in fine. Rayn.in l.quod ſi iterum. de adimendis legat.Ang. Paul.
in l.binas. de ſeruituti. vrbanorum prædio.& dixi in l.in ſuis.de liberis & poſthumis. Sed iudex,(ſi ban-
nitus allegaret ſe incontinenti verificaturum) deberet ſuperſedere.dicta l.quarta.§.condemnatum.er
go etiam pars,ne parti liceat,quod iudici non licuiſſet,argumento.l. Pædius. ff. de incendio ruina nau-
fragio. ibi ex rerum qualitate.confirmo, quia ſtante tali ſtatuto bannitus habetur pro hoſte ciuitatis,
qui poteſt impunè occidi.l.tertia. §. transfugas.de ſicariis. ſed hoſtis præterquam in acie non poteſt oc-
cidi.l.pupillus.§.primo. ff. de verborum ſignificatione. imò ſi neget ſe hoſtem,debet ad iudicem dedu-
ci. argumen.l.finalis.C.de malefic.& math.& per Baldum l. libertus. §. ſerui. ff. de ſtatu hominum. con
firmatur, quia Bartolus & Doctores non negant, quin talis occidens ſit ſaltem in culpa, qui debuit
veſtigare, argumento d.l. qui cum alio, & qui proteſtationem ſibi factam non debuit ita negligere,ar
gumen.l.ſi fundum.C.de euictio.& ideo punietur de culpa ſecundum eos.Sed videtur verius,quòd imò
ſit in dolo, quia occidere hominem eſt contra ius diuinum vel naturale: vnde ignorantia non excu-
ſat à dolo. Ang.in l.plagij.C. ad l.Flauiam de plagiariis.Salicetus in l.ſenatuſconſulto.C.de his qui ſibi
in teſta.aſcrib.Bartholom.Veronenſis conſilio vigeſimoprimo.Item in his,in quibus debuit precedere
diligentia, præſumitur ſcientia,& dolus illius,qui debebat diligenter inquirere,nec admittitur excuſa-
tio ignorantiæ gloſſa in capitu.ad falſariorum.in gloſſa ſecunda.& ibi Ioannes de Anania extrà de cri-
mine falſi.Vnde cùm iſte in dolo,non autem in culpa ſit,videtur,quòd debeat de homicidio teneri.l.in
lege Cornelia.ff.ad leg.Corn.de ſicar.per Iaſo.in l.in actionibus.ff.de in litem iurando. præſertim cùm
talis occidens præſumatur id feciſſe non cauſa boni publici, ſed propter odium vel inimicitias ſuas.
Pro reſolutione poſſet diſtingui,aut iſte bannitus proteſtatur ſe liberatum, & offert venire ad iudicem
& tunc non poſsit offendi, prout ſentit Alexan. hic argumento notatorum per Cardinalem in clemen
tina prima.in quinta quæſtione de re iudicata. Baldus l. ſi feriatus.de feriis. & quod notat Bartolus in l.
de pupillo.§. ſi quis ipſi. ſecunda lectura.ſupra eodem. Felinus Moderni dicto capitulo cum M. aut non
offert, & tunc ſecùs: ſi tamen potuit deduci ad iudicem, erit maior culpa occidentis, & iudex eum pu
niet ex dicta culpa, non tamen tanquam de homicidio ex lege Cornelia de ſicariis. quia illa non ha-
bet locum, niſi in homicidio commiſſo ex dolo verò, non ex præſumpto. dicta lege in lege Cornelia.
per Cardinalem. capitulo lator. de homicidiis. dolus * enim præſumptus lata culpa eſt.l. quod Ner- 104
ua.ff.depoſiti.nec obſtat deciſio Baldi in dicta l.libertas. allegata in contrarium hic per Claud. quia in
caſu ſuo verè erat bannitus, in noſtro ſecus. Non obſtat quòd non ſit credendum bannito atteſtanti
ſe velle ire ad iudicem: quia non eſt credendum verbo ſimplici, ſed etiam facto, quia veniat ſeu poſ-
ſit etiam inuitus ſecurus deduci. Circa tertium, quando † inhibetur id, quod erat arbitrarium face- 105
re,vel non facere ipſi inhibito, collige ex doctrina Bartoli quinque caſus, quibus proteſtatio non te-
net, & quatuor quibus valet. Primus caſus negatiuus eſt, quando ſalua honeſtate proteſtationi parere
non poſſumus.l. quintus.ff.mandati.l.ſi fideiuſſor. ff. de fideiuſſoribus. vbi per Bartolum & Paulum de
Caſtro facit text. in l. pecuniæ. in verbo, neceſsitas. & in verbo, verecundia. ff. de alim.lega.& quod
ibi notat Bartolus cui adde gloſſ.in capitulo ſi quis teſtium. extra de teſtibus. & Felinum in capitulo ſu
per.ſecundo.eodem titulo.capitulo nónne.de præſump. Secundus caſus eſt, quando proteſtatio eſt fa-
cta ſine iuſta * vel concludenti cauſa: nam & tunc nullius effectus eſt. l. ſi maior. C. de reſcindenda 106
venditione.l.tutor. ff.de minorib. & optimè probatur in l.j.C.debi.vendi.pignor.per quem textum vi-
di aliàs dubitari, teſtator mihi legauerat fundum ſub conditione. hæres fortè colludens cum quodam
creditore paſſus eſt eum auocari per hypothecariam à ſe, deinde euenit conditio, reſponſum eſt cre-
ditorem non poſſe moleſtari, ſed tamen hæres tenebitur ad æſtimationem legatario, qui debuit lue-
re dictum pignus. l. ſi res obligata. de legatis & fideicommiſsis primo. Baldus l. ſecunda. C. ſi ad.ven-
ditio. pignor. Tertius caſus eſt, quando non intereſt principaliter proteſtantis: nam tunc proteſtatus
poteſt non credere, & proteſtatio nil operabitur. l. ſecunda. ff.quod fal.tutore aucto.ſecundum vnum
intellectum. Sic etiam videmus, quòd regulariter is, cuius non intereſt, non admittitur. l. non igno-
rat.C.qui accuſare non poſſunt.& quod ſuprà vidimus in primo membro. & ita etiam poteſt intelligi.
dicta l. ſi maior. & dicta l.tutor. in caſibus tamen, in quibus ſola ſcientia ſufficeret, attenderetur, ſi
facta eſſet fides ſecundum Bartolum hic.& probatur in l.item veniunt. §. petitam.verſiculo à quo.ff.de
petitio. hæred.& talis inducit effectus ex ſcientia & patientia productos, vt ait hîc Bart.qui refert effe-
ctus proteſtationis.tu in hunc locum vide Feli.Sandæum.c.cum M.de conſt.& iſtud puto verũ, quando
conſtat



conſtat proteſtato, quod non intereſt nuntiantis, ſed ſi nuntians aſſereret ſua intereſſe,dato quod tunc
fidem non faceret,aliud videretur, argumento.l.ſi fundum.C. de rei vendicatio. de qua infra dicemus.
Quartus caſus eſt,vt proteſtatio per tertium facta nihil valeat quo ad fauorem doloſi, cuius principa-
liter interſit.d.l.ij.ſecundum alium intellectum,quem ſequitur glo.in dicta l.ſi fundum.& eſt ratio, quia
qui non credit proteſtationi, eſt in culpa ille, alius erat in dolo, qui culpam præponderat. vnde non
poteſt ſe ea iuuare.l.item obſtetrix.l. ſi putator. ff.ad l. Aquil. Quintus caſus eſt,quando aliquis certat
de lucro,& alius de damno vitando. Nam proteſtatio non valet in fauorem eius, qui de lucro agit ſe-
cundum intellectum Din. ad d.l.ij. qui intellexit quod ibi pupillus agebat de lucro, emptor de damno
vitando:qui intellectus eſt in ſe ſatis bonus, ſed iudicio meo diuinat ad textum. quid enim ſi falſus tu-
tor pecunias non numerauit pupillo? & ſic pupillus nihil habuit. vnde reſpectu literæ magis conuenit
primus intellectus, quod non intererat proteſtantis, nec veriſimiliter erat illi credendum. Nunc ve-
106 niamus ad caſus affirmatiuos. Primus † eſt, quando prohibetur tale quid, quod ſola voluntate prohi-
bentis fit illicitum, tunc valet proteſtatio, etiam abſque expreſsione cauſæ.l.fina. C. de negotiis geſt.
l.diuus.ff.de ſeruitu.ruſtic.præd.& intellige illicitum largo modo ſecundum gloſſ.in l.culpa. ff.de regu-
lis iuris. ex quo caſu infertur ad inhibitionem, quam dominus facit procuratori ſuo, vel procurator
generalis ex ſuperuenienti cauſa, quam dominus ignorauit iuxta l. ſi hominem. ff. manda. vel etiam
ſpecialis oſtenſo mandato iuxta l.ſi quis inficiatus.depoſi. Secundus caſus eſt, quando ſuperuenit iuſta
cauſa,vt quia debitor futurus pro quo quis fideiuſsit,mutauit conditionem. nam ſi adhuc non præceſ-
ſit obligatio, valet inhibitio facta per fideiuſſorem creditori,ne ſoluat ſecundum gloſ. in l. antepenul.
ff.de procu.& per Bar.in l.ſi fideiuſſor creditori. ff.de fideiuſſo.de quo dic vt ibi,& per Iaſo.hîc. Tertius
caſus eſt, quando proteſtatio habet iuſtam cauſam,& concludentem,& de futuro,& is qui proteſtatur
aſſerit ſua intereſſe,& valet proteſtatio.dicta l.ſi fundum. C. de rei vendica.l.virilis.§.pen.de leg.præſt.
& per gloſſam in l.Fulcinius.in verbo, animus.ff.quibus ex cauſ.in poſſeſ.ea.& ideo dicit Bartol. quòd
talis proteſtatio inducit præſumptionem doli,& facit text.in capitu. conſultationis. vbi Felin. de offic.
& poteſtate iudicis delegati.& in l.quemadmodum.de inofficio.teſtamen.Alexand.conſil.lxxiij.in ter
tio. Quartus caſus eſt,vt idem ſit quando cauſa eſt de præterito, & proteſtans agit de damno vitando.
d.l.ſi fundum.& l.ait prætor.§.ſi quis particeps.ff. quæ in fraudem creditor. Sed contra hanc concluſio-
nem facit regula quod per proteſtationem extraiudicialem regulariter quis non conſtituitur in mala
fide, & non interrumpit præſcriptionem.l.penultima.ff.pro empto.cap.placuit.verſicu.is autem cuius.
xvj.quæſt.iij.gloſ.vbi.Felinus in capitu.ij. de præſcriptio. pro ſolutione diſtingue, vt per Bartol. in d.l.
penulti. Secundo obſtat, quia d.l. ſi fundum. & d.§.ſi quis particeps.innuunt,quòd ibi eſſet facta fides de
cauſa ſecundum Salicet. quem ſequuntur Moder.in dicto capitu.cùm M. reſponde quod imo de hoc ni
hil in textu. & ex quo allegant ſua principaliter intereſſe antè quàm ius ſit proteſtato quæſitum, valet
proteſtatio, vt per Bartolum in dicta l.penultima.& ſentit Alexander in l.de pupillo. §. nuntiationem.
ſupra eodem. In tertia principali ſpecie proteſtationis, quæ eſt incitatoria, ex prima parte Barto.col-
107 lige concluſionem, quod proteſtationi * incitatoriæ vt quis faciat quod debet, parendum eſt, etiam
ſi de obligatione non fiat fides.l.quod te.ff. ſi certum petatur. l. ſi ex legati cauſa. ff. de verborum obli-
gationi. ratio eſt quia ille, cui fit, non habet iuſtam cauſam ignorantiæ proprij debiti.l. finali. ff. pro
ſuo.& ideo vbi eſſet iuſta cauſa ignorantiæ, aliud eſſet: deberet enim tunc probari cauſa, veluti quan
do quis eſt obligatus ex facto alieno.gloſ.in l.qui in alterius.ff.de regulis iuris.dicta l.nomen.d.clemen.
cauſam.Idem quando obligatio venit committenda vigore facti extrinſeci,vel conditionis de futuro,
argumen.l.fina. C.de bon. auctoritate iudi.poſsiden.& ideo infertur ad duas quæſtiones. Prima quan-
do tu teneris mihi ad centum poſt mortem Titij, cùm de ea morte non poſsim fidem facere per inſtru-
mentum,ſufficiet, ſi faciam tibi dici per tales perſonas quibus credere debeas,argumen.gloſ.in d.l.Ti-
tio fundus.de condi.& demonſtratio.& quæ notat Bartolus in dicta l.de pupillo. §.ſi quis ipſi.in octaua
quæſtione.ſuprà eodem. Sed tu aduerte, quia dictum talium perſonarum bene inducit iuſtam excuſa-
tionem credulitatis, ſed tamen non debet ſufficere ad inducendum aliquem in mora, niſi dicas quòd
iſto caſu ad probandum mortem ſufficit leuior probatio.authentic. hodie.C.de repudiis.notat.in l.ſed
ſi de ſua. de acquirenda hæreditate. per Bartolum in l. ſecunda. §. ſi dubitetur. ff. quemadmodum te-
teſtamenta aperiantur. & ſufficeret, ſi tales perſonæ eo modo hoc dicant, quo ſi in iudicio depone-
rent, probarent, arguendo de inſtrumento ad probationes, vt habetur in capitulo ſignificauerunt. e-
xtra de teſtib. & facit lex prima.ff.de fide inſtrumentorum. Secunda quæſtio eſt, quando emptor vult
108 denuntiare † venditori propter litem ſibi motam, debet intimare libellum, & citationem, aliàs non
teneretur venditor ei credere, argumento dictæ clementinæ cauſam. & cum Bartolo eſt communis
opinio. quam ſequitur Alexander conſilio trigeſimotertio.in ſecundo.Felinus & Moderni in dicto ca-
pitulo,cum M. qui reſpon. rationibus. Ang. & Roma. vt per eos. Adde tamen, quòd ſi emptor denun-
tiaret ſibi motam litem, & tranſmiſſum libellum prout apparet in actis talis iudicis, videretur ſuffice-
re, argumen.l.Herennius.§.primo.ibi,auctorem laudauerat. de euictio. & l. auctore. ff.de euict. ex quo
enim tenetur venditor ad defendendum, debet veſtigare,argumento eorum quæ notat d.Anto.in ca-
pitulo ab excommunicato. extra de reſcriptis. & iſto caſu poteſt ſaluari opinio contradicentium.Item
poteſt ſaluari, quando denuntiatio eſſet facta cum auctoritate iudicis. l. finali. ff. de l. commiſſo. & ſu-
prà vidi

prà vidimus, & per Alexandrum hic. Sed an in caſu huius quæſtionis ſufficiat ſimpliciter denuntiare
motam litem, an verò debet venditor incitari vt veniat ad defendendum? & Bart. hîc vult, quòd de-
beat requiri, vt defendat, & ita videtur text.in l.j.C.de pericu.& commo.l.ſi rem,quam.§.fina.de euict.
& in c.fin.extra de emptio.& venditio.cum ſimilibus.& ſentit glo. in d.clem. cauſam.in gloſ.fina.& eſt
communis opinio, quia non ſufficit ſola ſcientia venditoris.l.qui abſentem.de procuratorib.& quia ſi
denuntiatio ſit facta ſimpliciter, litem motam poteſt intelligi eſſe, quia emptor velit certificari de iu-
ribus venditoris.l.emptor.C.de euictio.non quod per hoc eum interpellet, vt defendat vnde tanquam
æquiuoca non obligat venditorem de euictione. Fallit, quando in denuntiatione emptor vſus eſſet
verbis æquipollentibus defenſioni, vt quia dixiſſet.quòd liti aſsiſteret.l. cum ſucceſſores.C.de euictio.
l.empti.C.eod.tit.Fallit in quinque aliis caſibus relatis per Moder.in c.cum M.& in l. ij.§. voluntatem.
ff.ſoluto matrimo.dic vt ibi habetur, & per Præpoſ.d.c. ſolicitudinem.Barbat.dicto capitu.fina. Intel-
lige prædictam principalem concluſionem, quod proteſtationi, vt quis faciat quod debet, paren-
dum eſt, procedere ſecundum Bartol. quando facta eſt verbis congruis & loco & tempore congruo.
Vnde particulariter de iſtis tribus videndum eſt. Circa verba congrua, dic vt dixi in l.j. in princip. in
tertia quæſt.ſuprà eod. circa locum, regula eſt quòd quilibet locus eſt idoneus.authent.ſi quis ei,quem.
C.de adulter.vbi poteſt etiam in eccleſia fieri, & actus de ſe valet, licet animæ conſultius ſit alibi fa-
cere argumen.c.decet. verſicu.ceſſet omnis confabulatio. extra de immunit.eccleſ.per Bartolum in l.
actus.C.de feriis. Vnde † talis proteſtatio incitatoria poteſt fieri etiam in lupanari, ſi debitor ibi repe 109
riatur, dum tamen effectus ſolutionis expreſſe conferatur in locum congruum. l.ſi cùm dies.§. ſi arbi-
ter.ff.de arbitr.facit l.vſuras. C. de ſolution. Fallit in actu iudiciario, quia talis debet fieri coram iudi-
ce.l.cùm poſtulaſſem.in princip.vbi Bartol. infrà, de damno infecto. & quando ſit facienda mentio de
loco loci, dic vt hic per eum. Circa tempus regula eſt, prout ſuprà dixi in loco, quia valet argumen-
tum de loco ad tempus.l. vinum. ff. ſi certum petat. vbi Iaſon latè. & ideo dicendum regulariter omne
tempus eſſe congruum: & ideo poterit * fieri proteſtatio etiam de nocte, ſicut teſtamenta. l. ad te- 110
ſtium.§.poſſe.ff.de teſtament.ſicut contractus cæteri.l. non minorem.C. de tranſactio. ſicut collatio be
neficij.capitu.vt noſtrum.vbi gloſ.in verbo, occulta.extra, vt eccleſ.benefic.Felin.cap.conſuluit.de of
ficio deleg.ſicut appellatio.l.j.§.dies.ff.quando appell.ſit. poterit etiam fieri tempore feriato: quia non
eſt actus iudiciarius.l.dies feſtos.C.de feriis.Bartol.l.cùm filij.§. fina.de verborum obligatio.Fallit in a-
ctu iudiciario.cap.fina.infra, de feriis.d.l.dies. Fallit in proteſtatione incitatoria, vt quis † ſoluat, quia 111
debet adtendi tempus congruum ſecundum mores ciuitatis, & ideo tempus noctis, vt quis ſoluat non
videtur congruum.l.ſi ſoluturus.ff.de ſolution.Bartol.l.more.ff. de feriis. facit l. hoc edictum.§. Labeo.
ff.de his qui deiecer.& quod notat Alexander conſilio ciij.in primo.Idem, quando comedit, vel dormi-
tum vadit. eſt enim interpellatio inciuilis ſecundum mores ciuitatis. idem in caſibus notatis in l. ij. ff.
de in ius vocan. Ex ſecunda parte pro reſolutione dictorum Barto: fac regulam: quod proteſtatio in-
citatoria, vt quis faciat id, ad quod non eſt obligatus, regulariter non valet.l. ſi fideiuſſor creditori.ff.
de fideiuſſoribus. & ideo ſi debitor proteſtatur creditori, vt ſolutionem recipiat, non tamen cogetur
creditor recipere, licet debitor excuſetur à mora.l.ratio.§.cùm per venditorem.ff.de actio.emp.l.ſi ſer-
uum.§.ſequitur.de verbo.obligatio. & vidimus ſupra in primo membro inhibitoriæ. creditor enim ef-
fectualiter non dicitur obligatus, & ideo non poteſt per proteſtationem aſtringi vt ſentit Bartol. hic.
In contrarium tamen facit tex.in l.j.ff.de duob.reis.vbi appellatur reus ſtipulandi.Ad idem tex.in l.j.in
fra de accep.ibi, ab eodem nexu. ad idem.l.fideicommiſſa.§.ſi rem.ff.de legat.iij.ibi oblatam pecuniam
non potuit accipere.Ad idem quia ſtipulatio aliàs non diceretur propriè contractus, niſi ſtipulator ex
parte ſua diceretur ad aliquid obligatus.l.Labeo.§.contractum.ff.de verb.ſig.& tamen videtur propriè
contractus.§.fi.inſt.de obli.& l.cum donatione.C.quod met.cau.l.j.in fi.de pac.cum ſi.licet Doct.in hoc
aliter loquantur in l.v.in prin.infra, de verb.obl. Sed tamen non poteſt negari, quin ſit quædam obliga-
tio impropria, & largo modo accepta. Fallit prædicta concluſio quando is, cui fit proteſtatio, eſt obli-
gatus ſaltem officio iudicis. nam tunc valet proteſtatio, & habet effectum, dum tamen fiat in iudicio.l.
cùm poſtulaſſem.in principio.vbi Bartolus declarat infrà, titu.primo.& ratio ponitur in l.j. per Barto.
ff. de iuriſdictione omnium iudicum.officium enim iudicis licet nullam præſupponat obligationem.l.
qui per colluſionem.§.fina.ff.de actioni empti.l.iiij.C.depo.intelligitur de obligatione propria ex con-
ſenſu: præſupponit tamen obligationem * ex æquitate quadam extra ordinem conſideratam. l. ſi ſer- 112
uum.§.finali.de verborum obligatione.& declaraui in paradox.libro ſecundo.capitu.decimo.Fallit ſe-
cundo vt talis proteſtatio habeat effectum in excuſationem & commoditatem proteſtantis.dicta l.ra-
tio.§. cum per venditorem. vnde cùm per proteſtantem non, ſteterit conditio in eius fauorem habe-
bitur pro impleta.l.ſi Titius ſtatuas. ff. de conditioni.& demonſtrationi. l. prima. §. de inſpiciendo. ff.
de ventre inſpiciendo. Fallit tertio, vt ex huiuſmodi proteſtatione ſeu interpellatione conſtituatur
in mora creditor conditionalis, qui potuit conditionem adimplere. l. hæc conditio, ſi Capitolium.ff.
de conditioni. & demonſtrationi. diſtinguendo, vt in l.ſi quis inſtituatur. §. primo. ff. de hæredibus
inſtituendis.& latè per Socinum in dicta l.hæc conditio.Fallit quarto, vt idem ſit in debitore conditio-
nali, qui interpellatus non adimpleuit conditionem ſiue loquamur in vltima voluntate.l.j.§.item ſi ita.
ff.ad l.Falcidiam.l.ſi peculium. in fi.de ſtatu liber.ſiue in diſpoſitione legis.l.ij.§.mater.ff.qui pet.tu.glo.
in l.j.



in l.j. C.de his, quib. vt indignis.ſiue in ſententia iudicis ſecundum Doctores in l.ſuus quoque.§.fina.ff.
de hæredibus inſtituendis. ſiue in contractibus.l.ita ſtipulatus.ff. de verborum obligatio.ſecundum in-
tellectum meum, quem poſui in Paradox.libr.j. capitu.ij.& l.fideiuſſor obligari.§.finali.ff.de fideiuſſor.
& ſic apparet, quod Bart.hic in dictis caſibus requirit interpellationem: cuius contrarium voluit glo.
in d.l.ita ſtipulatus.in verbo, agendum. Sed opinio Bartoli eſt magis communis.pro qua facit illud no-
tabile dictum Innoc.in ca.extirpandæ.§.quia verò.de præbend.in antiq.vbi vult, quòd quoties pœna à
iure imponitur pro negligentia ſeu culpa in non faciendo commiſſa ſemper requiritur interpellatio,
113 de quo per Alexand.d.l.ita ſtipulatus.dic vt per Docto. ibi. In quarta principali ſpecie † proteſtationis
videlicet de certificatoria, Doctores tranſeunt cum Barto. qui clarè loquitur. Sed pulchrum dubium
114 eſt, lex requirit, vt * danuntiatio iſta clarè fiat, non autem perfunctoriè, aut obſcurè.d. l. aut qui ali-
ter.§.j. quod vi aut clam. quid ſi fiat per quandam generalitatem verborum? & videtur ſufficere argu-
mento.l.ſi chorus.de legat.iij.l. ſi duo.de admi.tut. & quod notat Deci.in d.l. pacta nouiſsima.in fine. In
contrarium facit l.Iulianus.§.idem Iulianus.& l.venditione.vbi Paul.de Caſt.ff.de act.emp. & per Spe-
culat.titul. de emptio.& venditio.§. nunc dicendum.verſicu. quid ſi venditor. & quod ſingulariter no-
tat idem Paulus de Caſtro conſil.cxcv.viſis & conſideratis omnibus.in j.vbi non ſufficit, quod ciuitas
conducens operam officialis, fecerit mentionem de detractione ſalarij, niſi expreſsè admonuerit quan
tum detrahatur. Ad idem, quod notat Aretinus conſi.cv.vbi ſi venditor dixerit ſe nolle teneri, niſi pro
dato & facto ſuo tantum, tamen tenetur, niſi certificauerit emptorem, quòd res vendita pro oneribus
communis erat obligata, puto multùm conſiſtere in arbitrio iudicis, qui videat an ex dicta proteſtatio-
ne oriatur talis obſcuritas, in qua probabilis ſit ignorantiæ excuſatio, & in dubio contra proteſtan-
tem pronuntiet, qui clarè debuit admonere.l.veteribus.ff.de pact.

F I N I S.

*R E G E S T V M.*

A B C D E F G H I K. Omnes ſunt quaterni,
præter K, qui quinternus eſt.

*LVGDVNI,*
PETRVS FRADIN
EXCVDEBAT,
*M. D. LIX.*